





Calendarium Liturgicum

Festorum Dei et Dei Matris Mariae

COLLECTUM
et Memoriis Historicis illustratum
a

FREDERICO GEORGIO HOLWECK, D. D.
Sanctitatis Suae Praelato Domestico



TYPIS ET SUMPTIBUS
AMERICAN ECCLESIASTICAL REVIEW
THE DOLPHIN PRESS
PHILADELPHIA, U. S. A.
MDCCCCXXV

Nihil Obstat

S. Ludovici, die 24 Augusti, 1925
CAROLUS L. SOUVAY, C.M., S.T.D.
Censor deput.

Imprimatur

S. Ludovici, die 28 Augusti, 1925
✠ JOANNES J. GLENNON
Archiepiscopus S. Ludovici

PRAEFATIO.

ANNO 1892 opusculum edidi, cui titulus " Fasti Mariani, sive Calendarium Festorum S. Mariae Virginis Deiparae. Sumptibus B. Herder." Quo opusculo exhibere conatus sum festa liturgica B. Mariae V., quae novem fere annorum labore collegeram.

Cum cultus liturgici SS. Dei Genitricis studium mihi in deliciis esset, in labore semel incepto perseverabam. Fastos quos anno 1892 edendos curaveram, non omnibus numeris perfectos esse mox percepi. Deerat acumen criticum; plurimae insuper desiderabantur festivitates, quas in hac regione longinqua, majoribus bibliothecis liturgicis non abundante, reperire admodum difficile fuerat.

Unde annis 1900, 1909 et 1912 itineribus in Europam institutis, e bibliothecis Musaei Britannici Londoniensi, Nationali Parisiensi et Monacensi, e collectionibus liturgicis Societatis Bollandianae Bruxellis, Patrum Benedictinorum Pragae, potissimum vero e Regestis Archivii SS. Rituum Congregationis Romae, quae deficiebant addere et corrigere studebam. Insuper epistolis, importune et opportune, ad universi orbis partes et fines missis, ex Europa et Asia, ex Americis, imo et Africa, varii generis documenta liturgica coacervavi, nulli parcens operae per annos viginti.

Perscrutando libros liturgicos tam foecunda et fertilis oblata est mihi seges festorum, non Deiparae tantum, sed etiam Domini, tot in millenis et amplius auctoribus sparsas inveni memorias, ut aegre ferrem, has Domini et Matris Ejus gemmas spirituales delitescere in bibliothecis et in vilis pretii directoriis projici, ne dicam profanari. Unde totam tot annorum messem in unum volumen redactam typis mandare constitui, non tamquam alteram editionem libri " Fasti Mariani ", sed ut opus omnino novum.

Anno 1914 collectionem istam novam prelo commissurus erat B. Herder typographus, cum bellum infaustum mercaturam librariam misere perturbans, omnem quasi spem frustrabat. Cum interea novae factae essent concessiones festorum et insuper calendaria fere omnia funditus reformata sint annis 1913 et 1914, bello composito, novo itinere, anno 1921, Europam repetii ibique e collectionibus liturgicis Universitatis Insulensis, Bollandiana Bruxellensi, monasteriorum Romanorum et Archivii S. Rituum Congregationis, quae deerant vel denuo concessa erant, conquisivi et calendario meo addidi. Nunc vero quae per quadraginta fere annos in mente habui, benignitate Adm. Revdi H. J. Heuser S.T.D. et editoris periodici "American Ecclesiastical Review" perficere potui, ut nempe tot annorum fructus laborum typis mandaretur.

Quae in Mariologia spectant ad theologiam dogmaticam vel asceticam, omittere satius duxi, quippe quae ab aliis abundantius tractata sint. In id tantum curam intendi, ut succincte statuerem festorum liturgicorum ritum, objectum, historiam. Sunt et alii quidem qui sub titulo "Calendarii Mariani" libros seu catalogos evulgarunt, recensitis et proprio marte alicui diei assignatis memoriis imaginum, virtutum et miraculorum Mariae, e. g. Breviarium Marianum quod Ilerdae edidit Escola anno 1859, seu: Calendrier de Nôtre Dame, Encyclopédie Théologique, XLIV, II, p. 1281. —Tam laxas habenas mihi non permisi. Ea tantummodo adduxi festa quae in liturgia sacra celebrantur sive per memoriam in menologiis liturgicis, sive per missam votivam solemnem Domini vel Mariae, sive per integrum diei officium. In quantum fieri potuit ubique diligenter indagavi, ubi, quando, qua occasione et a quibus festa sint instituta. Solemnitatibus Mariae Virginis festa Genitricum Ejus addidi, SS. Joachim et Annae et S. Joseph, Ejus Sponsi.

Omnimodo brevitati studens memorias nonnisi maxime necessarias rubricae de ipso festo breviter adjeci, quoad notitias pleniores referens lectorem ad ipsos fontes. De permultis, Deiparae praesertim, festis memorias historicas deesse valde doleo.

Errores qui in catalogum Fastorum Marianorum anni 1892 irrepserant, sedule expunxi. Non de unoquoque festo certa de cultu liturgico documenta reperire potui, nunquam vero inserui catalogo meo festum, quin sat probabilis mihi videretur sententia de charactere ejus liturgico.

Quae praeter festa Universalis Ecclesiae et ea quae usque ad annum 1914 in appendice Breviarii Romani consignata erant, in liturgia aguntur, celebritates Domini et Mariae, inaequaliter dispertitae sunt per orbis regiones. Vertente saeculo XV ad saeculum XVI in Germania, Scandinavia et Anglia varia devotionis festa efflorescebant in honorem Domini et Deiparae, dum in Italia praeter festivitates Ecclesiae Latinae vix ullibi festum proprium (provinciale) de Deo et Maria agebatur. Tristes vero (injuria sic dictae) reformationis perturbationes ampliorem in illis regionibus liturgiae explicationem prorsus intercluserunt, ita ut in Germania proprie dicta hodie ne septem quidem talia festa vere propria celebrentur, etiamsi sanctuaria Christi et Mariae per civitates et rura sparsa inveniantur innumera sicut astra coeli. Miro autem modo saeculo XVIII exeunte flores liturgicos emittere coepit Italia, Sicilia praesertim, Calabria et Apulia. Nova quotannis conceduntur festa pro sanctuariis Italiae, Hispaniae, Galliae atque Americae Centralis et Meridionalis.

Uberrime quoque viget in Russia cultus liturgicus Dei Matris. Festa e variis fontibus conquisierunt Martinovius, Maltzew et Snessorewa. Tales festorum collectiones apud Graecos deesse me poenitet; pluribus enim in monasteriis et civitatibus canones proprii in honorem imaginum miraculis clararum cantari solent.

Status festorum propriorum Domini et Mariae hic est: maximo numero inveniuntur tales celebritates Romae et Mosquae, in Apulia et

Sicilia. Russi menologio suo universali plusquam 245 iconum prodigialium Mariae memorias inseruerunt. In Apulia et Sicilia unaquaeque fere civitas in honorem imaginis alicujus miraculosae B. Mariae V. festum liturgicum agit. Minor est numerus in regionibus ubi linguae Gallica, Hispanica et Lusitana vigent. In regnis vero quae linguis utuntur Anglica et Teutonica, cultus liturgicus Deiparae parcius exhibetur.

Hac occasione quas debeo gratias refero Adm. Revdo Benedicto Virili Canonico, quondam SS. Rituum Congregationis archivistae, qui per plures menses annis 1912 et 1921 aditum mihi semper facilem pandit ad regesta archivii SS. Rituum Congregationis (obiit die 23 Decembris 1923).

Item Suae Altitudini Regiae, Maximiliano Saxoniae Principi, qui plurima officia propria et alios libros e monasteriis ritus graeci collectas benigne mihi credidit. Deinde Rev. Patri Bollandiano Paulo Peeters S.J., qui bibliothecae Bollandianae thesauros ter mihi pandit, necnon studio et consilio mihi summa comitate adfuit. Itêm Rev. P. Baeteman C.M., Alietenae, Abyssiniae missioni adscripto, qui festa Deiparae e libris liturgicis modernis Ecclesiae Abyssinorum excerpsit. Non minus grato animo hic in memoriam revoco Rev. P. W. Furlong S.J. et Arthurum Hoogstraet S.J., qui rara mihi opera de cultu Mariae in Hispania procuraverunt; item Rev. Basilium Goecken, sacerdotem orthodoxum Berolinensem, qui anno 1912 de libro auctoritate gravissimo Sophiae Snessorewa me edocuit.

Plurimis tandem Revmis Episcopis et Superioribus familiarum religiosarum de quatuor orbis terrarum partibus gratias ago, qui eximia benignitate et liberalitate mihi libros, officia propria vel calendaria ecclesiarum suarum transmiserunt. Retribuat ipsis Gratiarum Mater.

Ut omnia quae adduxi in hoc opusculo pia sunt, ita pium requirunt lectorem. In rebus historicis enim haudquaquam semper afferri potest demonstratio omni exceptione major. Miracula, apparitiones et alia protuli, sicut exhibentur apud auctores et in fontibus liturgicis quos consulebam.

FRIDERICUS G. HOLWECK, D.D.,
Sanctitatis Suae Praelatus Domesticus.

Datum S. Ludovici,
die 14 Novembris 1924.

ELENCHUS LIBRORUM NON LITURGICORUM.

Actos del IV Congreso Mariano Internacional, Zaragoza, 1908.
Agricola, G., Itinerarium B. Mariae V., cum fugit in Aegyptum. Ingolstadt, 1560.
Anaquim, M. O Genio Portuguez aos Pes de Maria. Lisboa, 1904.
Andreoli, G. M., La Madonna del Duomo di Senigaglia. Senigaglia, 1898.
Annuaire Pontifical Catholique, Alb. Battandier. Paris, Bonne Presse, 1921-1924.
Annuario Cattolico Italiano, compilato da Egilberto Martire. Roma, F. Ferrari, 1923, 1924.
Annuario delle diocesi e del clero d'Italia. Roma, Tipografia Poliglotta Vaticana, 1924.
Archiv.=Regesta Archivii S. Rituum Congregationis.
Astolfi Felice, Istoria universale delle Immagini miraculose. Venezia, 1623.
Baeumer P. Suitb., Geschichte des Breviers. Freiburg, 1895.
Balinghem de, R.P.Ant.S.J., Ephemerides seu Calendarium SS. Virginis Mariae. Duaci, 1629.
Balinghem, A., Inventaire des s. Reliques de Nostre Dame. Douay, 1626.
Bartmann, B., Marienkultus. Freiburg, 1909.
Battifol, P., Histoire du Breviaire Romain. Paris, 1893.
Baumstark, Dr. A., Festbrevier und Kirchenjahr der Syrischen Jakobiten. Paderborn, 1910.
Beissel, St., S.J., Geschichte der Verehrung der Allerseligsten Jungfrau Maria im 16 und 17 Jahrhundert. 2 vol. Freiburg, 1910.
Beissel, St., S.J., Wallfahrten zu Unserer Lieben Frau in Legende und Geschichte. Freiburg, 1913.
Bellesheim, Vorreformatorischer Mariencultus in England (Hist. polit. Blätter, 1876; 839-858).
Benedictus Papa XIV., Commentarii de Festis Domini et B. Mariae V. Bruxellis. Goemare, 1866.
Bergier, I. B., La Ceinture de la B. Vierge Marie. Besançon, 1868.
Berthier, J. J., La Vierge Acheropite des SS. Domenico et Sisto a Rome (Revue de l'Art Chrét., 1894, 483-494.)
Binterim, A. J., Die Vorzüglichsten Denkwürdigkeiten der Christlichen Kirche. Mainz, 1825.
Bissing, A., Festa Mariana celebriora per annum. Heidelbergae, 1778.
Boll.=Bibliotheca Liturgica Patrum Bollandistarum, Bruxellis.
Bombelli, P., Raccolta delle Immagini della B. Vergine Ornate della Corona d'Oro. Roma, 1792.
Bonfilius, J., Epistolae B. M. V. ad Messanenses veritas vindicata. Messanae, 1629.
Bourassée, J.J., Summa Aurea de Laudibus B. Mariae V.—13 Tomi. Parisiis apud Migne, 1866.
Bridgett, T. E., Our Lady's Dowry. London, 1888.
Buchberger, M., Kirchliches Handlexikon. München, 1907-1912.
Capodieci, Gius. M., Saggio storico-critico sopra l'antichissimo culto della SS. Vergine. Siracusa, 1803.
Carillo y Perez, N. S. de los Remedios. Mexico, 1808.
Casoli Pier Biagio, La Divozione a Maria SS. in Modena. Modena, 1901.
Catholic Encyclopedia. Fifteen Volumes. New York, 1907-1912.
Chandlery, P. J., Pilgrim Walks in Rome. St. Louis and London, 1905.
Cabrol, F., Les Origines Liturgiques. Paris, 1906.
Charland, P. V., O.P., Madame Saincte Anne et son Culte au Moyen Age. 2 Vols Paris, 1911.
Chiesi, Gustavo, La Sicilia Illustrata. Milano, 1892.

Cicognani, A., Maria V. detta della Misericordia. Roma, 1885.
Civeletti, M., Madonna di Libera Inferni. Palermo, 1898.
Clugnet, Léon, Le Culte Local de Vierge Marie. Paris.
Coleridge, H. J., Ancient English Devotion to the Virgin Mary (Amer. Cath. Quarterly, 1879.)
Colombero, G., I Santuarii della Vergine SS. in Piemonte. Torino, 1898.
Colomiatti, M., Torino, Città di Maria. Torino, 1898.
Colvenerius, G., S.J., Calendarium SS. Virginis Mariae. 2 Vols. Duaci, 1638. v. Summa Aurea III.
Conybeare, F. C., M.A., Rituale Armenorum. Oxford, 1905.
Delattre R. P., Le Culte de la Sainte Vierge en Afrique. Lille, 1907.
Demarco, Xav., S.J., Immagini di Maria SS. che si venerano in Roma. Roma, 1795.
Diario Romano, 1823-1924. Boll.
Dolz de Castellar Est., Año Virgineo. Madrid, 1851.
Donin, L., Die Marianische Austria. Wien, 1884.
Dowling, Archdeacon, The Abyssinian Church, London, 1911.
Drochon, J. E., Pèlerinages Français de la Très Sainte Vierge. Paris, 1890.
Duchesne, L., Origines du Culte Chrétien. Paris, 1889.
Dudinck, Jod. de, Mundus Marianus, hoc est specificatio omnium mundi locorum, in quibus b. Virgo Deipara miraculose colitur. Coloniae, 1644.
Durand, A., Madones de Pie IX. Paris, 1876.
Durand, A., Vierges couronnées par Pie IX. Paris, 1879.
'Επιδκιαδδ ἐπὶ τοῦ ''Αου ἤτοι διήγηδιδ περὶ τῶν ἁγίων εικόνων τῆς θεοτόκου. Κπλι, 1861.
Escola, I., Breviarium Marianum. Ilerdae, 1858.
Faci, R. A., Aragon, Reyno de Cristo y Dote de Maria SS. Zaragoza, 1739.
Felix, S. J., N.D.du Cenacle. New York, 1896.
Ferreres, F., S.J.,Maria por España y España por Maria. Barcelona, 1910.
Florencia, de F., S.J., Zodiaco Mariano, Mexico, 1755.
F. M. v. Holweck, Fasti Mariani.
Franz, A., Die Messe im Deutschen Mittelalter. Freiburg, 1902.
Fuente, de la, Vicente, Vida de la Virgen Maria. Historia del Culto. Mexico, 1883.
Gardellini, A., Decreta authentica S. Rituum C. 5 Tomi, Romae, 1858-1879.
Gelenius, Aeg., De admiranda Sacra et Civili Magnitudine Coloniae Claudii Agripp. Aug. Ubiorum Urbis. Coloniae, 1645.
Georges, E., Festes de la Vierge Marie, Mère de Jésus. Lyon, 1852.
Germ.=Bibliotheca Collegii Germanici, Romae.
Gouard, J., N. Dame au Liban. Paris, 1908.
Grisar, H., S.J., Analecta Romana. Roma, 1899.
Grisar, H., S.J., Rom beim Ausgange der antiken Welt. Freiburg, 1901.
Grotefend, D. H., Zeitrechnung des Deutschen Mittelalters. 2 Vols. Hanover, 1892.
Guérin, P., Les Petits Bollandistes. XVIII Vol. Paris.
Guerra, Alm., Delle Immagini Prodigiose de Maria SS. che si onorano nella Citta e Diocesi di Lucca. Lucca, 1886.
Gumpenberg, G., S.J., Atlas Marianus, 1672. v. Summa Aurea VII.
Harris, C., The Highland of Aethiopia. 3 Vols. London, 1844.
Hayd, Jo. Bonus, Mariale Augustinianum. Monachii, 1707.
Hergenröther-Kaulen, Kirchenlexikon. Freiburg, Herder, 1882-1901.
Hevenesi, G., Calendarium Marianum. Graecii, 1685.
Holweck, F. G., Fasti Mariani. Friburgi, 1892.
Insul.=Bibliotheca Liturgica Facultatum Catholicarum Insulensium (Lille).
Janvier, P. Abbé, Noted Sanctuaries of the Holy Face. Baltimore, 1889.
Jungnitz, J. Das Breslauer Brevier und Proprium. Breslau, 1893.
Kaufmann, K. M., Handbuch der christlichen Archäologie. Paderborn, 1913.
Kellner, H., Heortologie. Freiburg, 1906.
K. L. v. Hergenröther-Kaulen.
Klein, G., Kalendarium omnium Festorum Germaniae, Austriae, Helvetiae, Luxemburique. Frankfurt, 1899.
Koenig, A., Die Reliquien Mariae. Regensburg, 1897.
Lambert-Buirette, N. D. des Victoires. Paris, 1872.
Lechner, A., Mittelalterliche Kirchenfeste und Kalendarien in Baiern. Freiburg, 1891.
Lehner, F. A., Die Marienverehrung in den ersten Jahrhunderten. Stuttgart, 1881.
Le Pennec, Cyr., Kalendrier des festes de la S. Vierge mére de Dieu. Morlaix, 1647.

Leroy, L., Histoire des Pèlerinages de la S. Vierge en France. Paris, 1873.
Levy, Die Wallfahrten der Lieben Muttergottes in Elsass. Rixheim, 1909.
Lezena, J. B., Maria Patrona Carmelitici Ordinis. Bruxellis, 1651.
Livius, Th., The Bl. Virgin Mary in the Fathers of the First six Centuries. London, 1893.
Lo Jodice, Cosma, La Madonna Greca. Bologna, 1870.
Lo Jodice, Cosma, S. Maria de' Miracoli di Andria. Napoli, 1888.
Lucius-Anrich, Die Anfänge des Heiligenkultus in der Christlichen Kirche. Tübingen, 1904.
Locrius, F., Regna, Provinciae, Oppida sub patronatu B. Mariae V. v. Summa Aurea XI.
Maggia, G., e Zanella da Agost., Atlante Mariano. Verona, 1844.
Maltzew, Alexios, Fasten- und Blumen Triodion. Berlin, 1899.
Maltzew, Alexios, Menologion der Orthodox-Katholischen Kirche des Morgenlandes. 2 Theile. Berlin, 1900.
Marchetti, D. G. Centenario die Prodigi di Maria SS. avvenuti in Roma nel 1796. Roma, 1896.
Marianische (Der) Wallfahrer durch Deutschland. Augsburg.
Maria's Heiligdommen in Nederland en Belgie. s'Hertogenbosch, 1880.
Marraccio, Hipp., Familia Mariana. 9 Vols. Romae, 1654. v. Summa Aurea X et XI.
Maraccio, Hipp., Polyanthea Mariana. Romae, 1694.
Martinovius, J., S.J., Annus Ecclesiasticus Graeco-Slavicus, editus in vol. XI Oct. inter Acta Sanctorum Bolland.
Maurer-Kolb, Marianisches Niederösterreich. Wien, 1899.
Maximilianus Princeps Saxoniae, Praelectiones de Liturgiis Orientalibus. Friburgi, 1908.
Mehler, L., Marienbuch. Regensburg, 1871.
Misset v. Weale.
Merighi, P., Maria SS. delle Grazie. Ferrara, 1898.
Mir, y Noguera, La Immacolada Concepcion. Madrid, 1905.
Morin, A. S., Sur la Legende Virginis Pariturae. Chartres, 1863.
Morini, A., Origini del Culto alla Addolorata. Roma, 1893.
Mrt.=Martinovius.
Mueller, Aegyd., Das Heilige Deutschland. Koeln, 1887.
Mz.=Maltzew.
Niessen, J., Panagia Kapouli. Duelmen, 1906.
Nilles, N., S.J., De Rationibus Festorum SS. Cordis Jesu et Purissmi Cordis Mariae. 2 Vols. Oeniponte, 1875.
Nilles, N., Kalendarium Manuale Utriusque Ecclesiae Orientalis et Occidentalis. 4 Vols. Oeniponte, 1896.
Nirschl, Dr. J., Das Grab der Hl. Jungfrau Maria. Mainz, 1896.
Notre Dame de France, Histoire du Culte de la S. Vierge en France, par le Curé (Hamon) de S. Sulpice. 7 Vols. Paris, 1861-1866.
Oettinger, E. M., Iconographia Mariana. Leipzig, 1852.
Œuvres Complètes du Bienheureux Jean Eudes. Tom. XI. Vannes, 1910.
Ott, G., Marianum. Regensburg, 1877.
Padua, A. M. de, La Madre de Dios en México. Mexico-Barcelona, 1890.
Patino, P., N. S. de los Angeles. Mexico, 1800.
P. G. = Patrologia Graeca, a Migne Parisiis edita.
P. L. = Patrologia Latina, a Migne Parisiis edita.
P. O. = Patrologia Orientalis. Paris, Fiamin-Didot.
Pelagatti, G., Il Sacro Cingolo Mariano. Prato, 1895.
Pennachi, J., De Inventa Hierosolymis Cruce Domini. Romae, 1892.
Peñuelas, P. A., N. S. de los Angeles. Mexico, 1781.
Pesch, Chr., S.J., Die Selige Jungfrau Maria, die Vermittlerin aller Gnaden. Freiburg, 1923.
Pimentel, A., Historia do Culto de Nossa Senhora em Portugal. Lisboa, 1899.
Pitrè, G., Feste Patronali in Sicilia. Torino-Palermo, 1900.
Pitto, A., Liguria Mariana. 3 Vol. Genova, 1876.
Rabban Sliba. Le Martyrologe de, *P. Peeters, S.J.*, Bruxelles, 1908.
Riccardi, A., Storia dei Santuarii piu celebri di Maria SS. Milano, 1840.

Richstätter, Karl, Die Herz-Jesu Verehrung des Deutschen Mittelalters. Koesel-Pustet, 1924.
Rudnicki, H., Die Berühmtesten Wallfahrtsorte. Paderborn, 1891.
Sampieri, P., Iconografia della SS. Vergine Maria, Protettrice di Messina. Messina, 1644.
Sanjulian, Dr. D. J. Perez SanJulian. Historia de la SS. Virgen Maria. Madrid, 1902.
Scherer, P. H., S.J., Atlas Marianus. Monachii, 1702.
Schütz, J. H., Die Geschichte des Rosenkranzes. Paderborn, 1909.
Schütz, J. H., Summa Mariana. Paderborn, 1903-1921.
Schuster, Dr. J. und Holzammer, Dr. J. B., Handbuch der Biblischen Geschichte. Freiburg, 1906.
Seitz, Jos., Verehrung des hl. Joseph. Freiburg, 1908.
Shipman, A., Russian Icons of our Lady. The Messenger, April, 1915, New York.
Signoriello, P., Storia dei Santuarii della SS. Vergine. 2 Vols. Napoli, 1875.
Signor-Nap. Signoriello P., Santuarii di Maria SS. nel regno di Napoli e Sicilia. Napoli, 1859.
Sivry-Champagnac, Dictionnaire des Pèlerinages. 2 Vols. Paris. 1850.
Snessorewa, Sofia., Semnaja Schysnj Presviatoj Bogorodytzy etc. St. Petersburgh, 1909.
Soengen, L., S.J., Der Hl. Joseph. Regensburg, 1910.
Speelmann, Ed., S.J., Belgium Marianum. Tornaci, 1859.
Soracco, G., N. S. della Guardia. Genova, 1884.
Spencer-Northcote, Berühmte Gnadenorte Unserer Lieben Frau. Koeln, 1869.
Stefano, P. de, Luoghi Sacri della Città di Napoli. Napoli, 1560.
Suarez de Peredo Vinc., N. S. de Ocotlan. Mexico, 1823.
Suarez, F. G., Recuerdes de Viaje. Friburgo, B. Herder.
Summa Aurea v.=Bourassée.
Synaxarium Alexandrinum, in Scriptores Arabici. Tom. XVIII. Romae, 1921.
Szczepanski, L., Nach Petra und zum Sinai. Freiburg, 1908.
Tondini de Quarenchi. Calendrier Liturgique de la Nation Armenienne. Rome, 1906.
Trombelli, J. Ch., Mariae SS. Vita et Gesta.—De Reliquiis B. Mariae V.—De Aedibus quas incoluit SS. Virgo.—Iconographia B. Mariae V. De Cultu Publico S. Mariae exhibito. Bononiae, 1761-65.
Uccello, S., Biblia Mariana. Taurini, 1924.
Velasco, de y Texeda A.. N. S. de Occotlan. Mexico, 1750.
Vera Roma. Grande Album. 1897 e 1898.
Vierges Miraculeuses de la Belgique. Paris, 1878.
Wangnereck, Sim., Pietas Mariana Graecorum. Monachii, 1647.
Waterton, Edm., Pietas Mariana Britannica. London, 1879.
Weale, W. H. J. et Misset, E., Analecta Liturgica, Londini et Insulis-Brugis, 1883-1892.
Wichmans, A., Sabbatismus Marianus. Antwerpiae, 1628.
Wichmans, A.. Brabantia Mariana. Antwerpiae, 1632.
Wolf, O. P., O.S.B., Besuche bei Unserer Lieben Frau. Augsburg, 1897.
Wuestenfeld, F., Synaxarium der Koptischen Christen. Gotha, 1878.

JANUARIUS.

I.

OCTAVA DOMINI, seu **FESTUM CIRCUMCISIONIS DOMINI,** solemnitas Universae Ecclesiae, in Ecclesia Latina dp. 2 cl.—Invenitur haec solemnitas sub titulo " Octava Domini " in Sacramentariis Gelasiano et Gregoriano, et erat festum S. Mariae V., unica solemnitas, quam in honorem Deiparae Romana celebrabat Ecclesia, ad instar Synaxis, qua die 26 Dec. Orientales, Syri et Graeci, Dei Matrem honorant.—Reliqua festa Mariae antiquiora, Assumptio, Conceptio, Nativitas etc. in Oriente orta sunt.—Anno 567, in Synodo Turonensi, Octava Natalis primo vocatur "**Circumcisio**" (Hefele Konziliengeschichte, III, 25). Quem titulum ineunte saeculo nono etiam Romani assumpserunt et festum 1 Januarii festis Domini connumerare coeperunt.—Festum de praecepto in Hispania, a. 650, lege lata a Recceswintho et Ervigo regibus; Romae e saeculo nono. —Cum Judaei in Circumcisione pueris nomina imposuerint, in plurimis Breviariis Gallicanis hoc festum annuntiatur sub titulo "**Circumcisionis Domini et Impositionis Nominis Ejus**". Ita Breviaria Aurelianense et Pictaviense 1827, Carnutense et Catalaunense 1829, Montis Albani 1835, Nanceiense 1839, Bisuntinum 1843, Ausciense 1844 etc.—In dioecesibus Brasilianis Cayubana et Florestana Dnus in Circumcisione Sua est Titularis Cathedralis sub appellatione " Boni Jesu ". — Anno 1912 hoc festum pro Jesuitis ut Titulare Societatis elevatum est ad ritum dp. 1 cl. cum oct.—Antiquitus (saec. IV) hac die dicebatur missa contra idola et fiebat jejunium, sive in ipsis Calendis Januarii, sive diebus ante festum Epiphaniae. — Cf. Missale Mozarabicum (Patr. Lat. XXXV). — Cabrol 202.—Colv. 1 Jan.—Duchesne 262.—Bal. 1 Jan.—Kellner 121.

Initium Anni Civilis die 1 Jan., tanquam festum Domini, cum propriis tropariis agitur in libris liturgicis Russorum. De capite anni nihil fit in Ritu Romano.—Max. 165.—Mrt. 25.—Mz. 1. Jan.

II.

F. **SS. NOMINIS JESU,** dp. 2cl. in Ecclesia Latina, ex decreto S. R. C. 28 Oct. 1913 agitur Dominica post 1 Jan., qua impedita, die 2 Jan.—Idem festum in Breviario Bisuntino 1843 assignatum erat firmiter diei 2 Jan. v. 14 Jan.—F. Nominis Jesu est Titulare Societatis Jesu et Congregationis Oratorii D. N. Jesu Ch. et Mariae Immaculatae.

Dedicatio Urbis Granatae, f. simplex in civitate Granatae in Hispania, in memoriam recuperatae urbis per reges catholicos, die 1 Jan. 1492.

v. Ord. Hisp. a. 1640 et Ord. Granatae a. 1895. — Etiam Compostellae eadem memoria sub titulo "**Triumphus Fidei**", vulgo "**Voto de Granada**". Ordo Compost. 1895.—Ibidem in Breviariis Compostellae, 1497 et 1569, signatur "**Exaltatio Fidei in festo Granatae**" Item in Brev. Granatae 1544.—Dreves, Anal. Hymn. XVI 38 ss.—Balinghem p. 3. —Colven. 1 Jan.—Quod festum Domini a. 1904 pro archidioecesi Granatae mutatum est in festum S. Mariae Auxiliatricis.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Auxiliatricis,** dp. 2 cl. concessum est pro archidioecesi Granatae (Hisp.), per decr. 9 Nov. 1904, in memoriam victoriae supramemoratae de Mauris, expugnata civitate die 1 Jan. 1492, loco simplicis festi Domini, quod antea ibi agebatur. Archiv. Hac die, 2 Jan., captivi Christiani liberati sunt.—Bal. 2 Jan.—In Cal. Granatae moderno, approb. 24 Martii 1914, idem festum dp. maj.

F. **Adventus B. Mariae V. de Columna,** dp. maj. in universa Aragonia; dp. 2 cl. in civitate Caesaraugustana (Cal. appr. 24 Jan. 1914), et dp. 2 cl. Tirasone (Cal. appr. 2 Jan. 1914) et in dioec. Alboracinensi (Cal. appr. 8 Maji 1914).—Ante reformationem Calendariorum: dp. 2 cl. in universa Arragonia sub titulo: **Commemoratio B. Mariae V. de Columna, (Pilar)".**—Secundum traditionem Hispanorum hic est dies anniversarius apparitionis factae in civitate Caesaraugustana S. Jacobo Apostolo, anno 40. (Ciudad de Dios, I, VII, c. 17.)—Dies 12 Oct., quo nunc agitur festum B. Mariae V. de Columna, est anniversarius priscae Dedicationis ecclesiae S.M. de Columna. (Sanjulian III 9.). — Rationes pro apostolatu hispanico S. Jacobi et contra eum, v. Buchberger II 9.—Cum hac traditione de apostolatu S. Jacobi stat vel cadit veritas apparitionis B. Mariae de Columna Caesaraugustana.

F. **B. Mariae V. Matris Divinae Providentiae,** dp. 1 cl., Patr. Princ. Civitatis Borinquen in insula Portoricensi in Indiis Occidentalibus. Imago allata est ex Hispania a. 1802 et cultui tradita in capella propria ecclesiae matris Civitatis Borinquen.—D. Romeu, La Virgen SS., Madre de la Divina Providencia, 1894.—Sanjulian III 519.

Hodie in Ecclesia Graeca et in Filiabus ejus incipiunt **Profesta Luminum,** i. e. **Epiphaniae Dni.**—MGr.—Mrt.—Mz.

III

F. **Maternitatis B. Mariae V.** dp. maj. in dioec. Bracarensi (Braga) in Lusitania, e concessione 14 Nov. 1917.—Archiv.

Commemoratio B. Mariae V. de Partu h. d. per Missam vot. sol. B. Mariae V. de Tempore in Cathedrali Asturicensi (Astorga) in Hispania.—Cal. Hisp. 1640.—Bibl. Boll.

F. **S. Joseph, Sponsi B. Mariae V.,** dp. maj. in Cal. Bellicensi (Belley) in Gallia 1831.—Rituel du Diocese de Belley, 1831.

IV

F. **B. Mariae V. ad Flores** Pius IX (oretenus?) a. 1855 concessisse dicitur pro clero oppidi Ville-en-Bray, dioec. Bellovacensis (Beauvais). (N. D. de France V 342.). Calvini asseclae cum 4 Jan. 1566 statuam Deiparae gladiis appeterent, subito fulgoris strepitu dispersi sunt. Nocte sequente cerasi in circuitu statuae flores emiserunt.—Drochon, 66.—Nihil de hac concessione in archivio S. Rit. C.

V

Annuntiatio B. Mariae V. apud Armenos schismaticos celebratur hac die, quae est apud eos Vigilia Nativitatis Dni.—Juxta Tondini p. 19, haec commemoratio specialis Annuntiationis hodiedum servatur in Calendario liturgico nationis Armenae.

Vigilia Epiphaniae, seu **Santorum Luminum Profestum** agitur hac die in universa Ecclesia: apud Latinos ritu semiduplici, apud Graecos eodem ritu solemni ac Profesta Nativitatis, cum canone et tropariis propriis.—Max. Or. Lit. I 165.—Mz.—Mrt.—MGr.

VI

EPIPHANIA DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI, dp. 1 cl. cum oct. privil., festum est Universalis Ecclesiae. Vocatur apud Graecos: **Celebritas Epiphaniae** vel **Theophaniae** vel **Santorum Luminum** (Max. I 166); in Ecclesia Latina: **Manifestatio, Declaratio** seu **Apparitio Dni** (v. Brev. Gothicum, P. L.). — Pascha Resurrectionis cum Pentecoste festum est e Veteris Testamenti haereditate acceptum et Christiana veritate completum. Epiphania (cum Ascensione Dni) vetustissima solemnitas Dominica originis pure Christianae esse videtur. — Nec inconsulta est sententia, diem manifestationum Domini saeculo secundo Hierosolymis, Alexandriae et alibi in Ecclesia Orientali esse actam in memoriam Apparitionis Verbi Divini in terra per Nativitatem et Baptismum Christi. Exeunte saeculo secundo, teste Clemente Alexandrino (Strom. I 21, 45 et Pistis Sophia IV 37) Gnostici diem 6. Januarii Christi natalem habebant, Gnostici vero Basilidiani et Valentiniani diem 10. Januarii. Joannes Nicaenus, auctor dubiae fidei saec. IX festum Baptismi Dni (6 Jan.) a discipulis S. Joannis Apostoli institutum esse refert. (Kellner, 123.)—Celebrabant Gnostici festo isto Descensum Verbi super hominem Jesum (secundum dogma Gnosticum) in Baptismate, i. e. Nativitatem mysticam Christi. Unde illa Baptismatis cum Nativitate copulatio in objecto festi Epiphaniae.—Testimonia explicita historica ex Oriente in hac re sunt ista: Fragmentum liturgicum in papyro Fayumensi ineuntis saeculi quarti (Coll. papyr. Archid. Rainert 1887, 83) et Testamentum Dni N. Jesu Chr. (I 28; IV 67 et 161); pro Thracia a. 300, quae dicuntur de Epiphania in Passione S. Philippi Heracleensis; pro Gallia a. 361 Ammianus Marcellinus (I 21; II 5.); pro Italia a. 383 testimonium S. Phil-

astrii Brixin. (adv. Haeres. 112.) — Etiam postquam festum Romanum Nativitatis diei 25 Dec. ubique fere in Occidente adoptatum fuit, in Italia Septentrionali et Africa Natale Christi passim agebatur die 6 Jan. v. Buchberger, II 2674.—Antiquitus Epiphania festum fuit collectivum: in Oriente recolebatur Nativitas Christi et Baptismus Ejus; in Occidente addita est memoria Manifestationis Dni tanquam Dei, hominis et Redemptoris ad Magos, et Manifestatio potestatis Divinae in miraculo Canae; quod ultimum momentum tum Graeci quam Aegyptii recolunt die tertia Epiphaniae. — Postquam exeunte saeculo quarto etiam in Oriente fectum occidentale diei 25 Dec. receptum est, pro objecto unico festi Epiphaniae remansit Baptismus Christi.—In Occidentem ex Oriente festum Epiphaniae transiit saeculo IV mediante. Ab initio Romae in Epiphania tres celebratae sunt manifestationes, teste Polemio Silvio in suo Calendario et S. Paulino in poemate XXVII:

Qua Puerum stella duce mystica dona ferentes
Suppliciter videre Magi: seu qua magis illum
Jordanis trepidans lavit tinguente Joanne
Sacrantem cunctas recreandis gentibus undas;
Sive dies eadem magis illo sit sacra signo,
Quo primum Deus egit opus, cum flumine verso
Permutavit aquas praedulcis nectare vini.

Passim in Occidente et aliae manifestationes Divinae potentiae huic festo adjectae sunt, nempe: Resuscitatio Lazari et miraculum quo Dnus de quinque panibus pastus est quinque milia hominum.—Kellner, 112 ss.—Apud Armenos haereticos officium specialius fit de Nativitate Dni, sed commemorantur etiam Baptismus Ejus, Visitatio Mariae, Adoratio per Magos, Circumcisio, Praesentatio in Templo, Fuga in Aegyptum, Inventio Pueri in Templo, Jejunium in Deserto, Testimonium S. Joannis Baptistae i. e. omnimoda Dei Filii manifestatio.—Tondini, 18, 19;—W. W. IV 703; —Kellner 123;—Nilles I 56.

F. **Circumcisionis D. N. Jesu Ch.,** festum de praecepto, agitur hac die apud christianos indigenas Vallis Niliacae, i. e. apud Coptos et Abyssinios.—Nill. II 415;—Syn. 216.—"Hac die Dnus N. Jesus Messias intravit domum circumcisionis et adimplevit legem." Ita hac die Synaxarium Arabo-Jacobiticum (redactionis Copticae).—Patr. Orient. XV.

VII

Christophoria, seu **Reditus Christi ex Aegypto,** h. d. ut solemnitas Domini cum officio pleno et pulcherrimo agitur in Ecclesia Mediolanensi (Milano). — Brev. Ambrosianum 1870. — Annuntiatur etiam in Martyrologio Romano. — Ineunte saeculo XVI Reditus Christi agebatur hac die in dioecesibus quoque Bremensi et Hamburgensi ritu simplici (Grotefend II).—Haec memoria antiquitatis laude gaudet; invenitur enim in Martyrologio Autissiodorensi (Auxerre) saeculi X et aliis. — Colv., 7 Jan.—Sed deest in Calendario Mediolanensi Beroldi saeculi XII (Magis-

tretti, Beroldus, Mediolani 1894). — **Relatio Pueri ex Aegypto,** commemoratio simplex invenitur in Calendario moderno Patriarchatus Latini Hierosolymitani, app. 2 Julii 1919.—Archiv.

VIII

F. **SS. Nominis Jesu,** Mm. maj. in Calendario Cisterciensi monasterii Populeti apud Barcinonem (Barcelona) anni 1721, et in Calendario Officii Parvi B. M. V. Cisterc. Parisiensi, 1771. Bibl. Boll.—Idem festum hac die celebratum esse videtur Compostellae cum officio pleno. v. Grotefend II 2, 89.

Constantinopoli celebratur h. d. **Synaxis Miraculi facti in Cana Galilaeae,** quacum jungebatur **Synaxis Deiparae ad Fontem.** Max. I 168. In Ecclesiis Orientalibus tertia dies Epiphaniae speciali recolitur solemnitate, quia die tertia olim fiebat solutio Epiphaniae. (Kellner 126) cf. 13 hujus.

Memoria Matris Dei hac die signatur in Menologio Jacobitico saeculi IX (Patr. Orient. XV), quae memoria eadem est ac Commemoratio Primi Miraculi, quod patratum est intercedente SS. Dei Matre. Fortassis in hoc festo 8 Jan. (vel die 25 Jan.) Severus Patriarcha Antiochenus duas homilias epithronias de SS. Dei Genitrice habuit ineunte saeculo sexto.—De Waal, Röm. Quartalschrift, XI 55. v. 15 Jan.

Dedicatio S. Mariae in Principio ante reformationem calendariorum (1914) ritu dp. 1 cl., sub officio B. Mariae V. agebatur in Cathedrali Neapolitana a solo clero ecclesiae annexae S. Restitutae.—Cal. Neap. 1888.—In Calendario moderno vero (1915) hoc festum fit sub officio Dedicationis Ecclesiae. — Neapoli primum oratorium institutum est, ubi postea exstructa est ecclesia S. Restitutae. Deiparae imago opere musivo, quae ibi colitur, vocatur S. Maria a Principio, quia ibi Neapoli religio christiana initium sumpsit. Imago restaurata est a. 1313.—Brev. Marian. et Colven. 8 Jan.—Signor. Napoli, 63.—Traditio Neapolitana sacellum a S. Helena, Constantini Matre, erectum et a S. Silvestro dedicatum esse contendit. Baling. 18.

F. **B. Mariae V. de Prompto Succursu** fit hac die in universa archidioecesi Novae Aureliae (Americ. Sept.) per Missam vot. sol. B. Mariae V.—Statua N. Dnae de Prompto Succursu a. 1810 e Gallia allata et in ecclesia Ursulinarum cultui exposita est. Die 18 Jan. 1815 cum Angli civitatem obsidione premerent, et Jackson militiae dux eam incendio consumi jusserit, si Angli victoriam reportarent, voto a monialibus emisso, Anglis repulsis, civitas liberata est; unde consentiente Revdo Ludovico Dubourg dioeceseos administratore praesens festum in ecclesia Ursulinarum celebrari coepit; quod postea a S.Rit.C. approbatum est die 21 Sept. 1851 et 10 Jan. 1891. — Erecta est confraternitas B. M. V. de Prompto Succursu die 8 Jan. 1898 quae elevata est in archiconfraterni-

tatem die 28 Aprilis 1897. — Anno 1893 N. Dna de Prompto Succursu declarata est Patrona Luisianae et a Revmo Janssens archiepiscopo incoronata 10 Nov. 1895. — De his certiorem me fecit Rev. Dnus Racine, tunc temporis Ursulinarum capellanus, die 1 Jan. 1914.—In novo Calendario a. 1914 concesso festum extensum invenitur ad universam archidioecesim Novae Aureliae..—Archiv.

IX

Memoria Terraemotus, quo corruit aedes SS. Deiparae in **Sigmate** Constantinopoli, annuntiatur in codice ms. Cal. Graeco-slavici Musaei Rumiantsoviani 319.—Mrt. 35.

Apparitio et Translatio Imaginis B. Mariae V. Annuntiatae agitur Camerini in Umbria (Italia), in ecclesia collegiata S. Venantii, per Missam vot. sol. B. M. V.—Anno 1490 imago "in domo blasphemiae" se manifestavit, unde translata est ad capellam ducalem Dni Varani, unde ad altare majus advecta est a. 1743.—Ordo Camerini 1888.

X

F. **Baptismi Dni N. Jesu Chr.,** dp. maj. in Brev. Suessionensi (Soissons) et Laudunensi (Lâon) 1828, cum officio proprio, differente ab officio Epiphaniae.—Bibl. Boll.

XI

Baptismum Dni N. Jesu Chr., festum de praecepto, i. e. solemnitatem Epiphaniae apud Coptos et Abyssinios hac die agi, v. Nill. II 700. Harris 415.—v. 6 Jan.—In Patr. Orient. Synaxarium Arabo-Jacobiticum hoc festum ita annuntiat: "Hodie baptizatus est Dnus N. Messia, in flumine Jordani per Joannem Baptistam."

Eductionem Domini de Aegypto annuntiant h. d. Cal. Stabulense et Verdinense saec. X.—Patr. Lat. 138, 1193.—Item commem. simplex in Breviario Sedunensi (Sitten, Sion) saec. XVI (Grotefend, II, 1 170) et Cal. Dominorum Ultramontanorum a. 1450 (ib. II 31).

Memoria **Iconis B. Mariae V. de Abiete (Eletzkaja)** in Menologio Russico. Imago colitur in monasterio Jehlez apud Cernigoviam in Russia. S. Antonius Kioviensis a. 1069 eam invenit in abiete.—Mz. 759. —Sn. 119.—Imaginum miraculosarum memoriae fere 245 saeculis XVII-XIX insertae sunt Menologio Ecclesiae Orientalis orthodoxae, i. e. schismaticae Russorum.—v. Mz., Sn. Beissel 386.

Memoria **Iconis B. Mariae V. de Aegypto (Egypetskaja)** h. d. in Menologio Russico.—Mz. 759; icon S. M. Aegyptiacae, quae saeculo XI se manifestasse traditur, similis est iconi B. M. V. de Vladimiria.—Sn. 120.

XII

Secundus Dies Epiphaniae, in Menologio Copto-Arabo. Patr. Or. X.—Copti enim Epiphaniam solemniter agunt per triduum.

Eductionis Dni de Aegypto memoria annuntiatur in Breviario Hispalensi antepiano, secundum Grotefend II, 2, 88.

F. **B.M.V. de Vetrana (Veterana),** Titularis ecclesiae O.F.Min. Castellanae, dioec. Cupersanensis (Conversano), dp. 1 cl. cum oct.—Cal. Prov. Apuliae O.F.M. 1899.—Item in Cal. 1905. Archiv.—In Cal. O.F.M. Prov. Lyciensis (Lecce) a. 1846, idem festum sub titulo: **Inventio B. Mariae V. Veteranae,** tit. Conventus Castellanae, dp. 1 cl. cum oct. cf. Dom. ult. Aprilis.

F. **B. Mariae V. de Mari,** seu **de Jacobinis,** dp., saeculo XVII agebatur in ecclesia Praedicatorum, Vesontione in Gallia. Imago a. 1632 ex Italia allata, per tres dies prope Massiliam, fracta navi, jacuit in aquis marinis, unde nomen. Gump. 486.—Ex ecclesia Jacobinorum (i. e. P. Praedicatorum) translata est in ecclesiam S. Joannis, a. 1793, deinde, a. 1804, in Cathedralem, quo tempore festum periit.—N. D. de France VI 263.—Drochon, 1074.

Memoria **Iconis B. Mariae V. de Hymno Akathisto (Akafistnaja Xylandarskaja)** in Menologio Russico. Festum ipsum fit in monasterio Chilandariensi in Sacro Monte Athone. Anno 1837 imago sancta in igne incolumis remansit. Coram ea in monasterio canitur hymnus Akathistus in Quadragesima. Mz. I 767.—Episkiasis 49.—Sn. 122.

Memoria **Iconis B. Mariae V. Sacerdotum (Popskaja)** in Menologio Russico. Colitur imago in eodem monasterio Chilandariensi Montis Athonis, in columna cliri sinistri Cathedralis. In processione semper portatur a sacerdotibus. Mz. I 767. — Secundum Episkiasin (51) vocatur " Papadike " (sacerdotum). Coram ea dicuntur litaniae et hagiasmi. Sn. 122.

XIII

Dies Octava Epiphaniae, dp. maj. in Breviario Romano. Octava primo apparet in libris liturgicis latinis saec. VIII; Hierosolymis vero exeunte saeculo quarto Epiphania per octo dies agebatur, teste Silvia (Aetheria) peregrina. Kellner 126. Quod in ritu Romano octava ista excludit duplicia 2 cl., a Pio V concessum est in reformatione Breviarii.—In breviariis Gallicanis dies octava Epiphaniae agitur sub titulo **Baptismatis Dni;** ita in Carnutensi, Catalaunensi et Nemausensi a. 1829, in Turonensi 1830. Aurelianensi 1827, Aginnensi 1831, Nannetensi 1840 Ausciensi 1844 et aliis.—Bibl. Boll. et Insul.

" Commemoratio Primi Miraculi, quod Christus in nuptiis Canae in Galilaea patravit." fit apud Coptos.—Nill. II 700.—Syn. 234.—Ibidem **" Tertius Epiphaniae Dies "** vel **" Tertium Festum Epiphaniae ".—**

Harris 415.—Apud **Armenos** haereticos hac die **fit** festum de praecepto cum commemoratione speciali Circumcisionis et Baptismi Dni.—Tondini, 19.—Synax. Arabo Jacobit. Patr. Orient. XV.

F. **B. Mariae V. de Saidanaja** hac die alicubi in Syria agi contendit auctor opusculi de festis B. Mariae V.—Anal. Juris Pont. XXI 399. cf. 24 Martii.

XIV

Triumphus SS. Nominis Jesu, dp. cl. in Cal.O.F.M. agebatur hac die ab anno 1530, postquam antea in variis dioecesibus inconsulta S. Sede celebratus fuit. Etiam Augustiniani et alii a Franciscalibus hoc festum adoptaverunt, sed apud solos Fratres Minores servata est sedes in die 14 Jan. usque ad reformationem Calendarii, post a. 1914. v. Dom. II post Epiph.—In Cal. Hispanico a. 1640 annuntiatur hac die pro Soc. Jesu, pro dioec. Conchensi (1 cl.), Seguntina (1 cl.), Ord. SS. Trinitatis (1 cl.), B.M.V. de Mercede (2 cl.) et de Monte Carmelo (1 cl.).—Item in Cal. B.M.V. de Mercede 1689.—Item in Breviaris Gallicanis: Leodiensi, 1792, 1 cl.; Bellovacensi et Andegavensi 1829, solemne minus; S. Claudii, dp. 2 cl. (1826); Off. pr. Condati 1736, dp.—Bibl. Boll. et Insul.

Hac die ab Ecclesia Graeca et filiabus ejus **clauditur solemnitas Epiphaniae** cum repetitione officii diei 6 Jan.—Mx. 170.—Mrt.

F. **SS. Salvatoris Nostri Nazareni,** dp. maj. sub officio noto SS. Redemptoris concessum est pro dioecesi Anconitana, 23 Julii 1816. Archiv. Deest hoc festum in Calend. perp. 1883.

F. **Fugae in Aegyptum,** dp. maj. cum officio proprio, die 7 Sept. 1747 pro Lusitania approbato, fiebat in domesticis sacellis Ducis Villahermosa, magnatis classis Hispanicae, e conc. 31 Maji 1826.—Archiv.

F. **Translationis et Expositionis Iconis B. Mariae V. sub titulo S. Mariae in Via,** dp. maj. signatur in Ordinibus Camerini (1888) et Trejae (1895) et in Cal. approb. pro Camerino 4 Apr. 1914.—In gratiarum actionem pro liberata civitate Camerini a terraemotu, 14 Jan. 1705, concessum est pro Collegiata, 27 Apr. 1793, dp. maj.; extensum ad dioecesim 16 Aug. 1801.—Archiv.—Imaginem milites Camertes a. 1350 attulerunt e Smyrna. Incoronata est a. 1684.—Propr. Camertinum.

Solemnis Commemoratio Immaculatae Conceptionis B. Mariae V., dp. 2 cl. in dioec. Catinensi (Catania) in Sicilia, in memoriam terraemotus 11 Jan. 1693.—Ordo Catin. 1885.—O. Fratr. Min. in Sicilia 1846.—Primitus hoc festum agebatur tantum in ecclesia "dei Minoritelli", ritu dp. maj.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Planctu,** dp. maj. concessum est pro dioecesi Fulginatensi (Foligno), 16 Martii 1833, servata civitate in terraemotu, 13 Jan. 1832. A. 1853 elevatum est ad dp. 2 cl.; postea translatum ad Dominicam ante 17 Jan., ritu dp. 1 cl. cum oct.—Officium proprium concessum est 14 Jan. 1897.—Archiv.—Cal. approb. 17 Jan. 1915.

F. B. **Mariae V. de Consolatione** h. d. agitur in santuario proprio Himerae (Termini) in Sicilia (exstructo a. 1553) in honorem iconis prodigialis Mariae.—Gump. 613.—Riccardi III 109.—Sign. Nap. II 345.

XV

F. **SS. Nominis Jesu,** triplex, in Cal. Antwerpiensi 1496.—Weale, Anal. Liturg. I 268.—ib. in Cal. Brugensi 1520, p. 296.—In Cal. Hispano pro Hispali, 1646, dp. 2 cl.; in Cal.O.P. 1740, ubi celebratum est a saec. XVI.—Hodiedum (usque ad 1923) apud Praedicatores 15 Jan. dp. 2 cl. (nunc autem ut in Cal. Romano). — Colv. 15 Jan. In Martyrologio S. Michaelis Antverpiae, sub nomine Usuardi, die 15 Jan. ita legitur: "Quae festivitas accepit exordium in Antverpia a. D. 1458, providentia et devotione ac procuratione unius honesti civis Hippolyti. In hoc vero nostro monasterio incepimus eandem festivitatem celebrare solemniter a. 1492." Mart. Usuardi in P. L., vol. 123, p. 658.

F. **S. Faciei Dni N. Jesu Chr.** ritu simplici, exeunte saeculo XV et ineunte saeculo XVI invenitur in libris liturgicis Ecclesiae Misnensis (Meissen) in Saxonia; item in Missali Pragensi a. 1500—Bibl. Strahow.—dp. maj. in Cal. pro utraque Lausatia a. 1801—Bibl. Boll.—Deest vero in Proprio moderno Misnensi. Anno 1899 Vicarius Apostolicus Dresdensis, cujus vicariatus (usque as a. 1921) successerat in locum dioecesis Misnensis, hoc festum resumere studuit; denegata est petitio a S.Rit.C.—v. Klein, p. 2 et 185.—Rohault, 245.—V. Sequentiam pro hoc festo in Anal. Hymn VIII 20; Off. rythm. ib V 33 e Brev. Trebonensi (Trebnitz).—V. opus cit. IV 24.

Memoria SS. Redemptoris per Missam vot. sol. in omnibus ecclesiis dioec. Costaricensis, in America Centrali. v. Cal. Costar. appr. 24 Nov. 1914.

F. **B. Mariae V. Christum Lactantis,** solemne minus, in Breviario Suessionensi (Soissons) 1828 et in Brev. Laudunensi (Lâon) 1839 cum officio propriissimo.—Bibl. Boll.—Congrue hoc mense fit ista commemoratio, durante adhuc Virginis puerperio, quo Filium suum nullo adhuc, aut vix alio cibo utentum, frequentius refocillavit ubere de coelo pleno, ut canit Ecclesia, hoc est lacte divinitus repleto.—Officium de mamillis Virginis Mariae, quod composuit Joannes Perrotteau, v. apud Colvenerium die 18 Januarii.

Sacri Conjugii B. Mariae V. et S. Joseph f., dp., in Brev. Nannetensi (Nantes), 1623.—Boll. in Praetermissis, 15 Jan.

F. **B. Mariae V. de Seminibus,** 1 cl., celebratur h. d. a Syris Ritus Puri.—Nilles I 468.—Hoc festum est antiquissimum (saec. VI); annuntiatur in Martyrologio Rabban Slibhae (saec. XIII) sub titulo: **"Solemnitas Deiparae, festum sementis"** (Anal. Boll. XXVII); in Menologiis et Martyrologiis antiquis (Patr. Or. X 53): **Sanctae et pulcher-**

Richstätter, Karl, Die Herz-Jesu Verehrung des Deutschen Mittelalters. Koesel-Pustet, 1924.
Rudnicki, H., Die Berühmtesten Wallfahrtsorte. Paderborn, 1891.
Sampieri, P., Iconografia della SS. Vergine Maria, Protettrice di Messina. Messina, 1644.
Sanjulian, Dr. D. J. Perez SanJulian. Historia de la SS. Virgen Maria. Madrid, 1902.
Scherer, P. H., SJ., Atlas Marianus. Monachii, 1702.
Schütz, J. H., Die Geschichte des Rosenkranzes. Paderborn, 1909.
Schütz, J. H., Summa Mariana. Paderborn, 1903-1921.
Schuster, Dr. J. und Holzammer, Dr. J. B., Handbuch der Biblischen Geschichte. Freiburg, 1906.
Seitz, Jos., Verehrung des hl. Joseph. Freiburg, 1908.
Shipman, A., Russian Icons of our Lady. The Messenger, April, 1915, New York.
Signoriello, P., Storia dei Santuarii della SS. Vergine. 2 Vols. Napoli, 1875.
Signor-Nap. Signoriello P., Santuarii di Maria SS. nel regno di Napoli e Sicilia. Napoli, 1859.
Sivry-Champagnac, Dictionnaire des Pèlerinages. 2 Vols. Paris. 1850.
Snessorewa, Sofia., Semnaja Schysnj Presviatoj Bogorodytzy etc. St. Petersburgh, 1909.
Soengen, L., S.J., Der Hl. Joseph. Regensburg, 1910.
Speelmann, Ed., S.J., Belgium Marianum. Tornaci, 1859.
Soracco, G., N. S. della Guardia. Genova, 1884.
Spencer-Northcote, Berühmte Gnadenorte Unserer Lieben Frau. Koeln, 1869.
Stefano, P. de, Luoghi Sacri della Città di Napoli. Napoli, 1560.
Suarez de Peredo Vinc., N. S. de Ocotlan. Mexico, 1823.
Suarez, F. G., Recuerdes de Viaje. Friburgo, B. Herder.
Summa Aurea v.=Bourassée.
Synaxarium Alexandrinum, in Scriptores Arabici. Tom. XVIII. Romae, 1921.
Szczepanski, L., Nach Petra und zum Sinai. Freiburg, 1908.
Tondini de Quarenchi. Calendrier Liturgique de la Nation Armenienne. Rome, 1906.
Trombelli, J. Ch., Mariae SS. Vita et Gesta.—De Reliquiis B. Mariae V.—De Aedibus quas incoluit SS. Virgo.—Iconographia B. Mariae V. De Cultu Publico S. Mariae exhibito. Bononiae, 1761-65.
Uccello, S., Biblia Mariana. Taurini, 1924.
Velasco, de y Texeda A., N. S. de Occotlan. Mexico, 1750.
Vera Roma. Grande Album. 1897 e 1898.
Vierges Miraculeuses de la Belgique. Paris, 1878.
Wangnereck, Sim., Pietas Mariana Graecorum. Monachii, 1647.
Waterton, Edm., Pietas Mariana Britannica. London, 1879.
Weale, W. H. J. et Misset, E., Analecta Liturgica, Londini et Insulis-Brugis, 1883-1892.
Wichmans, A., Sabbatismus Marianus. Antwerpiae, 1628.
Wichmans, A., Brabantia Mariana. Antwerpiae, 1632.
Wolf, O. P., O.S.B., Besuche bei Unserer Lieben Frau. Augsburg, 1892.
Wuestenfeld, F., Synaxarium der Koptischen Christen. Gotha, 1878.

JANUARIUS.

I.

OCTAVA DOMINI, seu **FESTUM CIRCUMCISIONIS DOMINI,** solemnitas Universae Ecclesiae, in Ecclesia Latina dp. 2 cl.—Invenitur haec solemnitas sub titulo " Octava Domini " in Sacramentariis Gelasiano et Gregoriano, et erat festum S. Mariae V., unica solemnitas, quam in honorem Deiparae Romana celebrabat Ecclesia, ad instar Synaxis, qua die 26 Dec. Orientales, Syri et Graeci, Dei Matrem honorant.—Reliqua festa Mariae antiquiora, Assumptio, Conceptio, Nativitas etc. in Oriente orta sunt.—Anno 567, in Synodo Turonensi, Octava Natalis primo vocatur "**Circumcisio**" (Hefele Konziliengeschichte, III, 25). Quem titulum ineunte saeculo nono etiam Romani assumpserunt et festum 1 Januarii festis Domini connumerare coeperunt.—Festum de praecepto in Hispania, a. 650, lege lata a Recceswintho et Ervigo regibus; Romae e saeculo nono.—Cum Judaei in Circumcisione pueris nomina imposuerint, in plurimis Breviariis Gallicanis hoc festum annuntiatur sub titulo "**Circumcisionis Domini et Impositionis Nominis Ejus**". Ita Breviaria Aurelianense et Pictaviense 1827, Carnutense et Catalaunense 1829, Montis Albani 1835, Nanceiense 1839, Bisuntinum 1843, Ausciense 1844 etc.—In dioecesibus Brasilianis Cayubana et Florestana Dnus in Circumcisione Sua est Titularis Cathedralis sub appellatione " Boni Jesu ". — Anno 1912 hoc festum pro Jesuitis ut Titulare Societatis elevatum est ad ritum dp. 1 cl. cum oct.—Antiquitus (saec. IV) hac die dicebatur missa contra idola et fiebat jejunium, sive in ipsis Calendis Januarii, sive diebus ante festum Epiphaniae. — Cf. Missale Mozarabicum (Patr. Lat. XXXV). — Cabrol 202.—Colv. 1 Jan.—Duchesne 262.—Bal. 1 Jan.—Kellner 121.

Initium Anni Civilis die 1 Jan., tanquam festum Domini, cum propriis tropariis agitur in libris liturgicis Russorum. De capite anni nihil fit in Ritu Romano.—Max. 165.—Mrt. 25.—Mz. 1. Jan.

II.

F. **SS. NOMINIS JESU,** dp. 2cl. in Ecclesia Latina, ex decreto S. R. C. 28 Oct. 1913 agitur Dominica post 1 Jan., qua impedita, die 2 Jan.—Idem festum in Breviario Bisuntino 1843 assignatum erat firmiter diei 2 Jan. v. 14 Jan.—F. Nominis Jesu est Titulare Societatis Jesu et Congregationis Oratorii D. N. Jesu Ch. et Mariae Immaculatae.

Dedicatio Urbis Granatae, f. simplex in civitate Granatae in Hispania, in memoriam recuperatae urbis per reges catholicos, die 1 Jan. 1492.

v. Ord. Hisp. a. 1640 et Ord. Granatae a. 1895. — Etiam Compostellae eadem memoria sub titulo "**Triumphus Fidei**", vulgo "**Voto de Granada**". Ordo Compost. 1895.—Ibidem in Breviariis Compostellae, 1497 et 1569, signatur "**Exaltatio Fidei in festo Granatae**" Item in Brev. Granatae 1544.—Dreves, Anal. Hymn. XVI 38 ss.—Balinghem p. 3. —Colven. 1 Jan.—Quod festum Domini a. 1904 pro archidioecesi Granatae mutatum est in festum S. Mariae Auxiliatricis.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Auxiliatricis,** dp. 2 cl. concessum est pro archidioecesi Granatae (Hisp.), per decr. 9 Nov. 1904, in memoriam victoriae suprамemoratae de Mauris, expugnata civitate die 1 Jan. 1492, loco simplicis festi Domini, quod antea ibi agebatur. Archiv. Hac die, 2 Jan., captivi Christiani liberati sunt.—Bal. 2 Jan.—In Cal. Granatae moderno, approb. 24 Martii 1914, idem festum dp. maj.

F. **Adventus B. Mariae V. de Columna,** dp. maj. in universa Aragonia; dp. 2 cl. in civitate Caesaraugustana (Cal. appr. 24 Jan. 1914), et dp. 2 cl. Tirasone (Cal. appr. 2 Jan. 1914) et in dioec. Alboracinensi (Cal. appr. 8 Maji 1914).—Ante reformationem Calendariorum: dp. 2 cl. in universa Arragonia sub titulo: **Commemoratio B. Mariae V. de Columna, (Pilar)".**—Secundum traditionem Hispanorum hic est dies anniversarius apparitionis factae in civitate Caesaraugustana S. Jacobo Apostolo, anno 40. (Ciudad de Dios, I, VII, c. 17.)—Dies 12 Oct., quo nunc agitur festum B. Mariae V. de Columna, est anniversarius priscae Dedicationis ecclesiae S.M. de Columna. (Sanjulian III 9.). — Rationes pro apostolatu hispanico S. Jacobi et contra eum, v. Buchberger II 9.—Cum hac traditione de apostolatu S. Jacobi stat vel cadit veritas apparitionis B. Mariae de Columna Caesaraugustana.

F. **B. Mariae V. Matris Divinae Providentiae,** dp. 1 cl., Patr. Princ. Civitatis Borinquen in insula Portoricensi in Indiis Occidentalibus. Imago allata est ex Hispania a. 1802 et cultui tradita in capella propria ecclesiae matris Civitatis Borinquen.—D. Romeu, La Virgen SS., Madre de la Divina Providencia, 1894.—Sanjulian III 519.

Hodie in Ecclesia Graeca et in Filiabus ejus incipiunt **Profesta Luminum,** i. e. **Epiphaniae Dni.**—MGr.—Mrt.—Mz.

III

F. **Maternitatis B. Mariae V.** dp. maj. in dioec. Bracarensi (Braga) in Lusitania, e concessione 14 Nov. 1917.—Archiv.

Commemoratio B. Mariae V. de Partu h. d. per Missam vot. sol. B. Mariae V. de Tempore in Cathedrali Asturicensi (Astorga) in Hispania.—Cal. Hisp. 1640.—Bibl. Boll.

F. **S. Joseph, Sponsi B. Mariae V.,** dp. maj. in Cal. Bellicensi (Belley) in Gallia 1831.—Rituel du Diocese de Belley, 1831.

IV

F. **B. Mariae V. ad Flores** Pius IX (oretenus?) a. 1855 concessisse dicitur pro clero oppidi Ville-en-Bray, dioec. Bellovacensis (Beauvais). (N. D. de France V 342.). Calvini asseclae cum 4 Jan. 1566 statuam Deiparae gladiis appeterent, subito fulgoris strepitu dispersi sunt. Nocte sequente cerasi in circuitu statuae flores emiserunt.—Drochon, 66.—Nihil de hac concessione in archivio S. Rit. C.

V

Annuntiatio B. Mariae V. apud Armenos schismaticos celebratur hac die, quae est apud eos Vigilia Nativitatis Dni.—Juxta Tondini p. 19, haec commemoratio specialis Annuntiationis hodiedum servatur in Calendario liturgico nationis Armenae.

Vigilia Epiphaniae, seu **Santorum Luminum Profestum** agitur hac die in universa Ecclesia: apud Latinos ritu semiduplici, apud Graecos eodem ritu solemni ac Profesta Nativitatis, cum canone et tropariis propriis.—Max. Or. Lit. I 165.—Mz.—Mrt.—MGr.

VI

EPIPHANIA DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI, dp. 1 cl. cum oct. privil., festum est Universalis Ecclesiae. Vocatur apud Graecos: **Celebritas Epiphaniae** vel **Theophaniae** vel **Santorum Luminum** (Max. I 166); in Ecclesia Latina: **Manifestatio, Declaratio** seu **Apparitio Dni** (v. Brev. Gothicum, P. L.). — Pascha Resurrectionis cum Pentecoste festum est e Veteris Testamenti haereditate acceptum et Christiana veritate completum. Epiphania (cum Ascensione Dni) vetustissima solemnitas Dominica originis pure Christianae esse videtur. — Nec inconsulta est sententia, diem manifestationum Domini saeculo secundo Hierosolymis, Alexandriae et alibi in Ecclesia Orientali esse actam in memoriam Apparitionis Verbi Divini in terra per Nativitatem et Baptismum Christi. Exeunte saeculo secundo, teste Clemente Alexandrino (Strom. I 21, 45 et Pistis Sophia IV 37) Gnostici diem 6. Januarii Christi natalem habebant, Gnostici vero Basilidiani et Valentiniani diem 10. Januarii. Joannes Nicaenus, auctor dubiae fidei saec. IX festum Baptismi Dni (6 Jan.) a discipulis S. Joannis Apostoli institutum esse refert. (Kellner, 123.)—Celebrabant Gnostici festo isto Descensum Verbi super hominem Jesum (secundum dogma Gnosticum) in Baptismate, i. e. Nativitatem mysticam Christi. Unde illa Baptismatis cum Nativitate copulatio in objecto festi Epiphaniae.—Testimonia explicita historica ex Oriente in hac re sunt ista: Fragmentum liturgicum in papyro Fayumensi ineuntis saeculi quarti (Coll. papyr. Archid. Rainert 1887, 83) et Testamentum Dni N. Jesu Chr. (I 28; IV 67 et 161); pro Thracia a. 300, quae dicuntur de Epiphania in Passione S. Philippi Heracleensis; pro Gallia a. 361 Ammianus Marcellinus (I 21; II 5.); pro Italia a. 383 testimonium S. Phil-

rimae Matris Dei Dnae N. Mariae." in duobus Menol. Jacobiticis Aleppi (Patr. Or. X 57 ss.): **Mariae Matris quae praesidet seminibus".**—Haec solemnitas acta esse videtur primitus in honorem Puerperii B. Mariae V. et originem sumpsisse tempore, quo in festo Epiphaniae colebatur memoria Nativitatis Dni, i. e. saeculo quarto, tantum festum concomitans Natalem Christi. Initio saeculi sexti Severus Patriarcha Antiochiae in hoc festo (sive potius die 8 Januarii, sive post festum S. Babylae (24 Jan.), (i. e. die 25 Jan.?) duas homilias epithronias habuit (Baumstark, 195)—v. De Waal Rom. Quartalschrift XI, 1897, p. 55; v. 8 Jan.—Fortassis hoc festum substitutum est alicui festo pagano (Cereris?) sementis; cf. 26 Dec., ubi dicitur, festum diei 15 Jan. agi: "ut locustae in terra occultae perirent segetesque rusticorum prosperarentur." —Transiit ista solemnitas mediantis Januarii ad Ecclesias Aegypti et Galliae (v. 18 et 21 Jan.). Postquam in Oriente Natalis Christi secundum morem Romanum die 25 Dec. celebrari coepit, hoc festum Deiparae apud aliquos e Januario translatum est ad 26 Dec.—Syri Ritus Puri vero utrumque festum retinuerunt, die 26 Dec. sub titulo "**Laudes (Hymnus) Deiparae**", et die 15 Jan. sub titulo "**B. Mariae V. de Semente**"—Tempore quo traditio apostolica de corporali Dei Matris Assumptione, aliquando delitescens, revixit, Antiochena Ecclesia cum Hierosolymitana et Byzantina Obdormitionem et Ascensionem Mariae conjunxit cum festo praeexistente Dei Matris de Vitibus diei 15 Augusti.—Alexandrina (Coptica) vero Ecclesia Requiem gloriosam Mariae celebrare coepit in festo Antiocheno Deiparae Custodis Seminum mediantis Januarii, quod in Aegypto, ex defectu calendarii agebatur die 21 Januarii.—Apud Maronitas festum S. Mariae de Seminibus disparuisse videtur. — v. 15 Aug. et 15 Maji (B.M.V. ad Aristas).—Lucius-Anrich 521 ss.

F. **S. Joseph Sponsi Mariae** signatur hodie cum officio proprio Gallicano in Brev. Noviomensi (Noyon) 1770.—Invenitur eodem die in Brev. Arosiensi (Westeras) in Suecia, a. 1515, sub titulo: **"Joseph Nutritii Dni",** simplex.—Grotef. II 246. In editione Usuardi Lubeco-Coloniensi a. 1490 et Col. Grevensi a. 1521 hac die annuntiatur: "Commemoratio S. Joseph nutricii Domini", verosimiliter ob festum peculiare apud Colonienses celebrari solitum. P. L. 123, p. 658.—Diem 15 Jan., in quo f. S. Joseph convenienter celebrari posset, jam saec. XIII proposuerat monachus S. Laurentii Leodiensis, ubi etiam officium proprium S. Joseph, eodem saeculo compositum, privatim recitabatur. (Seitz, p. 195.)—Anno 1424 in ecclesia Revalensi (Esthlandia) ad diem 15 Jan. signabatur f. S. Joseph, et ante a. 1518 solemniter agebatur in archidiocesi Rigae. (Seitz, p. 226.)

XVI

F. **SS. Nominis Jesu,** dp. maj. in Brev. Constantiensi (Coûtances) 1828.—Bibl. Boll.

F. **Exilii B. Mariae V. (N. S. del Destierro)** Mm. maj. cum officio proprio Fugae in Aegyptum agitur apud moniales Cistercienses S. Vincentii Montis Regalis civitatis Segoviae in Hispania, 1891.—Archiv.

Translatio B. Mariae V. Odigitriae, Mazariae in Sicilia, ex Octavii Cajetani opere de Sanctis Siciliae h. d. habetur apud Bollandum in Praetermissis; in quanam ecclesia actum sit festum istud vel adhuc agatur, nescio.—Nihil in calendario Mazariensi moderno.

F. **Immaculati Cordis B. Mariae V. tit. Refugii Peccatorum,** dp. 1 cl. in Cal. Congregationis S. Spiritus.—Cal. appr. 3 Martii 1914; dp. 2 cl. in Ecclesia Carnutensi (Chartres), 1917, et in Ecclesia Parisiensi (1914); dp. maj. in Cal. Nanceiensi (3 Apr. 1914) et Bellovacensi (15 Apr. 1914). Festum istud in reformatione calendariorum huic diei assignatum est e Dom. ult. post Epiphaniam, quam vide.

Planctus Dnae Mariae annuntiatur h. d. e Cal. Arabico apud Binterim V 1, 429.—**Obitus Deiparae** signatur h. d. in Synaxario Arabo-Jacobitico (Patr. Or. X) et **"Commemoratio mensilis B.M.V. Misericordiae Foederis"** in Cal. Abyssiniorum, die 16 uniuscujusque mensis. Omnia ista referuntur ad Assumptionem Dei Matris, quae apud christianos vallis Niliacae celebratur die 16 Aug. v. etiam 21 Jan., qui dies calendarii Coptici idem est ac dies 16 Jan. calendarii Juliani. v. Harris.

F. **S. Joseph, Sponsi B.M.V.** habetur in Brev. Bituricensi 1782.—Bibl. Boll.

XVII

Missa solemnis Gratiarum Actionis dicitur hac die apud Mercedarios secundum calendarium die 20 Maji 1914 approbatum, cum "regalis, militaris et coelestis Ordo S. Mariae de Mercede" approbatus sit a Gregorio IX die 17 Jan. 1235.—Archiv.—Buchberger.

F. **B. Mariae V. Luminum,** dp. 1 cl. cum oct. in ecclesia homonyma Ord. Cisterciensis et Orphanotrophio dioec. Septempedanae (San Severino) in Italia; dp. maj. in dioecesi. — Cal. appr. 27 Apr. 1914. — Anno 1584, die 16 Jan., visa sunt lumina de coelo lapsa circum imaginem Deiparae super portam domus Lucae Serratonii pictam. Nec defuere miracula.—Gump. 180.—Cal. Septemp. 1905.—Cal. O. Cist. S. Crucis in Jerusalem, 1909.

F. **B. Mariae V. de Fortuna,** dp. maj. anno 1725 concessum est pro clero S. Victoris, Genuae. Postea festum translatum est ad Dom. IV Januarii, quam vide. Incoronata est imago 24 Nov. 1735. — Pitto Lig. Mar. I 293.

F. **Apparitionis B. Mariae V. Matris S. Spei,** seu **B. Mariae V. de Conceptione Immaculata,** dp. 2 cl. in civitate Pontmain, dp. maj. in dioec. Valleguidonensi (Laval) in Gallia.—Cal. appr. 2 Julii 1914.—Per rescriptum 27 Maji 1922 concessa sunt officium et missa propria et ritus

dp. 1 cl. pro civ... Pontmain. — Annuaire Pont. 1923, p. 759. — Juxta civitatem Pontmain ... Virgo, furente bello Franco-Germanico, die 17 Jan. 1871, duobus pueris apparuit. Sanctuarium dedicatum est die 27 Junii 1877, quo anno concessum et festum a Pio IX Papa. Erectum est sanctuarium in basilicam minorem 21 Febr. 1903.—Drochon, 272—Rudnicki 327—Guérin, 444.

F. **B. Mariae V. de Exilio,** Titul. Cathedr. Florianopolitanae (Brasilia) sub officio Fugae in Aegyptum.—Cal. Florianop. appr. 26 Maji 1914.

XVIII

Festivitas S. Mariae, Solemnitas veteris Ecclesiae Gallicanae, ab Ecclesia Syriaca adoptata, ubi antiquitus mediante Januario (v. 15 Jan.), festivitas agebatur in honorem SS. Dei Genitricis. De hoc festo loquitur S. Gregorius Turonensis in libro de Miraculis c. 9; invenitur etiam in Lectionario Luxoviensi saec. IX. Patr. Lat. 72, 180.—Quoad objectum festum istud idem est ac festum, quod Syri agunt 15 Jan., Graeci (post Syros sequiores) die 26 Dec. et Romani die 1 Jan., i. e. Maternitas Mariae. —Reviviscente traditione apostolica de corporali Assumptione Mariae in coelum, postquam Gallia, auctoritate nixa S. Gregorii Turonensis, memoriam apocrypham de Transitu Mariae recepit, in hoc festo mediantis Januarii veteri missae (et officio) de puerperio Virginis substituta est nova missa (cum officio) de Transitu B. Mariae V. et ipsa festivitas vocari coepit "Assumptio B. Mariae V." v. P. L. 72, 225 et 474.—Beissel 13.— Unde, sicut in Aegypto, ita et in Gallia festum Transitus et Assumptionis B. Mariae V. celebrabatur mense Januario. — Sub Carolo Magno, qui Liturgiam Romanam in Galliam invexit, festum Obdormitionis B. Mariae V. ad 15 Augusti transferri coepit. — Amer. Eccles. Review, Sept. 1910, 275 ss.—In "Martyrologio Autissiodorensi" (Auxerre) saeculi X die 18 Jan. retenta est memoria SS. Dei Matris et vocatur: "**Dedicatio Gloriosae Virginis Mariae**"; in quibusdam calendariis recentioribus vero: "**Electio B. Mariae V., i. e. aeterno.**" Boll. in Praeterm. ad h.d.—In martyrologio hibernico S. Aengussii (a. 790) hac die annuntiatur: "**Nuntius magnus Mariae;** hac die Romam pervenit nuntius de morte Mariae." (Bradshaw Soc., vol. 29, p. 47). Et in Martyrologio Gormani, scripto a. 1166-1174: "**Acer nuntius de morte Mariae.**" (Bradshaw Soc.). Antiquiores Scoti duo festa, 15 Aug. et 18 Jan. ita jungebant, ut Mariam die 15 Aug. obiisse, nuntium mortis vero die 18 Jan. Romam pervenisse crederent. v. 21 Jan.—Ecclesia Gallicana, ut feriationem diei 18 Jan. servaret, memoriae SS. Dei Matris e 18. Jan. ad 15. Augusti translatae substituit festum Cathedrae S. Petri, e 22 Februarii.

Descensio B. Mariae V. in dioec. Ovetensi (Oviedo) in Hispania. —Cal. Hisp. pro Oveto, 1646.—Bibl. Boll.—Nunc Oveti fit de hoc festo die 24 Januarii.

XIX

Inventio Pueri Jesu in Templo, dp. maj. in Proprio Monialium O.S.B. Adorationis Perpetuae in Gallia, tam a. 1827 (Bibl. Boll. et Archiv.) tam in moderno; item in Cal. Societatis Mariae (B. Ludovici de Montfort) appr. 17 Apr. 1914.—Archiv.

F. **SS. Familiae Jesu. Mariae, Joseph,** dp. maj. assignatum e Dom. III post Epiphan., in compluribus dioecesibus et familiis religiosis. —Per decretum 26 Oct. 1921 hoc festum ritu dp. maj. extensum est ad Orbem Latinum, Dom. infra Oct. Epiphan. agendum.[1]

Inventio Tituli Crucis, dp. maj. Romae in Basilica S. Crucis in Jerusalem.—Cal. 1914 et 1921 (assignatum e Dom. ult. Jan.).—Archiv.

Inventio B. Mariae V.'a Cava, Patr. Princ. Marsalae in Sicilia, dp. 1 cl. cum oct.; in dioec. Mazariensi dp. maj.—Statua marmorea SS. Deiparae die 19 Jan. 1518 non sine miraculo inventa est in cava juxta Marsalam.—Cal. S.J. in Sicilia 1840 et 1845. Bibl. Boll.—Ordo Mazar. 1888 et 1915.—Gump. 791.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. maj. in dioec. Agrigentina (Girgenti) in Sicilia, e conc. 9 Sept. 1844.—Propr. Siciliae 1891.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Defensione,** Cortinae in dioec. Tridentina (Trento) in gratiarum actionem pro liberata civitate a latronibus a. fere 800.—Ott, Marianum p. 1099.

F. **B. Mariae V. de Providentia** agi Panormi in ecclesia S. Joseph, praesens didici a. 1900.

F. **B. Mariae V. de Gratiis,** Avilae in Hispania, in ecclesia monialium Carmelitarum de Incarnatione. Saepe apparuerunt angeli imaginem circumdantes.—Gump. 190.

F. **B. Mariae V. de Bethlehem,** dp. 2 cl. in dioec. Huajuapanensi (de Leon) in ditione Mexicana.—Cal. approb. a. 1904. Archiv.—v. Dom. III post Epiph.

[1] Inter annos 1914-1921 festum SS. Familiae (19 Jan.) consentiente S.Rit.C. retentum est: dp. 1 cl. cum oct. apud Theatinos et in Congregatione SS. Familiae Sagiensi (Cal. 11 Maji 1914); dp. 2 cl. in dioec. Rottenburgensi et Quitensi (9 Junii 1920);—dp. maj.: Lugduni (1914); Constantiae (1914), S. Claudii, Metis, Brugis (1914), Gandavi (1920), Barioli (1914), Laureti (1915), S. Angeli in Vado (1914), Conimbriae (1915), Paderbornae (1920), Meritae (1916); apud Mercedarios, Maristas, Societatem Verbi Divini, Marianistas, Missionarios S. Joseph, in Pia Societate Missionum, apud Servos Mariae (1914), apud Eudistas, in Societate Jesu, apud Carmelitas Excalceatos (1920), in Ordine Constantiniano (1919), etc. Pro dioecesi Cenomanensi (LeMans), die 12 Febr. 1918, festum suae sedi Dom. III post Epiph. restitutum fuerat. — Congressus Marianus, a. 1908 Caesaraugustae (Zaragoza) habitus, petiit ab Apostolica Sede, ut ad Orbem extenderentur festa SS. Familiae, Purissimi Cordis et B. Mariae V. de Columna (12. Oct.); item ut festum B.M.V. de Covadonga (9. Sept.) universae Hispaniae concederetur, f. B.M.V. de Almudena (9. Nov.) utrique Castiliae, ut festum Patronae Principalis.—Acta Congressus.

Commemoratio S. Joseph, Sponsi B. Mariae V., dp. in Cal. S. Fidei in Neogranatensi (Columbia), die 9 Dec. 1875 approbato. Haec memoria peragitur die 19 uniuscujusque mensis (ex antiqua consuetudine), excepto die 19 Nov., in festo S. Elisabeth, Patronae archidioeceseos. Off. pr. archid. S. Fidei Bogotensis, 1851.—E calendariis subsequenter approbatis haec memoria expuncta est.

F. **Patrocinii S. Annae, Matris B. Mariae V.,** dp. maj. in terra Vernale, dioec. Lyciensis (Lecce) in Apulia.—V. Cal. Lyciense appr. 4 Martii 1914.

XX

Manifestatio B. Mariae V. a Sacro Numismate, dp. 2 cl. Romae in ecclesia S. Andreae de Fractis; dp. maj. in universo Ordine Minimorum S. Francisci de Paula.—Ordo Minimorum. 1900.—Pro toto Ordine dp. 2 cl. ex decreto 10 Jan. 1917. Archiv. — In domo Societatis N. Dnae de Sion, Hierosolymis, dp. 2 cl.—Cal. appr. mense Martio 1914.—Romae in ecclesia S. Andreae de Fractibus die 20 Jan. 1842 apparuit Immaculata, in specie imaginis excusae in numismate suo, Alphonso de Ratisbonne Judaeo. —Beissel 413.

XXI

Requies Deiparae Virginis Mariae solemni festo medio aevo hac die a Coptis et Abyssiniis vallis Niliacae acta est, et a monophysitis illius regionis hodiedum agitur. Copti credunt, SSam Dei Matrem die 21 Jan. obiisse, die 16 Aug. vero corpus ejus glorificatum in paradiso ostensum esse apostolis. Hoc fere modo Synaxarium Arabo-Jacobiticum rem refert: " Hac die Virgo pura, Mater Dei, Maria Dna Nostra, regina foeminarum mundi, obiit Hierosolymis, praesentibus apostolis. Qui cum post adventum Thomae vaderent ad sepulchrum et vacuum illud invenirent, a Spiritu Sancto edocti sunt: " Deus non vult ut sit super terram ". Et apparuit Dnus ipsisque promisit, se monstraturum esse ipsis corpus Mariae, quod praestitit Dnus die 16 Aug. ejusdem anni." — v. Synax. Alexandrinum (Script. Arabici, III, XVIII) p. 360. Quo infausto tentamine conciliare conati sunt Aegyptii vetus festum Syro-Copticum Obdormitionis B.M.V. cum sequiore festo Syro-Graeco mediantis mensis Augusti.—Lucius-Anrich 516.—Non constat autem, hoc festum 21 Januarii primitus fuisse festum Requiei Deiparae. Probabiliter erat festum generale in honorem Maternitatis Mariae, ab Ecclesia Syriaca acceptum, cui postea Assumptionis (Obitus) memoria superaddita est. v. 26 Dec., 15 et 18 Jan.—Copti Catholici nostro aevo Obdormitionem et Assumptionem B. Mariae V. die 16 Augusti agunt; celebritati diei 21 Jan. novum dederunt characterem: **Consecrationis primae ecclesiae sub nomine Deiparae Virginis Mariae.** Nill. II 700, 714. Quam consecrationem Syri agunt die 15 Junii, Copti haeretici (monophysitae) et Abyssinii vero die 21 Junii, quos vide.

Die 21 uniuscujusque mensis apud Coptos et Abyssinios agitur festum secundarium, sive **Commemoratio B. Mariae V.** Quod festum mensis Januarii commemoratur in Apocalypsi seu Visione Mariae V. (Script. Aethiopici. series I, tom. VII, p. 68) tanquam a S. Joanne institutum jussu Deiparae ipsius; et additur: si possibile fuerit, uniuscujusque mensis die 21 faciant item hanc commemorationem.

F. **B. Mariae V. de Altagratia,** dp. 2 cl. in dioec. S. Dominici (Santo Domingo) in Indiis Occidentalibus.—Cal. 1911.—Sublatum erat in reformatione calendariorum (1914), restitutum vero die 25 Junii 1920, dp. 2 cl. pro archidioecesi S. Dominici, dp. maj. pro dioec. Portus Principis. — In Cal. provinciae Portus Principis (Haiti) fuerat dp. maj. ex decr. 3 Sept. 1905. — Imago B.M.V. de Altagratia colitur in sanctuario proprio pagi Higuey dioec. S. Dominici.—De la Fuente 505.

Memoria B. Mariae V. de Monte Carmelo per Missam vot. sol. B.M.V. de Monte Carmelo fit Manilae in insulis Philippinis in ecclesia Discalceatorum S. Augustini extra moenia. — cf. Decr. S. C. Indulg. 28 Jan. 1716. Schneider, *Dekrete,* p. 18.

F. **Iconis B. Mariae V. Consolatricis (Paramythia)** cum officio solemni hac die agitur in monasterio Vatopedi, Sacri Montis Athonis in Macedonia, in honorem iconis per cujus manifestationem die 21 Jan. 807(?) servatum est monasterium ab excidio per invasionem piratarum barbarorum. — Mz. 813. — Episkiasis 19 — Officium inveni in bibliotheca Revmi Principis Maximiliani de Saxonia.—De hac solemnitate fit memoria in Menologio Russorum.—Sn. 125.

F. **Iconis B. Mariae V. Odigitriae** fit in monasterio Xenophontis, S. Montis Athonis, ad quod translata est a. 1730, e monasterio Vatopedi. —Mz. 814.—Sn. 124.—Episkiasis 97.—Memoria in Menologio Russorum.

Commemoratio **Iconis B. Mariae V. Vulneratae (Esphagmene, Saklannaja)** fit in Menologio Russorum.—Vulnerata est imago a monacho irato; e vulnere sanguis profluit; monachus vero subito mortuus est. Colitur sacra icon in monasterio Vatopedi, in sacello S. Demetrii, ubi propria peragitur akoluthia (officium).—Mz. 814.—Episkiasis 23.—Sn. 123.

Memoria **B. Mariae V. Ibericae,** in Menologio Russorum. Imago colitur in conventu monialium vocato "Suchotynski", dioec. Tamboviae, et est depiola ab icone Iberica Mosquensi, a. 1835, in civitate Novgorodiae Inferioris.—Sn. 123.—v. 13 Oct.

XXII

F. **Eucharistici Cordis Jesu** cum officio et missa propriis hac die agendum ritu dp. maj. propositum est anno 1910 a Patribus Congregationis SS. Redemptoris, sed nec festum nec officium approbata sunt a. S. Rit. Cong.—Anno 1921 vero festum iterum propositum est et die 9 Nov. 1921 approbatum pro omnibus petentibus, agendum feria V post Dom. III post Pent., quam vide.—Archiv.

F. **Virginalis Conjugii B. Mariae V. et S. Joseph,** dp. maj. invenitur in Proprio Eudistarum a. 1652 cum officio ab ipso B. Joannis Eudes composito. — Oeuvres XI 223. — Hoc festum hodiedum extat in Proprio Eudistarum, die 22 Jan., anniversario consecrationis Jesu et Mariae SSmae Communitati Jesu, Mariae et Joseph, a. 1644 in civitate Cadomensi (Caen) peractae.—v. Propr. Eudist. modernum.—Item Colv. et Baling. hac die.

F. **B. Mariae V. de Foro Veteri (Fourvieres),** dp. maj. — Cal. Congregationis SS. Sacramenti appr. 8 Jan. 1914 et in Cal. Ancillarum SS. Sacramenti appr. eodem anno.—Archiv.—v. 19 Apr.

XXIII

F. **Desponsationis B. Mariae V.** dp. 2 cl. in patriarchatu Hierosolymita, secundum Cal. 2 Julii 1919 approbatum. Ante reformationem calendariorum (1913-14) agebatur in plurimis Orbis Latini dioecesibus et a familiis religiosis ritu dp. maj.—Cum approbatione Legati Apostolici e testamento canonici cujusdam Carnutensis anno fere 1413 institutum est hoc festum et feriae V hebdomadis Quatuor Temporum Adventus assignatum in provinciis ecclesiasticis Remensi (Reims), Senonensi (Sens) et Rotomagensi (Rouen). Primam approbationem Apostolicam obtinuit a Paulo III Papa, datam pro Franciscalibus a. 1537, diei 7 Martii assignato festo. Anno 1556 pro die 23 Jan. adoptavit celebritatem ecclesia Atrebatensis (Arras) ritu duplici, unde ad plures Galliae et Belgii transiit ecclesias. — Anno 1655 festum istud Hispaniae Regi praecise est denegatum ("Lectum"), sed per decretum 27 Jan. 1678 provinciis Haereditariis Imperatoris concessum. In Hispania e concessionibus datis annis 1680-1682 fit die 26 Novembris. — Ex decreto 5 Maji 1736 **commemoratio S. Joseph** in festo Desponsationis fit tantummodo ubi concessa est.—v. Colven. h. d. — Idem festum in Martyrologio ad usum monachorum Italo-Graecorum O. S. Basilii, 1848.—Quae solemnitas ut extenderetur ad Orbem Latinum petivit Congressus Marianus Caesaraugustanus a. 1918. — Sed annis 1913 et 1914 ex omnibus fere calendariis sublata est.—Hodie dp. 2 cl. apud Stigmatinos (Cal. 21 Jan. 1914); dp. maj. Romae in basilica S.M.Majoris (Cal. 10 Dec. 1913), Perusiae, ubi "annulus" B.M.V. (Cal. 23 Julii 1914), Laureti (1915), Ravennae, S. Angeli in Vado et Consentiae (1914), Bracarae et Carnuti (1917), apud Servos Mariae et Marianistas (1914), apud Eudistas et Carmelitanos (1920) et alibi.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Bethlehem,** dp. maj. in dioec. Antiochiae in Columbia.—Cal. appr. a. 1899.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Perpetuo Succursu,** dp. maj. in dioec. Cracoviensi.—v. Propr. pro Polonia et Suecia a. 1909 publicatum.—Archiv.

XXIV

F. **Descensionis B. Mariae V. in Templum Toletanum,** dp. 2 cl. in provincia Ecclesiae Toletanae in Hispania; item Oveti, Granatae et alibi.—Festum sex capparum in cal. Toletano a. 1512.—Weale I.—Instituta est ista solemnitas a. fere 1372, duobus post recuperatam civitatem Toletanam saeculis (De la Fuente, 251), in memoriam apparitionis illius, qua B. Maria angelorum comitata choris S. Ildephonso vestem induit coelesti opificio contextam, in ipsa nocte suae Annuntiationis (18 Dec.). Agitur die 24 Jan., proxima post emortualem S. Ildephonsi.—Huic festo inditum est nomen B. Mariae V. de Pace, quia post apparitionem iconis B. Mariae V. de Sacrario in templo Toletano, die 24 Jan. 1085, pax inita est inter Christianos et Mauros, quibus Bernardus episcopus, contra pacta cum Mauris facta, absente Rege Alphonso VI, Toleti templum maximum eripuerat et in ecclesiam verterat. — Approbatum est festum a Gregorio XIII, 24 Julii 1581.—Descensionis Mariae festum agitur etiam Oveti (dp. 2 cl.), quia planeta S. Ildephonsi ibi servatur in Cathedrali ex a. 714; item in dioec. Zamorensi (dp. 2 cl.) ; Zamorae enim colitur corpus S. Ildephonsi; item dp. 2 cl. in officiis propriis O.S.B. Congreg. Hispan., 1646; et Matriti (Off. pr. 1898).—Sub titulo "**Apparitionis B.M.V.** seu **de Pace** S. Dei Mater est Patr. Princ. civitatis Pacis (Paz) in Bolivia, dp. 1 cl. cum oct. in archidioecesi; dp. maj. in dioec. Conimbrigensi (Coimbra) et in Bragantina in Lusitania; item ante reformationem calendariorum a. 1914 dp. maj. Granatae (1903) et in omnibus dioecesibus reipublicae Argentinae.—In Cal. Toletano die 17 Apr. 1914 approbato et in Conchesi (1914) dp. maj.—S. M. Pacis est Patr. Princ. Medinae Sidoniae (Ordo Gadic. 1910).—Colv. 24 Jan.—Sanjulian, III 140.—Bal. 41.—Ricc. IV 532.—De la Fuente, 210.

F. **Desponsationis B. Mariae V.** dp. Duaci (Douai) in ecclesia S. Amati, saec. XVII.—Colv. 23 Jan.

F. **B. Mariae V. de Fontana,** Patr. Princ. Civitatis Francavillae Fontanae, dioec. Uritanae (Oria) in Apulia, dp. 1 cl. cum oct. — Ordo O.F.M. Prov. Lyciensis 1901. Ordo Uritanus 1836 et 1901. — Nihil in dioecesi.—In Ordine Uritano vero, a. 1919 approbato festum est dp. 2 cl. in dioecesi dp. 1 cl. cum oct. Francavillae. Officium proprium concessum est 12 Sept. 1840.—Bibl. Boll.

XXV

Memoria SS. Matris Dei in ecclesia Antiochena in Syria. Severus patriarcha Antiochenus in ista festivitate duas habuit homilias. Cum istae conciones in serie homiliarum sequantur homilias habitas in honorem S. Babylae Ep. M., cujus festum agitur die 24 Januarii, De Waal opinatur, memoriam istam Deiparae actam esse die 25 Januarii. — Sed calendaria Antiochena sequiora memoriam Dei Matris hiemalem die 15 Januarii celebrant, et aliam die 8 Januarii, nunquam vero die 25 Januarii. Unde, sive

tempore Severi patriarchae (obiit a. 539) festum S. Babylae actum est ante 15 Januarii, sive series traditionalis homiliarum Severi non sequitur ordinem calendarii liturgici.—De Waal., Rom. Quartalschrift, XI, 1897, p. 55.—Baumstark, 195.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** per Missam vot. sol. 4 Jan. 1835 concessam agitur in civitate Apuana (Pontremoli) in ecclesia asceterii S. Jacobi in honorem imaginis miraculosae, quae ibi colitur.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Matris Misericordiae,** dp. 1 cl. cum oct. in basilica parochiali S. M. de Misericordia civitatis Maribor (Marburg) in dioec. Lavantina (Carinthia), e concessione 7 Jan. 1911.—Festum istud est anniversarium incoronationis imaginis B. Mariae V. quae solemniter peracta est die 25 Jan. 1910.—Archiv.

F. **Iconis B. Mariae V. titulo "Solve Dolores meos" (Utoly moja Petshaly)** in universa Ecclesia Russica. Imago colitur Mosquae in ecclesia S. Nicolai Pupychensis, et allata est a Cosacis a. 1640.—Alia imago hujus tituli colitur in ecclesia Protectionis B. Mariae V. civitatis Sklow in gubernio Mohilewensi.—Mrt. 52.—Mz. I 837.—Sn. 127.

XXVI

Memoria Magni Terraemotus Constantinopoli sub Theodosio Juniore a. 447; officium plenum peragebatur olim Constantinopoli in ecclesia Deiparae in Hexakionio.—Mx. 173.—MGr.

F. **B. Mariae V. de Bethlehem,** dp. maj. a Patribus Societatis Mariae fit h. d. anniversario instaurationis Congregationis, Redone, a. 1826, postquam dispersa fuit tempore perturbationis civilis.—Ppr. S. M.

XXVII

F. **B. Mariae V. de Monte Nigro,** dp. 2 cl. in dioec. Liburnensi (Livorno) in Etruria.—Cal. appr. 4 Maji 1914.—Imago a. 1345 "angelorum manibus" ex Euboea insula ad Montem Nigrum juxta Liburnum delata esse scribitur. Revera imago non est artis orientalis, sed opus pictoris Florentini saec. XIV; die 4 Maji 1690 incoronata est.—Die 27 Jan. 1742 Liburnum in terraemotu servata est incolumis, unde pro hac die festum concessum est 11 Junii 1874 in dioecesi agendum; ad monachos Vallumbrosanos, qui sanctuarii curam agunt, ritu dp. maj. extensum est, 27 Nov. 1911.—Sign. 172.—Ricc. II 242.—Gump. 246.—Beissel 408.

Translatio Imaginis B. Mariae V., Romae, in basilica S. Mariae Majoris, dp. 2 cl.; huic diei assignatum est festum in reformatione calendarii, 10 Dec. 1913.—Dominicae ultimae Januarii restitutum est 14 Juli 1914.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. Reginae Prophetarum,** Romae in ecclesia S. Georgii et Sanctorum Angliae (Piazza di Spagna), ubi cultui exposita est

imago delineata ad instar picturae illius in catacumbis inventae, quae ostendit Isaiam Prophetam sub signo stellae digito monstrantem Matrem Mariam cum Puero. Quae imago inter Mariae icones vetustissima esse videtur.—Agitur festum per Missam vot. sol. propriam, quae concessa est pro omnibus ecclesiis Pauperum Ancillarum Matris Dei. — Archiv. — v. Dom. ult. Epiphan.

XXVIII

Solemnitas Dni N. Jesu Christi, dp. 1 cl. cum oct., a Card. Berulle instituta est pro suo Oratorio a. 1611. Hoc festo colitur Jesus Dnus prout est Aeterna Sapientia Incarnata. Officium a Card. Berulle concinnatum cum festo adoptavit B. Joannes Eudes in Proprio Congregationis suae a. 1662, dp. 2 cl. — Oeuvres XI 591. — Idem festum dp. 1 cl. inter officia Oratorii D.N.J.CH. a. 1715; dp. maj. in Sanctorali Macloviensi a. 1768; in Proprio Monialium O.S.B. Adorationis Perpetuae 1824 celebratur die 31 Jan. ritu dp. maj.—Bibl. Boll. et S.R.C.

F. **Excellentiarum (Grandeurs) Dni Jesu,** dp. maj. cum officio proprio inter Officia Monialium O.S.B. Adorationis Perpetuae in Gallia 1824.—Bibl. Boll.

F. **Fugae N. N. Jesu Ch. in Aegyptum,** dp. maj. inter officia Congregationis SS. Crucis et Passionis Dni, 1885 et 1917. — Item in Proprio Ord. Militaris B. Mariae V. de Domo Teutonica, 1903.

F. **Inventionis Pueri in Templo,** dp. maj. in dioec. insulae Martinicensis in Indiis Occidentalibus. — Cal. 1903. — Item in Cal. Filiorum Immaculati Cordis Mariae, 1901.—Archiv.

F. **Immaculati Cordis B. Mariae V. tit. Refugii Peccatorum,** dp. maj. in dioec. Versaliensi, e concessione 29 Maji 1916.—Archiv.—v. Dom. ante Septuagesimam.

F. **B. Mariae V. de Rosis,** dp. maj. in dioec. Bergomensi. — Cal. appr. 27 Nov. 1913.—v. Dom. III post Pent. et Dom. ult. Jan.—Archiv.

Memoria **Iconis B. Mariae V. de Totma (Totemskaja-Sumorenskaja)** in Menologio Russorum. Colitur imago h. d., festo S. Theodosii de Totma; a. 1554 fundatum est monasterium a S. Theodosio. Icon quam ipsi dono dedit abbas Prelucensis, vocatur "Sumorensis", quia S. Theodosius Sumorae natus est.—Sn. 132.

XXIX

Solemnitas Dni N. Jesu Ch., dp. 2 cl. cum oct. in Proprio monialium Carmelitarum in Gallia, 1858 et 1859, cum officio a Card. Berulle composito.—Archiv.—v. heri.

Hac die Memoria mensilis **vivificae Annuntiationis, gloriosae Nativitatis et superexaltatae Resurrectionis Domini.** Ita Synaxarium Copticum apud Wuestenfeld, p. 268. — Ita etiam Cal. Abyssiniae

apud Harris. — Christiani indigenae Vallis Niliacae die 1 uniuscujusque mensis memoriam faciunt Nativitatis Mariae, die 12 S. Michaelis archangeli; die 16 B. Mariae V. tit. Arcae Foederis; die 21 Dnae Mariae; die 28 SS. Abrahae, Isaac et Jacob et die 29 Annuntiationis etc. ut supra Nill. II; Epist. Rev. P. Baeteman C.M. ex Alitiena.

F. **Desponsationis Mariae et Joseph** annuntiatur h. d. tanquam festum ritus altioris in Brev. Aarhusiensi (Dania) a. 1519. — Grotef. II 215.—Anal. Hymn. XII v. hymnos.

XXX

F. **Desponsationis B. Mariae V.,** dp. in Cal. Abbatiae Montis Mariae (Marienberg) 1898.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Refugio,** dp. 1 cl. oct. apud moniales Dnae N. de Refugio in dioec. Nanceiensi (Nancy), cum officio approbato a. 1652 a Jacobo Episcopo.—Off. pr. in Bibl. Musaei Brittanici.

Memoria SS. Deiparae olim celebrabatur "in Georgia", Constantinopoli.—v. Max. I 175.

Translatio reliquiarum S. Annae Matris B. Mariae V. signatur in antiquo Cal. Rotomagensi (Rouen). — Grotef. II 63. — Charland, Ste Anne III 339.

XXXI

Solemnitas Dni Jesu, dp. maj. cum officio Card. Berulle (28 Jan.) in Proprio monialium O.S.B. Adorationis Perpetuae in Gallia, a. 1824.—Bibl. Boll. et S.R.C.—Triginta tribus abhinc annis Procurator Societatis Mariae S. Congregationi Rituum proposuit novum officium et festum die 31 Jan. agendum sub titulo "SSmi Dni N. Jesu Christi prout est Aeterna Sapientia Incarnata". Sed quamvis S. Rit. Congregatio festum Card. Berulle, cum eodem objecto, toleret, petitum Maristarum rejecit respondendo: "Nihil", propter titulum inusitatum.—Archiv.

F. **Inventionis S. Hostiae,** dp. 1 cl. oct. cum officio SS. Corporis Christi approbatum est a S.Rit.C. die 10 Julii 1802 pro oppido Alcodiano (Alcoy) dioec. Valentinae in Hispania.—Hostia ibi sacrilega manu subrepta est, in cujus criminis expiationem erectum est monasterium sacrarum Virginum Augustinianarum s. hostiam jugiter adorantium.—Archiv.

Inventio Pueri Jesu, dp. maj. in Proprio Societatis Mariae (B. Ludovici de Grignon) et Filiarum Sapientiae, a. 1899.—Archiv.

F. **SS. Nominis Jesu,** dp. in ecclesia Leodiensi (Liège).—cf. Propr. Leodiense 1623.—Bibl. Boll.—Colven. h. d.

F. **B. Mariae V. de Pace,** dp. maj. in Cal. Religiosarum B.M.V. de Mercede in prov. S. Barbarae de Tucuman in Argentina. — Cal. appr. a. 1889.—v. 24 Jan.

FESTA MOBILIA JANUARII.

Primo Sabbato Januarii.

Sacratissimi Cordis B. Mariae V., dp. 1 cl. oct. inter officia propria Congregationis SS. Cordium Jesu et Mariae, 1826.—Archiv.

Secunda Feria Sexta post Natale:

Commemoratio Dnae Mariae, festum solemne Syrorum Nestorianorum.—Nill. II 665. v. 26 Dec.—Nestoriani quasi omnia sua festa in feriis sextis agunt.

Dominica Prima post Calendas Januarii:

Epiphania Domini, dp. 1 cl. cum oct.—Brev. Remense 1812.—Dies octava, i. e. festum Baptismatis Christi anticipatur in Sabbato; in Dominica enim fit festum S. Remigii.

Dominica infra Octavam Ephiphaniae:

F. **SS. FAMILIAE, JESU, MARIAE, JOSEPH,** dp. maj. in Ecclesia Latina universa, e decreto S.R.C. 26 Oct. 1921.—Omnibus petentibus hoc festum indultum fuerat, Dom. III post Epiphaniam agendum, a Leone XIII, 14 Junii 1893. Pertransierat in universum fere Orbem Latinum cum officio et missa ab ipso Leone XIII concinnatis. Quod festum ut ad Orbem extenderetur, petiit Congressus Marianus Caesaraugustanus a. 1908. Sed in reformatione calendariorum, a. 1914, cum moerore cleri et populi, sublatum est cum multis aliis festis, donec anno 1921 in calendarium Ecclesiae Universae referretur. — In Canada haec solemnitas jam ante concessionem Leoninam celebrata fuerat Dom. II post Pascha.—Archiv.

F. **Inventionis Pueri in Medio Doctorum,** dp. maj., correspondens Evangelio hujus Dominicae, ante a. 1914 in compluribus dioecesibus et a familiis religiosis agebatur cum officio proprio. Festum istud cum officio die 10 Martii 1782 concessum est Patribus Praedicatoribus loci Colorno, dioec. Parmensis; extensum est ad clerum Parmensem 18 Feb. 1794.—Sed jam medio aevo agi coeperat ista celebritas cum alio officio, e. g. Misnae (Meissen) in Saxonia, a. 1510, Feria V. post Sexagesimam; apud Annuntiatas B. Joannae Valesiae die 4 Maji (appr. a. 1517). v. Colven. 15 Apr.—Anno 1909 inveni festum in calendariis SS. Redemptoris, Societatis Divini Verbi, Piaristarum, Praedicatorum, Birgittanarum, Parmae, Guastallae, in prov. S. Ludovici et alibi aliis diebus.

F. **Triumphi Fidei,** solemne majus, quod cum officio propriisimo agebatur Parisiis in ecclesia S. Rochi, institutum est a. 1722.—Recoluntur hoc festo omnes triumphi, quos Ecclesia Catholica reportavit de inimicis quibuscunque. v. Off. pr. S. Rochi, 1740, in Bibl. Musaei Britann.

F. **S. Infantiae Dni N. Jesu Christi,** dp. in Brev. Aturensi (Aire) 1843, cum officio proprio.—Bibl. Boll.

Institutio Confraternitatis SS. Sacramenti, solemne majus, in off. prop. ecclesiae S. Ludovici in Insula, Parisiis, a. 1742.—Bibl. Musaei Brittan.

F. **B. Mariae V. in Jerusalem,** Tit. Eccl. Monialium Jerusalem O.F.M. in Cathalaunia, dp. 1 cl. — Ordo O.F.M. Prov. Cathalaunensis, 1908.

Manifestatio B. Mariae V. de Planctu, Romae in ecclesia propria, dp. 1 cl. — Die 10 Jan. 1546 lacrimas fudit imago B.M.V. delineata in muro, postquam coram ea patratum est homicidium. Translata est imago in ecclesiam SS. Salvatoris in Cacaberis, a. 1546; quae ecclesia a. 1612 demolita et sub appellatione S. Mariae de Planctu reaedificata est. Incoronata est imago santa die 20 Maji 1643. Benedictus XIV ecclesiam tradidit Patribus Doctrinariis. — Diario Rom. 1823 et sequ. — Archiv.— Bomb. I 43.—Scherer 43.—v. Dom. I Julii.

Dominica ante 14 Jan.

F. **SS. Nominis Jesu,** sol. minus.—Off. pr. SS. Gervasii et Protasii, Parisiis, 1740.—Bibl. Musaei Britann.

Dominica infra Octavam S. Gudulae (8 Jan.)

F. **SS. Nominis Jesu,** in Cal. Bruxellensi a. 1516.—Weale I 280.— Idem festum in Breviario SS. Crucis Coloniae 1665, signatur **prima feria vacante post Octavam Epiphaniae.**

Dominica II post Ephiphaniam.

F. **SS. NOMINIS JESU,** dp. 2 cl. ante reformationem calendariorum in Universa Ecclesia Latina. — E 14 Jan. huic Dominicae assignatum est ad preces Caroli VI Imperatoris, die 29 Nov. 1721. — Hierosolymis est Titulare Cathedralis. — Item Titulare Societatis Jesu, sed a. 1913 festivitas Titularis S.J. translata est ad festum Circumcisionis.—Colv. 15 Jan.—C. E. VII 420.—De SS. Nomine Jesu v. C. E. VII 421.—Per decr. S.Rit.C. 28 Oct. 1913 hoc festum assignatum est Dominicae inter 2-5 Jan., qua deficiente diei 2 Jan.—Per decr. 12 Feb. 1918 F. Nominis Jesu suae sedi pristinae restitutum est pro dioecesi Cenomanensi (LeMans). Archiv.

F. **SS. Cordis Jesu,** solemne majus, in Brev. Nanceiensi 1838.—Item triplex 1 cl. Rotomagi (Rouen) in ecclesia S. Maclovii.—Off. pr. 1786.— Bibl. Boll.

F. **B. Mariae V. de Providentia,** correspondens evangelio Dominicae, ante a. 1660 agebatur a Theatinis Lisbonae in ecclesia S.M. de Providentia. Gardellini, I 344. — Die 12 Nov. 1831 pro crypta ecclesiae S. Joseph Theatinorum Panormi concessa est Missa vot. sol. B.M.V. de Providentia.—Pro civitate Genuae annuntiatur hoc festum agendum in ecclesiis

S. Syri, S. Ambrosii, S. Torpetis, S. Rochi et S.M. de Providentia.—Settimana Relig. Genov. 1901.—v. sermonem de hoc festo apud Anaquim p. 155.

F. **B. Mariae V. de Misericordia Savonensis,** dp. maj. — Ordo Albae Pompeae 1887.—Archiv. v. 18 Martii.

Dominica ante 17 Jan.

F. **B. Mariae V. de Planctu** cum una Missa vot. B.M.V. Dolorosae die 5 Febr. 1648 concessum est ut titulare sodalitatis B.M.V. de Planctu in civitate Firmana (Fermo) erectae; eadem Missa concessa est etiam pro die octava, die 11 Jan. 1826.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Planctu,** dp. 1 cl. oct. in dioec. Fulginatensi (Foligno).—Die 13 Jan. 1832 in terraemotu civitas Fulginatensis remansit incolumis unde S. Mara de Planctu in imagine sua electa est in Patronam Princ. Primo festum agebatur die 14 Jan. (ex anno 1833); postea vero ad hanc Dominicam translatum est.—Prop. Fulgin. Archiv.

Feria III post Dom. II post Epiph.

F. **Fugae in Aegyptum,** dp. maj. in Cal. Dioec. Nicastri in Calabria, 1888.—Idem festum in dioec. Clodiensi (Chioggia) Dom. III post Epiph.—Ordo 1868.

Dom. III post Epiphaniam:

F. **SS. Familiae Jesu, Mariae, Joseph,** dp. maj. v. Dom. infra Oct. Epiphan et 19 Jan.—In reformatione calendariorum a. 1914, ne festum in sede sua propria penitus periret, S.Rit.C. concessit, ut Dom. III post Epiph. duae missae vot. dicerentur in variis locis, e. g. Cesenae (6 Julii 1914), S. Luciae Mylorum (9 Maji 1916), Calatayerone (1914), Brugis (21 Julii 1914) et alibi.—Die 9 Julii 1920 S.R.C. festum ritu dp. maj. denuo approbavit pro dioecesi Triventina, Sabbato ante hanc Dom. agendum.—Archiv.—Nunc agitur Dom. infra Oct. Epiph.

Solemnitas Dni Jesu, annuale cum oct., assignata e 28 Jan. pro Oratorio Sacerdotum ecclesiae S. Maglorii, Parisiis, cum officio a Card. Berulle concinnato.—Off. pr. 1767. Bibl. Boll.

Inventio Pueri Jesu, dp. maj. in Proprio Maristarum a. 1872.—Item in dioec. Lesinae in Dalmatia.—Klein p. 6.

F. **B. Mariae V. de Bethlehem,** dp. 1 cl. oct. Patronae Fratrum B. Mariae V. de Bethlehem, a. 1660 fundatorum a Petro de Bethancourt. —Ante reformationem Calendariorum celebrabatur in universa fere Mexici republica, in Guatemala et alibi in America Centrali et Meridionali.—Objectum festi est gloria Deiparae in partu ineffabili.—Concessum est 13 Maji 1778, dp. maj. pro Fratribus Bethlehemiticis; ex decr. 5 Sept. 1794 dp. 1 cl. oct. Die 28 Jan. 1785 extensum est ad clerum Quitensem et

Cuzcensem; 16 Juli 1786 ad clerum Mexicanum; 6 Junii 1820 ad clerum Angelopolitanum (Puebla de los Angeles).—Summa Aurea VII 432 ss.—Post institutionem festi SS. Familiae translatum est ad Dom. IV post Epiphan.—In reformatione a. 1914 e plurimis calendariis omnino disparuit.

F. **B. Mariae V. tit. Matris Domini,** dp. maj. sub officio Maternitatis Mariae pro Ordine Minimorum concessum est 16 Dec. 1797.—Off. pr. 1802.—Archiv.—Bibl. Boll.—Nunc temporis, post 1855 et ante 1914 fiebat Dom. II Oct.—Idem festum sub titulo Maternitatis. dp. maj. hac die Panormi in monast. Septem Angelorum.—Ordo Monial. Minim. 1855.

F. **B. Mariae V. tit. Immaculati Cordis Mariae tit. Refugii Peccatorum,** dp. 2 cl. in Cal. Guatemalae a. 1892, reposito festo S. M. de Bethlehem ad 19 Jan.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Misericordia,** dp. maj. in dioec. Agrigentina (Girgenti) in Sicilia; item in dioec. Jaciensi (Aci-Reale).—Translatum est hoc festum ad Dom. I Sept. per decr. 27 Maji 1907.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. Divini Pastoris Matris,** dp. maj. in dioec. Trojana in Apulia.—Ordo 1890.

F. **B. Mariae de Exilio,** seu **de Aegypto** in suo sanctuario celeberrimo in Lusitania agi Dom. III post Epiphan. v. "Septenario de Nossa Senhora do Desterro, que comenca no segundo Domingo depois dos Reis." Lisboa 1712.—Anaquim 111.

Dominica post 24 Jan.

F. **B. Mariae V. de Pace,** dp. maj. in Cathedrali Segorbicensi in Hispania, e concessione 16 Feb. 1819. nunc agitur die 31 Jan.—Archiv.

Feria III post Dom. III post Epiphan.:

F. **Inventionis Pueri,** dp. maj. in dioec. Lesinae in Dalmatia.—Klein 6.—Idem festum in dioec. Clodiensi (Chioggia) 1868.

Sabbato ante Dom. ult. Jan.

F. **B. Mariae V. de Bethlehem,** dp. maj. pro archid. Mexicana assignatum e Dom. III post Epiphan. 22 Maji 1912.—Archiv.

Dom. IV seu ultima Januarii:

F. **Inventionis Tituli S. Crucis,** dp. maj. concessum est pro ecclesia S. Crucis in Jerusalem, Romae, die 15 Apr. 1831.—Archiv.—Titulus, (seu potius pars tituli) ibi inventus esse dicitur die 1 Feb. 1412, in loco, ubi positus fuerat a Valentiniano Imperatore. Tituli, quem cum Cruce invenisse fertur S. Helena, secundum traditionem, alia pars servata est Hierosolymis, alia allata Constantinopolim, tertia Romam.—Rohault, 184 ss.—Nordam. Pastoralblatt Nov. 1911.—Chandlery 162.

F. **B. Mariae V. de Fortuna,** dp. 1 cl. cum oct., Contitularis ecclesiae S. Caroli Carmelitarum Discalceatorum Genuae; dp. maj. in archid. Genuae, concessum 6 Aug. 1751.—Off. propria Genuae 1880.—Ordo Carmel. Prov. Genuae 1908.—Imago S. Mariae de Fortuna tempestatis furore appulsa est ad oram Genuensem, die 17 Jan. 1636; cum miraculis fulgeret, incoronata est die 17 Jan. 1637. Primitus colebatur in ecclesia S. Victoris, pro cujus clero concessum est festum, die 17 Jan. agendum, anno 1727. Iterum incoronata est 24 Oct. 1735. Festum e 17 Jan. ad Dom. ultimam Jan. translatum est ab Augusto Viale Duce.—Ant. Pitto, Liguria Mariana, I 293 ss.

F. **Translationis Imaginis S. Mariae de Nive,** Romae in ecclesia S. Mariae Majoris, dp. 2 cl. — Cal. Basil. Liberianae 1888 et 1898.—Imago, "a S. Luca picta" et "a S. Helena Romam missa" eximia semper devotione colebatur a Romanis. In sacellum magnificum translata est 27 Jan. 1613, unde festum eodem anno concessum est.—v. 5 Aug.—Ricc. III 74. — Rudnicki 379. — Beissel 122. — Colven. 27 Jan.—Wolf 129.—Bomb. IV 81.—Icon, ab ista depicta, sub titulo "Matris Ter Admirabilis" recolitur in civitate Ingolstadt in Bavaria.—De iconibus "a S. Luca pictis", v. Beissel 116.

F. **B. Mariae V. de Rosis,** dp. maj. in dioec. Bergomensi, e Dom. III post Pent. translatum est ad hanc Dominicam, 16 Feb. 1900.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Forovetere (Fourvières),** dp. maj., conc. pro Congreg. SS. Sacramenti, 10 Nov. 1900.—Archiv.—v. 19 Apr.

F. **B. Mariae V. tit. Virgo Potens,** per Missam vot. sol. B. Mariae V. saltem, fit hac Dominica Genuae in ecclesia SS. Cordium et S. Jacobi de Carignano, quae est crypta ecclesiae S. Mariae de Carignano. Ibi colitur imago B. Mariae V. tit. Virgo Potens multis e saeculis.—Settim. Relig. Genova, 1901, 46.

F. **Translationis Imaginis B. Mariae V.** dp. maj. in dioec. Sorae.—Ordo Sorae 1900.

F. **B. Mariae V. Graecae** per Missam vot. sol. B.M.V. fit hac Dom. Ravennae in sanctuario hujus iconis. (Epist. Revdi Caeremonarii Cath. Ravennatensis, a. 1889 scripta.)—Gump. 157.

Dominica IV post Epiphaniam:

F. **Fugae Dni N. Jesu Chr. in Aegyptum,** dp. maj. in prov. eccles. Belem de Parà et SS. Salvatoris de Bahia in Brasilia.—Cal. 1908.

F. **Apparitionis B. Mariae de Misericordia,** dp. maj. in dioec. Trojana in Apulia.—Off. pr. 1877.—v. 18 Mart.

F. **Desponsationis B. Mariae V.,** dp. maj. in dioec. Gratianopolitana (Grenoble).—Off. pr. 1904.

F. **B. Mariae V. de Bethlehem,** dp. maj. in universa fere Republica Mexicana, in dioec. Platensi, Saltensi, Tucumana et alibi in America Meridionali. — Off. pr. 1899. Assignatum huic Dominicae e Dom. III post Epiphaniam.

Dominica ante Septuagesimam:

Dominica Pharisaei et Publicani celebratur a Graecis cum tropariis et canone propriis, secundum Triodium Graecorum.—Nilles II 3.—Praefixa est haec parabola officio quadragesimali, ut publicani animi demissio seu prima arma ad comparandam virtutem habeatur, cui maximum impedimentum affert pharisaei superbia.

F. **Immaculati Cordis B. Mariae V. tit. Refugii Peccatorum,** dp. 2 cl. in archidioecesi Parisiensi.—Festum est confraternitatis B.M.V. sub hoc titulo erecta Parisiis in ecclesia S. M. de Victoriis, die 16 Dec. 1836. Die 24 Apr. 1838 elevata est in archiconfraternitatem. Festum concessum est 24 Apr. 1838, Missa propria 11 Jan. 1875.—Agebatur sub officiis variantibus in archid. Remensi, in dioec. Carnutensi, Lemovicensi, Venetensi et Bellovacensi ritu dp. 2 cl.—Pro prov. S. Ludovici et Milwaukiensi in America concessum est 26 Apr. 1897 ritu dp. maj.; Romae in ecclesia S. Clarae dp. 1 cl. oct., in tota Congregatione S. Spiritus dp. 2 cl. —Ordo 1896.—Celebrabatur etiam in dioec. Albae Pompeae 1887, item apud Oblatos S. Francisci Sal. et Sorores Auxiliatrices Animarum Purgantium. (1909, dp. 2 cl.)—N. D. de France, I 87.—In reformatione calendariorum a. 1914 festum istud sublatum, pro archidioecesi Parisiensi vero diei 16 Jan. assignatum est. v. 16 Jan.

F. **Purissimi Cordis B. Mariae V.** dp. maj. in dioec. Lucensi (Lucca) et Pisciensi in Etruria, in dioec. Tridentina et Guastallae, Nannetensi, Sagiensi, Maurianensi, Tutelensi et Constantiensi, ante reformationem calendariorum (1914).—Cal.

F. **B. Mariae ab Exilio (do Desterro),** dp. 1 cl. oct. in civitatibus Santos et Parnahyba, dioec. S. Pauli in Brasilia, ubi festum est patronale monasterii O. S. Benedicti.—In civitate Jundiahy fit sine oct.—in aliis O. S. B. monasteriis in Brasilia dp. maj.—Ordo O.S.B. Brasil. 1900.—F. De Mattos, de Sa, Nossa Senhora de Desterro, Lisboa 1620.

F. **B. Mariae V. de Bethlehem,** Tit. ecclesiae Conventus Recollectionis N. D. de Belen, civit. S. Jacobi de Chile.—Ordo O. P. prov. S. Laurentii de Chile, 1921.

Dominica quae procedit Septimanam Jejunii Ninivitarum:

Memoria SS. Genitricis Dei, Sanctorum et Defunctorum, annuntiatur in Menologio Jacobitico saec. XII-XIII (Patr. Orient. X 125). —Ibidem: Dominica Introitus Jejunii: **Nuptiarum Canae.**

Feriis II, III et IV ante Septuagesimam:

Officium Jejunii seu Rogationis Ninivitarum celebratur ab Ecclesia Syrorum (Nill. II 643).—Quae celebritas poenitentialis exorta est in Mesopotamia sub Ezechiele Catholico Nestoriano (570-581), tempore pestilentiae.—Baumstark, 191.—Apud Chaldaeos hoc jejunii officium peragitur in feriis, II, III et IV post Dom. V post Epiphaniam. — Nill. II 682.—Item apud Syros Nestorianos, qui insuper feria V peragunt officium **Gratiarum Actionis.**—In odium Syrorum Graeci Jejunium Ninivitarum tanquam summam spurcitiam et maximam blasphemiam considerant.—Nill. II 8.

Feria VI ante Septuagesimam:

F. **Mysteriorum Viae Dolorosae Dni N. Jesu Chr.,** dp. 2 cl. cum officio splendido et Missa propriis (cum Sequ.) concessum est Ordini Fratrum Minorum, custodum S. Viae Crucis in Hierosolymis, die 14 Martii 1906.—Nunc festum celebratur prima feria VI Martii.—Schuster-Holzammer, II 480.—Rohault, 280.

Sabbato ante Septuagesimam:

vel in ipsa Dominica Septuagesimae ante reformationem Breviarii per S. Pium V. a. 1568, i. e. medio aevo, in nonnullis ecclesiis fiebat **Officium Allelujaticum, " ad depositionem cantici Alleluja ".** De singularibus caeremoniis claudendi seu sepeliendi Alleluja olim adhibere solitis v. Du-Cange, Glossarium Latinum.—Nullibi vero honorificentius vale illi dictum est, quam in ecclesia Autissiodorensi (Auxerre) in Gallia, ubi ejus dimissioni integrum dicatum erat officium, quod locum tenuit officii Septuagesimae a primis Vesperis usque ad Laudes Dominicae.—Nill. II 16 ss.

Commemoratio Mariae, ritu dp. in Ordine Swerinensi (Schwerin) a. 1519. — Grotefend II 167. — Item, exeunte aevo medio, Ultrajecti (Utrecht).—v. Colven. II 442.

FEBRUARIUS.

I.

Profestum Occursus Domini propriis tropariis et canone fit ab ecclesia Graeca et filiabus. In Occidente nusquam in liturgia servata esse videtur Vigila Purificationis B. Mariae V.—Mx. 176.

Inventio B. Mariae V. de Itria, Messanae in ecclesia S. Leonardi tantum. Reperta est imago calce tecta i Feb. 1625.—Gump. 1155.—Samperius suo loco.—Aliud festum fit Fer. III Pent., quia imago ectypon est Odigitriae.

F. **B. Mariae V. de Guadalupe** (Mexic.) concessum est pro Seminario Rhemensi (Reims) in Gallia die 8 Feb. 1825.—Archiv.

Commemoratio B. Mariae V. fit per Missam vot. sol. B.M.V. in Oratorio Instituti Adorationis SS. Sacramenti oppidi Watermael, dioec. Mechlinensis, ex indulto 10 Martii 1899.—Archiv.

II

OCCURSUS (HYPAPANTE) DOMINI seu **PURIFICATIO B. MARIAE V. (Inductio Dni in Templum,** Rabban Slibha), festum Universae Ecclesiae. In Ecclesia Latina dp. 2 cl. Secundum legem libri Levitici (XII, 2-8) die quadragesima post nativitatem Puer Jesus oblatus est in Templo (Luc. II, 22 ss.). Solemnitatem Hierosolymis actam esse tradit, a. 386, peregrina Pictaviensis (Silvia seu Egeria) cum processione die 15 (14) Februarii sub titulo Quadragesimae de Epiphania, i. e. de Nativitate Dni.—v. Conybeare 518.—Peregrin. Silviae, 60 ed. Geyer, c. 26.—Postquam f. Nativitatis Dni die 25 Dec. agi coepit, translatum est f. Occursus ad 2 Februarii, qui mos saeculo V gradatim etiam ad alias Orientis ecclesias transiit. Anno 542, jubente Justiniano Imperatore, cum pestis Constantinopoli grassaretur, primo celebratum est festum CPoli, sub titulo "Hypapante (Occursus) Domini" (occursus Jesu et parentum ejus cum Simeone et Anna).—Romae tempore S. Gelasii Papae ignota erat ista solemnitas (contra Baronium ad a. 534); Gelasius enim ipse in libro contra Andromachum se quidem prohibuisse scribit, ne Christiani in Urbe Lupercalia (15 Feb.) celebrarent; at de festo novo a se instituto silet. Romae insuper Purificatio nunquam agi potuit die 15 Februarii, quia Natale semper actum est die 25 Decembris.—Grisar, I 455.—Kellner, 130. —Romae celebrabatur f. Purificationis (2 Febr.) sub Sergio I (687-701) cum processione sub titulo S. Simeonis (Hypapante); lente tantum propagatum est in Occidente. Silet de eo Lectionarius de Silos a. 650; item Cal. S. Genovefae (Parisiis) a. 731-741.

In Ecclesia Latina est festum Mariae, in Oriente festum Domini. Apud Armenos agitur 14 Feb.—In Ecclesia Latina dp. 2 cl. Ante aevum Pii V passim habebat octavam, e. g. in ecclesia Augustana (Augsburg), Hildesiensi (Hildesheim), Metensi (Metz) etc.—Grotefend, II 2, 137.—Ante reformationem calendariorum, nostro aevo, agebatur octava apud Theatinos (conc. 20 Aug. 1671), in Etruria (conc. 1727), apud monachos de Mercede, Carmelitanos, Servitas et apud alias familias religiosas, servitio S. Dei Matris dicatas.—Sub titulo "Candelaria" est Patronale provinciae (archipelagi) Canariae insularum.—Ordo 1895.—Sub titulo "a Charitate" (de Cobre) est Patronale reipublicae Cubae; item civitatis Puno in Peruvia et dioec. Camaguey in America Centrali. Sub titulo Purificationis suae Mariae Patrona est Ordinis Theatinorum.—Colv. h. d. —Gump. 6.—Morini 120.—Theologie und Glaube I 2, 1909.—Kellner 128.—Duchesne 260.—Beissel I 47.—Lucius-Anrich 480.—W. W. VIII 814.

III

F. **Inventionis Pueri,** dp. maj. fit a Patribus O. Passionis et S. Crucis.—Cal. 1913.

F. **B. Mariae V. de Saidanaja** fieri h. d. in sanctuario homonymo apud Damascum, v. Anal. Juris Pont. XXI 399.—cf. 13 Jan. et 24 Martii.

IV

Solemnitas SS. Virginis Mariae ab Igne, Patr. Princ. Civitatis et Dioeceseos Forolivii (Forli) in Aemilia, dp. 1 cl. cum oct. privil.—Cal. 1893.—Imago 4 Feb. 1428 in incendio voracissimo, per flammas diu volitans, incolumis remansit. Saeculo XV festum celebrari coepit; 20 Nov. 1717 concessa est octava privilegiata, etiam in Quadragesima celebranda (1770).—F. Translationis 20 Oct.—Ricc. II 319.—Sign. I 117.—In dioec. Cesenae, Cerviae et Brictinorii (Bertinoro) dp. maj. (4 Febr.).—Romae, in eccl. S. M. in Via h. d. Missa B. M. ab Igne, e conc. 24 Jan. 1827.

F. **B. Mariae V. ab Exilio,** dp. maj. in Calendario monasterii S. Martini de Conto de Cucujaes O.S.B. in Lusitania, 1878.—Archiv.—v. 19 Jan.

F. **Decem Evangelicarum Virtutum seu Beneplacitorum B. Mariae V.** agebatur h. d., emortuali B. Joannae Valesiae, a monialibus Annuntiationis B.M.V. ab ipsa fundatis (ante ejus beatificationem) cum officio a Gabriele Maria O.F.M. composito, ex indulto Leonis X, 29 Aug. 1517, ritu dp. cum oct.—Nunc agitur die 12 Julii.—Decem virtutes sunt istae: castitas, prudentia, humilitas, fides, devotio, obedientia, paupertas, patientia, caritas et compassio. — v. Colv. h. d. — Schuetz, I 267. — Mehler 37.

V

Commemoratio Solemnis Transfigurationis Dni, Patr. Princ. Dioec., dp. maj. in dioec. Cephaludiae (Cefalù) in Sicilia, in memoriam terraemotus 5 Feb. 1783.—Ex quo, anno 1130, Rogerius Dux post tempestatem Cephaludiae terram recepit, die 6 Aug., Transfiguratio more Graeco ibi celebrari coepit. — Cal. Cephaludiae 1888. — Chiesi, 510.—In Calendario Cephaludiae, 22 Maji 1914 approbato, deletum est festum istud (5 Febr.) et loco ejus h. d. duae dicuntur Missae de SS. Salvatore.—Archiv.

Memoria **SS. Trinitatis** per M. vot. sol. fit hac die in Cathedrali Cusentina (Cosenza), propter terraemotum, 5 Febr. 1783. Cf. Decr. S. R. C. 18 Dec. 1896. Decr. auth. III 324.

Commemoratio B. Mariae V. Gratiarum, dp. maj. in civitate Carpenzano, dioec. Consentinae (Cosenza) in Calabria, propter eundem terraemotum a. 1783.—Arch.—Festum principale fit Dom. IV Sept.

Patrocinium B. Mariae V. tit. Matris Nostrae, dp. maj. Bivongi in dioec. Squillacensi, ob terraemotum 5 Feb. 1783.—Ordo Squillac. 1888.

Commemoratio B. Mariae V. de Sacris Literis fit h. d. per Missam vot. sol. B.M.V. de Sacris Literis, ob eundem terraemotum a. 1783; item in dioec. S. Luciae de Melis Missa vot. sol. B.M.V. de tempore.—Ordo 1847.

Commemoratio B. Mariae V. de Abiete (Eletzkaja) in Menologio orthodoxo Russorum; v. Mz. I 910; cf. 11 Jan. — Plurima de hac icone apud Sn. 132.—Inventa esse traditur die 5 Feb.

Commemoratio Iconis B. Mariae V. de Sicilia (Sicilijskaja) in Menol. Russorum. Imago colitur in monasterio Diwnogorensi, gubern. Woronesh, in Russia, ex a. 1831 (morbus asiaticus); ectypon est iconis e Sicilia allatae, quae Moscoviae colitur. Apparuisse traditur icon prototypi alicubi in Sicilia a. 1092 et allata in Russiam a Xenophonte et Joasapho monachis.—Mz. I 910.—Sn. 135.

F. **Iconis B. Mariae V. tit Recuperatio Pereuntium (Wsiskranie Pohybshich)** agitur h. d. Moscoviae in ecclesia homonyma, quae a. 1835 apud orphanotrophium Alexandri exstructa est.—Mz. I 911.—Shipman 406.—Alia imago hujus tituli (fortassis prototypon) colitur in civitate Bor, gubern. Kalugae. Plurima prodigia v. Sn. 138 ss.

Apud Sn. p. 770 ss. et aliae icones commemorantur hac die, i. e. **Sochomskaja, Tshislenskaja, Janoborskaja, Shiwotodatjelnitza, Dektourskaja, Matij Djewo** etc., quin indicetur, ubinam in Russia istae icones cultu afficiantur.

VI

Sacrorum Quinque Vulnerum Dni N. Jesu Ch. (et Triginta Argenteorum), dp. 2 cl. in omnibus fere Lusitaniae dioecesibus, Bracarae, Eborae, Portugalliae (Oporto), in dioec. Funchalensi, Goaė in Indiis Orientalibus etc., Ulyssipone (Lisbon) vero feria VI post Cinerum. Cum Alphonsus Henriquez in campo Uriquensi consisteret, pridie pugnae cum Saracenis, Christus ei apparuit, victoriam promisit et injunxit ut inter novi regni arma reciperet Alphonsus Quinque Christi Vulnera et Triginta Argenteos (a. 1139). Die 31 Aug. 1819 e feria VI post Cinerum pro die festo constitutus est dies sextus Februarii, qui dies est asignatus ad regni insignia accipienda. Unde f. Quinque Vulnerum et Triginta Argenteorum. festum est nationale regni Lusitaniae. v. off. prop. Portugalliae.—Weiss, *Weltgeschichte* III 1, 251.—Rohault, 262.—Ex a. 1914 f. agitur die 13 Febr.

F. **Divinae Infantiae Jesu,** dp. maj. inter officia propria Societatis Jesu et Mariae a. 1672 cum officio a B. Joanne Eudes concinnato. Sed expunctum est e Propriis sequioribus. Nostro aevo die 6 Feb. ab Eudistis fit festum **Fugae in Aegyptum,** dp. maj.—Oeuvres XI 145, 241.

F. **Crucis Miraculosae,** quae in ecclesia Cathedrali asservatur, dp. 1 cl. in dioec. Lesinae in Dalmatia. Klein, 6 Feb. pag. 10.

F. **SS. Nominis Jesu,** dp. in Proprio O.S.B. Congregationis Bavaricae a. 1714.—Bibl. Monac.

Memoria **S. Spiritus** per M. vot. sol. fit h. d. in Cathedrali Cusentina (Cosenza), propter terraemotum 5-7 Febr. 1783.—cf. Decr. S. R. C. 18 Dec. 1896. Decr. auth. III 324.

Missa vot. sol. pro **gratiarum actione** in omnibus ecclesiis Ordinis Militaris B. Mariae V. de Domo Teutonica. Cal. 23 Junii 1914 approb. —Archiv. Hac die, a. 1871, approbatae sunt novae constitutiones.

F. **Desponsationis B. Mariae V.,** dp. maj. in dioec. Cephaludiae (Cefalù) in Sicilia.—Ordo 1888.

VII

F. **Sacratissimi Cordis B. Mariae V.,** dp. maj. in archid. Consentina (Cosenza) in Calabria ob terraemotum 5-7 Feb. 1783. In sacello B. Mariae V. de Pilerio quae recolitur in Cathedrali Consentina h. d. Missa vot. sol. de Patrocinio **B. Mariae V. de Pilerio** (12 Febr.).—Ordo 1888.

VIII

Ingressus seu Praesentatio Christi Dni in Templo, quadragesimo ab Ejus nativitate die, fit h. d. apud Coptos et Abyssinios. Nill. II 701 et 714; Harris 418. — Syn. 287. — " Christus Infans in Templo Hierosolymitaro primum repraesentatus ", in Synax. Alexandrino, Script. Arabici, XVIII, 483.

Solemnitas Sanctissimi Cordis B. Mariae V., dp. 1 cl. oct. privil. apud Eudistas et alibi. Die 20 Oct. 1646 B. Joannes Eudes hoc festum primo celebravit cum sociis suis in domo Lion-sur-Mer. Sed anno 1647 eam affixit diei 8 Februarii, cum talis dies immediate insequatur mysteria Infantiae Jesu. Officium a. 1641 a B. Joanne compositum a. 1648 approbatum est a variis episcopis, e. g. Bituricensi (Bourges), Suessionensi (Soissons) etc. Ex anno 1660 festum solemne fuit in seminario Cadomensi (Caen). Receptum est a multis familiis religiosis et dioecesibus, ita ut a. 1672 B. Joannes dicere posset, festum "in Gallia" celebrari. Die 2 Junii 1668 officium approbavit Card. Vendôme, Legatus a Latere. S. Rituum Congregatio vero petitionem B. Joannis pro ejus approbatione repudiavit et 8 Junii 1669 respondit: "Non esse approbandum". Nill. Rat. 498. Invenitur festum saeculo XIX (die 8 Febr.) in Brev. Constantiensi (Coûtances) 1828, solemne minus; et in Proprio Monialium O. S. B. Adorationis Perpetuae 1827, dp. 2 cl. Festum istud inveni ritu sol. maj. in Breviario S. Aureae (Parisiis) 1702 et ritu dp. 1 cl. cum oct. in Proprio ad usum Religiosarum Congregationis N. Dominae aux Bois (Paris.). — Bibl. Boll. — Apud Eudistas octava est privilegiata ad instar Epiphaniae. Adhuc celebratur festum h. d. ab Eudistis et Monialibus Adorationis Perpetuae.—Oeuvres XI 152.—Nill. Rat. 469, 921.

F. **B. Mariae V. a Miraculis et Virtutibus,** dp. 1 cl. (privatim dp. 2 cl.) pro ecclesia parochiali SS. Salvatoris in urbe Redonensi (Rennes), ex indulto 22 Jan. 1898.—Cum ineunte anno 1345 civitas Redonensis ab Anglorum exercitu obsidione premeretur, insigni prodigio Maria in sua imagine cuniculum subterraneum, in quo hostes intraturi erant, civibus manifestavit, 8 Feb. 1345. Antiqua statua a. 1793 confracta est.—N. D. de France IV 444.—Drochon, 186.—Archiv. Festum a. 1914 expunctum, a. 1923 restitutum est.—Arch.

IX

Insignis Miraculi in Corpore Christi, dp. maj. (in civitate dp. 2 cl.) in dioecesi Tutelensi (Tulle).—Cal. Tutelense 19 Mart. 1914 approbatum. In Ordine Tutelensi 1827, 1837 et in Off. Propr. 1876 et 1912 hoc festum sub titulo "Officium SS. Sacramenti" erat dp. 1 cl. Institutum est in memoriam liberatae civitatis a Calvinistarum jugo, a. 1536.—Archiv.

Hac die Passionistae agunt f. **Inventionis Pueri,** dp. maj. et dioec. Campecorensis (Campeche) in Mexico f. **Fugae in Aegyptum,** dp. maj. Cal. 1914.

Purificationis "secundo", semiduplex, in dioec. Augustana (Augsburg) cum officio proprio. Quam diem octavavam ad instar S. Agnetis "secundo" in ecclesia S. Udalrici ritu dp. celebrari indulsit a. 1410 Everardus Episcopus Augustanus (Hoeynck, 241). In Brev. Augustano 1504 annuntiatur sub titulo: "**Octava Purificationis Mariae**". Idem

festum sub titulo **"Commemoratio B. Mariae V."**, semiduplex in Calendario Bruxellensi a. 1516. Weale I 280. — Hodie etiam Graeci faciunt Apodosin, i. e. Solutionem Occursus Dni.

F. **Miraculorum B. Mariae V.**, dp. in ecclesia Santonensi (Saintes), dioec. Rupellensis (La Rochelle) in Gallia. Cereus illic servatur in testimonium apparitionis chori coelestis nocturni.—Escola 595.—Drochon, 463. —N. D. de France IV 167.

X

Synaxis Supersanctae Deiparae in Ariobindi, Constantinopoli (Ariowindowaja) commemoratur h. d. in Synaxariis tam Graecis quam Russicis. Mrt. 67.—Mz. I 940.—Ecclesia S. Mariae in Ariobindi fabricata est a. 598 a Petro fratre Mauricii Imperatoris in domo quae fuerat Ariobindi.—Mx. I 58.

Commemoratio **Iconis B. Mariae V. Ardentis** (Ognewydnaja) in Synaxario Menologii Russorum apud Maltzew I 941. Imago vocatur "Ardens", quia vestis SS. Virginis rubra est ad instar ignis ardentis. Fortassis haec imago est ectypon illius quae colebatur olim Ariobindi (CPoli). v. supra.—Sn. 141.

Commemoratio B. Mariae V. de Rosario signatur h. d. in Ordine Guadalajarae in Mexico, 1889, per Missam votivam sol. B. Mariae V. Finita missa dicuntur preces pro vitanda mortalitate. Item oratio pro vitanda mortalitate additur orationi de SS. Maria in ecclesia S. Monicae. De origine huius memoriae nihil invenire potui ne in Zodiaco quidem Mariano.

XI

Inductio in Aegyptum annuntiatur h. d. in libris liturgicis ecclesiae Brandenburgensis post a. 1490.—Grotefend, II 17.

F. **APPARITIONIS B. MARIAE IMMACULATAE DE LOURDES,** dp. maj. in universa Ecclesia Latina; dp. 1 cl. oct. in sanctuario proprio Lapurdi (Lourdes) et in tota dioecesi Tarbiensi in Gallia.—Ordo 1908.—Concessum est festum 11 Julii 1890 ritu dp. maj. pro dioec. Tarbiensi; brevi ad universum fere transiit orbem et 13 Nov. 1907 ad Ecclesiam Latinam extensum est.—Apparuit SS. Virgo sub specie Immaculatae ad ripam fluminis juxta civitatem Lapurdensem (Lourdes) B. Bernadettae Soubirous puellae, die 11 Feb. 1858 et deinceps duodevicies usque ad festum B.M.V. de Monte Carmelo ejusdem anni. Ad terminos Orbis terrarum cum transierit gloria SS. Virginis Lapurdensis, lector excutiat plurimos libros de hoc sanctuario scriptos, qui omnibus praesto sunt.—Festum est Patronale, dp. 1 cl. oct. Congregationis Missionariorum ab Immaculata Conceptione. Cal. 1914.—Drochon 603.—N.D. de France II 460.—Rudnicki 313.

F. **B. Mariae V. de Gratia,** dp. maj. in dioec. S. Angeli in Vado.—Ordo 1888.

F. **Desponsationis B. Mariae V.,** dp. maj. in Ordine Praedicatorum, ante reformationem Calendarii. Off. pr. 1740; Cal. O. P. a. 1908. Archiv.—a. 1908 assign. ad 20 Febr.

XII

In Calendario Mercedariorum Calceatorum approbato 17 Apr. 1914 annuntiatur Missa pro **gratiarum actione** dicenda in universo Ordine. Die 12. Febr. Barcinone agitur cf. S. Eulaliae V.M., cui prima Ordinis ecclesia dirata fuit.

Patrocinium B. Mariae V. de Pilerio, Princ. Protectricis Civitatis Consentinae (Cosenza) in Calabria, dp. 1 cl. (cum oct. extra Quadrag.).—Ordo 1888 et Cal. approb. 26 Maji 1914.—Icon miraculosa B. Mariae V. de Pilerio (Columna) colitur in sacello magnifico Cathedralis. Festum institutum est ob terraemotum 12 Feb. 1854. S. M. de Pilerio electa est in Patronam. Princ. Civit. Consentinae 18 Dec. 1915 et officium propr. approbatum. Incoronata est imago die 12. Nov. 1922. Cf. decretum S. Rit. C. 18 Dec. 1896 de variis Missis votivis quae ibidem in honorem B. M. V. de Pilerio celebrantur. Decr. Auth. III 324.—Archiv.

Commemoratio **Purissimi Cordis B. Mariae V.** in Oratoriis Instituti Pauperum Ancillarum Matris Dei, nescio qua de causa. Missae omnes votivae sol. de Beata, e conc. 30 Jan. 1896.—Archiv.

Annuntiatur h. d. Constantinopoli antiquitus celebrata **Dedicatio Ecclesiae Deiparae in Prisga.**—Mx. I 179.

Commemoratio **Apparitionis B. Mariae V. Ibericae (Iwerskaja)** in Menologio Russorum; festum agitur cum officio in monasterio Chilandarii Iberorum in Sacro Monte Athone. v. 31 Martii, 13 Oct.—Imago ista ineunte saeculo XI in maris litore luce circumfusa apparuit. Quia in ecclesia juxta portam Chilandariensis monasterii extructa colitur, vocatur "Portaitissa" (Wratarnitza), i. e. Janitrix (monasterii). Hujus iconis ectypon translatum est Moscoviam die 13 Oct. 1648 et colitur in palatio imperiali (Kreml).—Mz. I 954.—Mrt. 70.—Pitra, Hymn. Grecque, 11 ss.—Sn. 141-155, ubi et aliae icones depictae ab Iberica.—Beissel, 391.

XIII

Inventio S. Crucis Mellicensis, dp. 2 cl. in abbatia Mellicensi (Melk) in Austria Inferiore. Propr. Mellicense. Quae S. Crucis reliquia ab Alberto Marchione circa a. 1040 dono accepta, a. 1170 furto sublata in monasterium Scotorum Viennam advecta est. Post lites acerbissimas S. Reliquia monasterio suo Mellicensi reddita, adverso flumine sine remige in scapha a Vindobano (Wien) usque ad Nussdorf Danubium ascendisse traditur, unde festum institutum, approbante Adalberto Salisburgensi episcopo.—Off. pr. Mellicesia.

F. **Quinque Vulnerum Dni,** dp. maj. in universa Lusitania, Macai, Goae etc. in reformatione Calendariorum assign. e 6 Feb. in Calendariis a. 1914 approbatis.

F. **Orationis Dni in Monte Oliveti,** dp. maj.; dies assignatus e Feria III post Septuagesimam, in Calendario Passionistarum a. 1917 approbato; item in Calendario Congregationis Sororum vulgo "Adoratrici di Gesù Sacramentato" approb. 17 Martii 1915.—Hoc festum est titulare ecclesiae Tonneins (Passionist.).—Archiv. Feriae suae III post Septuagesimam, festum recenter restitutum est.

F. **Fugae in Aegyptum,** dp. maj. fit. h. d. a Missionariis Oblatis B. Mariae V. Immaculatae.—Ordo 1895.—Archiv.

Manifestatio Imaginis B. Mariae V. Apostolorum Reginae, dp. 2 cl. Romae in ecclesia S. Apollinaris. Cal. 1907.—In vetere Calendario 1870: "**Manifestatio Imaginis B. Mariae V. in Porticu Ecclesiae Nostrae**", dp. 2 cl. Die 13 Feb. 1646 inventa est ista imago, saeculo XV picta, calce cooperta, a milite e tempestatis furore in porticum ecclesiae S. Apollinaris fugiente. Incoronata 15 Aug. 1653. Ecclesia S. Apollinaris a Leone XII Seminario Romano tradita, unde pro hoc festo 7 Julii 1891 officium **Reginae Apostolorum** concessum est. Gump. 642. Ricc. V 204. Bomb. I 101.

F. **B. Mariae V. Orphanorum Reginae et Matris,** dp. maj. in districtu S. Pontii, dioec. Montispessulanae (Montpellier), ubi orphanotrophium insigne.—Officia Propria Divisionis S. Pontii Thomerianorum. Bibl. Boll.

F. **B. Mariae V. de Bethlehem,** dp. maj. in dioec. Montisvidei, in America Meridion.—Cal. 1902, 1903, et 1905.—Archiv.

F. **Puritatis B. Mariae V.** in dioec. Uritana (Oria) in Apulia.—Cal. 1819. Bibl. Boll.

F. **B. Mariae V. de Guadalupe** (Mex.), dp. maj. h. d. in dioec. Salmanticensi (Salamanca, 1895), Segoviensi (1895 et 1884), et Oxomensi (Osma, 1908).

Commemoratio **Iconis B. Mariae V. de Dolinia (Dolinskaja)** in Menol. Russico.—Mz. I 931, quin indicetur, ubinam in Russia imago ista colatur. Fortassis allata est e Gallia (Dolisse).—Sn. 155.

XIV

Triumphus Catholicae Religionis, dp. 2 cl. in dioec. Arausicana (Orange) in Gallia Meridionali, cum officio magnifico, in memoriam liberatae civitatis a jugo haereticorum a. 1599.—Propr. Avenionense, 1870.

Ordo Quadraginta Dierum Adventus Filii Dei in Templum agitur h. d. apud Armenos monophysitas, quia adhuc die 6 Jan. celebrant Jesu Nativitatem.—Nill. Cal. Man. II 571.—Apud Latinos F. Purificationis Mariae, 2 Febr.

Incoronationis B. Mariae V. Matris Spei, dp. 2 cl. in dioec. Zamorae in Mexico, ex indulto 6 Dec. 1905.—Imago B.M.V. de Spe, quae colitur in civitate Tajon juxta Zamoram, coronata est a Capitulo Vaticano 14 Febr. 1895, prima in America (imago Guadalupana coronata est 12 Oct. 1895).—Cal. Zamorae 1910.—Ad dioec. Cuernavacensi extensum 27 Junii 1906.—Archiv.

XV

Fugae Dni in Aegyptum, dp. maj. apud Missionarios Oblatos Immacul. Concept.—Ordo 1905.

Manifestationis Iconis B. Mariae V. del Conforto, dp. 2 cl. in dioec. Aretina (Arezzo) in Etruria; apud Camaldulenses Etruriae dp. 2 cl. (Cal. 30, Apr. 1914); item in dioec. Fesulana (Fiesole), ubi Pmp. (1898 et 1903). Post duarum hebdomadarum terraemotus, die 15 Feb. 1796 luce suavi nitescebat in caupona imago B. Mariae V., quae sequenti die in ecclesiam Camaldulensium, die 8 Sept. 1805 translata est in Cathedralem, ubi celeberrima evasit. Concessum est festum 6 Junii 1801; officium pr. 6 Junii 1802; nova Missa 17 Aug. 1805.—Archiv.—Ricc. II 256.

F. **B. Mariae de Guadalupe** (Mex.), dp. maj. in dioec. Pampelunensi, ex a. 1758.—Prp. Pampelunae.

Commemoratio Iconis B. Mariae V. Dalmatinae (Dalmatskaja) in Menol. Russico.—Imago colitur in monasterio Obdormitionis B. Mariae V. a S. Dalmato in gubernio Permiensi (Russia) fundato a. 1644; allata est e monasterio Neviano; imago celeberrima est in Sibiria.—Mz. I 570.—Sn. 156.—Beissel 388.

Memoria **Iconis B. Mariae Viennensis** (Wjenskaja) in Menologio Russorum.—Imago colitur Ugrii in Russia. Picta est Vindobani in Austria et a. 1570 delata in monasterium S. Dionysii in Sacro Monte Athone, deinde in Russiam. A. 1852 censores schismatici Mosquenses cultum imaginum B. Mariae V. Lauretanae, Sicilianae et Viennensis, quia originis latinae sunt, e libris liturgicis Russorum eliminanda esse censebant, sed acerrime repugnavit Philaretus Archiepiscopus.—Sn. 157.—Mz. 571.

XVI

Solemnis Commemoratio Passionis Dni, dp. maj., concessa est pro dioec. Stabiensi (Castellamare), die 14 Sept. 1819. Postea translata sedes festi ad fer. III post Sexagesimam, sed in reformatione Cal. 1914 expunctum.—Ibidem 14 Sept. 1819 conc. f. **Maternitatis B. M. V.** pro Dom. I Julii.

F. **B. Mariae V. tit. Foederis Misericordiae** (Kidana-Meherat), i. e. Pactus Misericordiae inter Coeli Reginam et clientes ejus, celebratur hac die in Ecclesia nationali Abyssiniae. — In Apocalypsi apocrypha B. Mariae V. (Corpus Script. Christian. Orient. ser. I tom. VII 68) ab ipsa Deipara hoc festum institutum esse perhibetur pro die 16 mensis Yakatit.

Quatuor ibi sub fine versionis aethiopicae Apocalypsis seu Visionis V. Mariae V. a S. Joanne jussu Matris Dni institutae perhibentur celebritates B. Mariae V.: 1) die 21 mensis Ter (Jan.) **Requies Deiparae;** 2) die 21 mensis Sane (Jun.) **Dedicatio primae ecclesiae;** 3) die 16 mensis Nahasse (Aug.) **Assumptio Corporis** et 4) die 16 mensis Yakatit (Febr.) **Foederis Misericordiae.**—Ibidem, p. 30, in libro de Transitu B. Mariae V. festivitates a Maria ordinatae sunt tres: 26 (30) Dec.; 15 (21) Maji et 17 (21) Aug. — Festum istud 16 Februarii quodammodo cohaeret cum cultu Arcae Foederis, quae Mariae figura est. Arca Foederis centrum est devotionis Abyssinicae, palladium Ecclesiae nationalis. Servatur in Cathedrali Axumensi B. Mariae de Sion arca lignea gemmis et auro decorata, quam Aethiopes veram arcam Veteris Testamenti esse credunt. A Menelik I, filio Salamonis et Reginae de Saba, annuente ipso Salomone et quatuor sacerdotibus, ex Hierosolymis in Abyssiniam allata est, secundum Aethiopum traditionem apocrypham.—Dowling, Abyssinian Church, p. 23. v. 21 Nov. — De hoc festo die XVI uniuscujusque mensis fit commemoratio specialis apud Abyssinios.—v. Epistola Rev. P. J. B. Baeteman C.M. a. 1908.—Harris III 419.—Ecclesia tit. Foederis Misericordiae extat in civitate Ankober. Patres Abyssinii multa disserunt de foedere quod pepigit Deus cum Maria in paradiso.—Harris II 369.

F. **B. Mariae V. de Pace,** dp. maj. in dioec. Acheruntina (Acerenza) et Materensi.—Ordo 1888.

XVII

Festum **Fugae D. N. Jesu Chr. (B.M.V. in Exilio),** dp. maj. in permultis Orbis Latini dioecesibus et familiis religiosis ante reformationem Calendarii (1914). Festum istud magnae antiquitatis laude non gaudet; quamvis calendaria passim Peregrinationem seu Inductionem in Aegyptum proferant (4 et 11 Febr.) tempore Colvenerii (a. 1638), in liturgia nondum agebatur; prima concessio facta est pro Portugallia 7 Sept. 1747. Multa de hac fuga apud Colvenerium 4 Febr. S. Familia in ista fuga versata est Heliopoli (Matereae) et Cahirae. Traditio Coptorum extendit eam usque in Aegyptum Superiorem et Abyssiniam. v. 24 Maji et 6 Nov. —Invenitur praesens festum hodiedum in Calendario Bracarensi approbato 12 Maji 1914 (1917), apud Passionistas (28 Jan.), apud Patres Societatis Missionis ad Afros (1 Dec. 1913), in Ordine Militari B.M.V. a Domo Teutonica (1914), apud Sorores Ancillas SS. Cordis Jesu (1914) et alibi. —Archiv.

Commemoratio Solemnis Immaculatae Conceptionis B. Mariae V., dp. 2 cl. agitur h. d., a Missionariis Oblatis Immaculatae Conceptionis, quia die 17 Feb. 1826 approbata est eorum regula a Leone XII. v. Cal. O.I.M. 1905. — Concessum est festum 10 Martii 1887. — In Cal. 17 Dec. 1913 approbato sublatum est et ejus locum tenet una missa de Conc. Immac.; restitutum est festum 28 Martii 1919, post obitum P. Piacenza C.M. —Archiv.

F. **B. Mariae V. de Gratia,** dp. 2 cl. in dioec. Adriae; Cal. 19 Jan. 1914 approbatum. In Cal. Adriensi 1888 festum istud invenitur Dom. II post Pascha dp. maj. in civitate Rhodiensi (Rovigo) dp. 2 cl. cum oct.; die 17 Febr. vero: Rhodii in Collegiata (ubi imago B. V. Gratiarum colitur) "Anniversarium Translationis B. Mariae V. de Gratia"; post Nonam Missa vot. B. Mariae de Tempore sol. cantatur.

F. **Iconis B. Mariae V. de Tichvina** (Tichwinskaja) agitur in asceterio S. Eliae Montis Athonis; quodam die 17 Febr. ad horam tertiam et saepius postea lacrimas fudisse traditur ista imago depicta a celeberrima icone Russica Tichvinensi.—Sn. 158.

XVIII

F. **Miraculi SS. Crucifixi,** Romae in ecclesia S. Nicolai de Praefectis; die 18 Feb. 1740 imago ista Crucifixi in flammis incolumis remansit.—Diaria Romana.

F. **B. Mariae V. de Porta** Titulare ecclesiae propriae Lycii (Lecce) in Apulia (Salentinis), dp. 1 cl. oct.; in dioec., dp. maj.—Colitur ibi imago prodigialis S. Mariae de Porta.—Epistola Rev. Cajet. Chiriotti Lyc. 1908. —Off. pr. Lyc. 1888.

F. **B. Mariae V. de Bethlehem,** dp. maj. in dioec. Angelopolitana (Puebla de los Angeles) in Mexico, assign. e Dom. III post Epiphan.—Cal. Galvan. 1899.

F. **B. Mariae V. Divini Pastoris Matris,** dp. maj. in Abbatia nullius SS. Vincentii et Anastasii ad Aquas Salvias prope Romam.—Cal. 1847. Bibl. Boll.

F. **B. Mariae V. de Guadalupe** (Mexic.), dp. maj. in dioec. Mindoniensi (Mondoñedo) in Hispania.—Ordo 1895.

XIX

F. **Flagellationis Dni N. Jesu Ch.,** dp. maj. e Feria III post Quinquagesimam huic diei assignatum in Calendario Passionistarum 1917, sed recenter suae sedi restitutum.—Archiv.

F. **Passionis Dni N. Jesu Chr.,** dp. maj. in Cal. Congregationis Sororum vulgo "Adoratrici di Gesu Sacramentato", approb. 17 Martii 1915.—Archiv.

Eductio Dni ex Aegypto signatur h. d. in Calendario Brandenburgensi post a. 1490 edito, sed in liturgia haec memoria non acta esse videtur.—Grotefend, I, 15.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. maj. in dioec. Pistoriae (Pistoja) et Pisciae (Pescia) in Etruria.—Cal. 1888 et 1902.

Descensio B. Mariae V., dp. maj. in dioec. Macaoana in China.—Ordo 1908.—Videtur esse f. Descensionis in Templum Toletanum, ass. e 24 Jan.—Archiv.

Commemoratio S. Joseph Sponsi B.M.V., dp. in Cal. S. Fidei Bogotensis, 1881. v. 19 Jan.

XX

Commemoratio Solemnis Assumptionis B. Mariae V., dp. 2 cl. in dioec. Platiae (Piazza) in Sicilia, ob terraemotum 20 Feb. 1743.—Cal. Platiae 1818 et 1888.—Idem festum in Cal. Ordinis Minimorum Siciliae pro civitate Ennae (Castrogiovanni) a. 1845.—Bibl. Boll.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Catacii (Catanzaro) in Calabria propter eundem terraemotum, 20 Feb. 1743.—Ordo 1888.

Patrocinii B. Mariae V. Matris Domini, dp. maj. sub officio Maternitatis B. M. V. Mesapiae (Messagna) in dioec. Brundusina in Apulia ob terraemotum 20 Feb. 1743. In doec. Brundusina h. d. F. S. Emygdii P.M., patroni contra terraemotum. Sanctuarium magnificum B. Mariae V. Matris Dni dicatum est Mesapiae a. 1605.—Ricc. III 87.—Ordo Brund. 1895.

Patrocinium B. Mariae V. de Scala, dp. 2 cl. Massafrae in dioec. Castellanetae in Apulia, ob terraemotum 20 Feb. 1743.—v. Dom. I Maji.—Ordo 1890.

Translatio Almae Domus Lauretanae, dp. maj. apud moniales Theatinas de Benincasa, Neapoli.—Ordo 1847; assign. e 10 Dec.—Bibl. Boll.

Desponsatio B. Mariae V., dp. maj., concessum festum 1 Julii 1702 pro Cisterciensibus Provinciae Romanae; 9 Dec. 1702 extensum est ad universum Ordinem; a. 1856 translatum ad 23 Jan. Idem festum h. d. Totum Duplex in toto Ordine Praedicatorum (a. 1909 h. d. assignatum ex 11 Febr.).—Off. pr. Cisterc. 1876.—Ordo Praed. 1912.

F. **B. Mariae V. de Guadalupe** (Mexic.), dp. 1 cl. in monasteriis Mercedariorum Reipublicae Argentinae. — Ordo 1912. — Idem festum dp. maj. in dioec., Cordubae in Hispania.—Ordo 1905.

XXI

Inventio Pueri Jesu, tanquam festum Dni institutum est in dioecesi Vratislaviae (Breslau) a. 1395 per Wenceslaum episcopum cum officio proprio.—A. Franz, Hl. Messe 165.—Primo anno agebatur die 19 Feb., deinceps die 20 Feb.; per decretum 10 Jan. 1397 vero assignatum est f. diei 21 Feb.

F. **Fugae in Aegyptum,** dp. maj. in Ordine Servorum B. Mariae V.—Cal. 15 Maji 1914 approb.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Consolatione,** dp. maj. in dioec. Mileti in Calabria.—Ordo 1888 (dies assign. e Dom. post 28 Aug.).

F. **Purissimi Cordis B. Mariae V.,** dp. maj. in dioec. Tridentina. —Klein, 23.

F. **B. Mariae V. tit. Agonizantium,** dp. maj. in dioec. Potentina et Marsicensi in Basilicata.—Ordo 1895 et 1897.

Commemoratio mensilis B. Mariae V. apud Coptos etc.—Harris 419.

Commemoratio **Iconis B. Mariae V. tit. Gratia Inexhausta de Koselshina (Koselshanskaja);** imago colitur in pago Koselshina, gubern. Poltawa in Russia. Miraculis effulsit a. 1881. Ectypon ejus Mosquae colitur in Cathedrali Kasanensi, ubi idem festum.—Mz. I 989.—Apud Sn. 160 plurima miracula.

XXIII

F. **B. Mariae V. Novissimae Gratiarum** in propria ecclesia S. Christophori Pennae Billorum (Pennabilli), dioec. Feretranae. — Die 23 Feb. 1517 et 23 Feb. 1522 ab obsidione civitas liberata est interventu B. Mariae V., unde festum est institutum.—v. III feria VI Martii, quo die festum in tota dioecesi.—Sign. I 143.—Gump. 131.

F. **Patrocinii B. Mariae V.,** dp. maj. concessum pro dioecesi Albengae in Liguria, ex indulto 3 Dec. 1806.—Archiv.

Commemoratio **Iconis B. Mariae V. Socolscensis (Sokolskaja)** in Menologio Russico.—Imago colitur in monasterio Transfigurationis juxta pagum Sokolki, gubern. Poltawae; a. 1172 se manifestavit; a. 1177 a Tartaris ignominiis affecta et vulnerata est.—Mz. I 996.—Sn. 182.

XXIV

Commemoratio B. Mariae V., fit h. d. per Missam vot. sol. de Beata in loco Petraglia Sottana, dioec. Cephaludiae (Cefalù) in Sicilia, in honorem iconis miraculosae B. Mariae V.—Archiv. Cal. Ceph.

XXV

Commemoratio SS. Redemptoris, dp. maj. in Congregatione SS. Redemptoris. Cal. 1910. Die enim 25 Februarii 1749 Benedictus Papa XIV Congregationem SS. Redemptoris et statuta ejus approbavit.

Patrocinium B. Mariae V. de Monte Berico, dp. 2 cl. in dioec. Vicetina (Vicenza); dp. maj. in dioec., Tarvisina (Treviso); agitur in memoriam miraculorum patratorum intercessione B. Mariae V. in Monte Berico juxta Vicentiam. Solemni supplicatione h. d. Vicentini ad sanctuarium progrediuntur.—Ricc. I 251.—v. Ordinem Servorum B.M.V. 1900. —Off. pr. Vic. 1880, off. pr. Tarvis. 1887.—v. 25 Aug.

Translatio Iconis B. Mariae V. tit. Misericordiae Matris fit h. d. per Missam vot. sol. B. Mariae V. in asceterio monialium O.S.Benedicti apud Dissentis in Helvetia.—Ordo Disert. 1912.

XXVI

Apparitio Signi S. Crucis (Nichan), a. 653, in monte Varag, qui est in Vaspuracania, provincia Majoris Armeniae. In monte Varag S. Rhipsime collocavit crucem suam. Menol. Armen.—Officium hujus festi fit ab Armenis Dom. I post Exaltationem Crucis.—Nilles II 604.—Conybeare, 528.

F. **Columnae Flagellationis Dni,** dp. maj. in Cal. Congregationis Sororum vulgo " Adoratrici di Gesu Sacramentato ", approb. 17 Martii 1915.—Archiv.

Inventio Pueri Jesu, dp. maj. in Calendario Filiorum S. Familiae a. 1920 approbato; idem festum concessum est Patribus de Tinchebray eodem anno 1920 una cum Fuga in Aegyptum et Reparatione Injuriarum SS. Sacramento illatarum (Fer. III post Quinquagesimam).—Arch.

F. **B. Mariae V. tit. Auxilii Agonizantium,** dp. maj. in dioec. Drepanensi et Mazariensi in Sicilia.—Cal. Archiv.

F. **Lacrimarum B. Mariae V.,** dp. maj. Aretii (Arezzo) in ecclesia SS. Annuntiatae.—Lacrimas fudit imago magnorum malorum praenuntias. —Epist. Parochi S. M. de Plebe, Aretii a. 1889.—Gump. 984.

F. **Maternitatis B. Mariae V.,** dp. maj. in dioec. Urgellensi in Hispania.—v. Propr. Tarraconense, 1905.

F. **B. Mariae V. Guadalupe** (Mexic.), dp. 1 cl. in universa Argentina (Amer. Merid.), tanquam Compatronae Americae Latinae. Idem festum, dp. maj., in dioec. Principatus Cathalauniae et Provinciae Extremadurae in Hispania. v. Calen. cf. 12 Dec.; in dioec. Malacensi (1898) et in Cal. Ord. Hospit. S. Joannis de Deo in Hispania et Lusitania, 1891.

F. **B. Mariae V. de Bethlehem,** in dioec. Paranà in Argentina.—Cal. 1901, 1903 et 1911.—Archiv.

Commemoratio **Iconis B. Mariae V. de Meshecia (Meshetzkaja)** in Menol. Russico.—Colitur imago in sanctuario homonymo apud Kioviam in Russia, ubi a. 1492 se manifestavit.—Mz. I 1003.—Sn. 183.

XXVIII

F. **Inventionis Pueri Jesu in medio Doctorum,** dp. maj. in Ordine Servorum Mariae et a Patribus Societatis Jesu et Mariae (Eudistis). —Ordo 1900.—Item in provinciis eccl. S. Ludovici et Milwaukiensis, 1899, (ante reformationem Cal. 1914), Cal.

F. **Fugae in Aegyptum,** dp. maj. in dioec. Surrentina (Sorrento) in Italia.—Ordo 1901.—In Cal. Ord. Hospit. S. Ioannis de Deo in Hisp. et Lusit. 1891.

F. **Spineae Coronae Dni N. Jesu Ch.** a Passionistis, 1917. Suae sedi (fer. VI post Cineres) restitutum est recenter.—Arch.

F. **B. Mariae V. de Guadalupe** (Mex.) in Canariis insulis (Teneriffe).—Ordo 1895.

F. **B. Mariae V. Refugii Peccatorum,** dp. maj. in dioecesibus Reipublicae Aequatorianae.—Off. Prop. 1886 et 1909.

F. **B. Mariae V. de Bethlehem,** dp. 2 cl. apud Maristas (Soc. Mariae).—Ordo 1911.—Idem festum dp. maj. in dioec. Nivernensi in Gallia; fortassis propter sanctuarium B. Mariae V. de Bethlehem in dioec. Nivernensi, ubi episcopus Bethlehemiticus, expulsus a Saracenis, sedem suam fixit, 1188-1211.—N. D. de France V 530.—Cal. Nivern. approb. 24 Apr. 1914.

F. **B. Mariae V. tit. Lacrimarum,** dp. maj., Treviglii in Lombardia. v. Cal. Mediolanense Ritus Romani, approb. 21 Sept. 1914.—Archiv.—Treviglii imago Dei Matris quae colitur in ecclesia S. Augustini, 28 Feb. 1522, lacrimas fudit, cum Gallorum dux oppidum solo aequaturus erat, unde clamor bellicus mutatus est in hymnos.—Ricc. II 12.—Sign. II 67.

XXIX

Apud Coptos et Abyssinios **Commemoratio mensilis Natalis Christi.** Harris, 420.—In Syn. Copt. (Wüstenfeld), p. 320, Memoria Vivificae **Annuntiationis,** gloriosae **Nativitatis** et superbenedictae **Resurrectionis Dni.**

Commemoratio **Iconis B. Mariae V. de Devpeteruvia** (Dewpeteruwskaja) in Menologio Russico.—Imago extat in sanctuario proprio, ubi se manifestavit a. 1392. Ectypon colitur in Cathedrali civitatis Tambow prope reliquias S. Pitirimi.—Mz. I 1010.—Sn. 183 ss.

FESTA MOBILIA FEBRUARII.

Dominica post 2 Februarii.

F. **B. Mariae V. de Olivo** agitur h. d. in ecclesia S. Martini civitatis S. Petri de Arena, dioec. Genuensis in honorem imaginis miraculosae N. D. de Olivo; omnes Missae de Beata, ex indulto 15 Apr. 1881.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Portu Salvo,** Neapoli in ecclesia homonyma; Missae omnes de Beata, ex indulto Apostolico 14 Jan. 1875; qua Dominica impedita, Missae dicuntur in Dom. Quinquagesimae.—Archiv.

Feria V post 2 Februarii.

Inventio Pueri, dp. maj. in Vicariatu Apostolico Saxoniae, quae nunc est dioecesis Misnensis.—Klein 26.

Dominica II Februarii.

F. **B. Mariae V. de Victoria** agitur h. d. in sacello Seminarii dioec. S. Deodati (Saint-Die) ; Missa vot. sol. de Beata, e decr. 29 Jan. 1897.—Archiv.

Feria VI penultima Februarii:

F. **S. Sindonis Dni,** dp. maj. concessum Abbatiae nullius S. Martini in Cimino, 24 Julii 1805. — Eodem decreto concessum est pro feria VI ultima Februarii: F. Passionis Dni.—Archiv.

Dominica post 24 Februarii:

F. **B. Mariae V. tit. Stellae Matutinae** agitur h. d. in ecclesia Fratrum Christianorum Abbaye de Montbourg, dioec. Constantiensis (Coûtances). Omnes Missae de Beata.—Archiv.—Statua B.M.V. tit. Stellae Matutinae (des Etoiles) ex abbatia (a. 1082 fundata) allata colitur in capella speciali ecclesiae parochialis.—N. D. de France V 106.

Dominica Septuagesimae.

Quae apud Latinos vocatur **Dominica Septuagesimae**, apud Graecos, Russos etc. est Dominica **Filii Prodigi.** Evangelium legitur de Filio Prodigo et totum officium commentarium facit de ejusdem evangelii parabola, ne peccatores, spe abjecta, ruant in malorum praecipitia, sed conspecta Dei misericordia ad contritionem et poenitentiam redeant, exemplo Fili Prodigi.—Max. I 85.

Feria III post Septuagesimam:

F. **Orationis Dni in Monte Oliveti,** dp. 2 cl. apud Passionistas; dp. maj. Romae et in plurimis Orbis Latini dioecesibus et familiis religiosorum, ante reformationem Calendarii (1913-1914). Primo approbatum esse videtur festum istud cum officio pro clero Bahiae in Brasilia, 23 Aug. 1828 pro feria VI post Cineres. Feria III post Septuagesimam agendum concessum est Passionistis 22 Nov. 1828; sequenti anno transiit in Proprium Congregationis SS. Redemptoris.—Archiv.—Schuster-Holzammer, 436.

F. **Inventionis Pueri in medio Doctorum,** dp. maj. in dioec. Neocastrensi (Nicastro) in Calabria.—Ordo 1888.

Feria IV post Septuagesimam:

F. **Orationis Dni in Monte Oliveto,** dp. maj. Off. propria dioec. Alexandrina 1841.—Archiv.

Feria VI post Septuagesimam:

F. **SS. Redemptoris,** dp. maj. in dioec. Anconitana. — Off. pr. et Ordo 1888.

F. **Fugae in Aegyptum,** dp. maj. in Ordine Servorum B.M.V.—Cal. 1895.

Dominica Sexagesimae.

In Dominica quam Latini appellunt " Sexagesimae ", Graeca ecclesia et ejus filiae **Secundum Domini Adventum** cum officio pulcherrimo concelebrant. Canitur canon grandiosissimus S. Theodori Studitae. Sicut ergo Dominica praecedenti misericordia Divina peccatoribus proponebatur, in parabola de Filio Prodigo, ne desperent, ita hac Dominica illis justitia et severitas Dei proponitur, ne praesumant. Cohaeret illud probabiliter cum consuetudine Graecorum, eodem modo sicut occidentales, illo dies ante Quadragesimam summa laetitia, bacchanalibus et voluptatibus hujus saeculi transigendi.—Max. 86.—Nill. II 32.

F. **SS. Crucifixi** agitur in loco Cassagno, dioec. Novarae in Lombardia, e conc. 15 Maji 1821. — Omnes Missae de SS. Redemptore.—Archiv.

Feria III Post Sexagesimam:

Solemnis Commemoratio Passionis Dni N. Jesu Christi, dp. 1 cl. oct. in Congreg. CC. RR. Passionis et Crucis Christi, concessa eidem Congregationi die 10 Januarii 1776; item dp. 1 cl. oct. in dioec. Amalphitama, Tranensi, Andriensi, Cajetana et aliis in Italia Inferiore. Neapoli dp. maj. cum oct. Sub ritu dp. maj. ante reformationem Calendarii ad universum fere transierat Orbem Latinum. Sed in praedicta reformatione expunctum est ex omnibus fere Calendariis. Append. Brev. Rom. Archiv. —In Cathedrali Tudertina hodiedum dp. maj. (unicum f. Passionis) Cal. 17 Apr. 1914; in dioec. Melphictensi et Rapollensi, Cal. 3 Dec. 1913.

F. **B. Mariae V. Miraculorum,** dp. maj. in dioec. Pergolensi in Piceno.—Ordo 1897 et 1911. Bibl. Emaus et Archiv.—Deest in Cal. 1914.

Feria IV post Sexagesimam:

F. **Effusionis Sanguinis ex Imagine Crucifixi,** dp. maj. in Cathedrali Corisopitensi (Quimper) in Britannia Minore.—Off. propr. 1887.—Item in Cal. appr. 12 Feb. 1914. — Sanguis e vulneribus Crucifixi profluxit, cum quis coram ipso perjurium committeret. Festum jam a. 1500 agebatur.—Dreves Anal. hymn. XII p. 37, tres hymni.

F. **Passionis D. N. Jesu Christi,** dp. maj.—Off. pr. dioec. Alexandrinae 1841.

Feria V post Sexagesimam:

F. **Reparationis Injuriarum SS. Sacramento Illatarum,** dp. 2 cl. in Abbatia Lambacensi O.S.B., in monasteriis Congreg. Americo-helvetica O.S.B., in Cal. Congreg. Sacerdotum SS. Cordis Jesu et alibi.—Cal.—Archiv.

F. **SS. Redemptoris** signatur h. d. in Appendice Missalis Romani a. 1868 a F. Pustet Bibliopola edito Ratisbonae.

Inventio Pueri Jesu, f. duplex in Breviario Misnensi a. 1517.—Grotefend, II 1. 119, dp. maj. in Calendario Misnensi pro utraque Lausatia editus a. 1801 a Georgio Lock Episcopo. — Bibl. Boll. — In Anal. Hymnicis IV 18 extant hymni e Brev. Melitensi in Pedeponte, Pragae, a. 1398.

Feria VI post Dominicam Sexagesimae:

Inventio Pueri Jesu, dp. maj. in Cal. Ord. Servorum B.M.V. Martyrol. O. Serv. 1876.

Festum **Vestis Domini,** in qua illusus est, sub officio Passionis Dni, ritu dp. 2 cl. agitur h. d. in monasterio monialium O.S.B. in Chiemsee (Bavaria), ex indulto a. 1918 concesso.—Archiv.

F. **Passionis Dni N. Jesu Ch.** pro hac feria concessum est pro dioec. Tusculana (Frascati) a. 1779; pro Eremitis S. Augustini a. 1788; pro dioec. Tiburtina (Tivoli). Cal. 1802 (Unicum f. Passionis).

F. **Spineae Coronae Dni,** dp. maj. in dioec. Fossanensi (Italia).—Cal. approb. 2 Martii 1914.

F. **S. Sindonis Dni,** dp. maj., concessum 1 Febr. 1820 pro ecclesia S. Joannis de Pinna (Penna San Giovanni), dioec. Firmanae (Fermo).—Archiv.

F. **Quinque Vulnerum Dni N. Jesu Ch.,** dp. 2 cl., concessum 11 Jan. 1911 pro ecclesia Sanctimonialium O. S. Clarae dioec. Neritonensis (Nardò) in Apulia.—Archiv.

F. **Triumphi S. Crucis,** dp. maj. in dioec. Ragusina in Dalmatia, conc. 21 Julii 1890; cf. 16 Julii.—Archiv.

Sabbato post Sexagesimam:

F. **B. Mariae V. de Fiducia,** dp. maj. in Seminario Papali juxta basilicam Lateranensem (Romae), e conc. 22 Jan. 1908. Archiv. Colitur ibi in sacello seminarii imago B. Mariae V. tit. "della Fiduzia", quam ibidem vidi et veneratus sum mense Junio 1921.

F. **B. Mariae V. Succursu,** dp. maj. in dioec. Fori Sempronii (Fossombrone) in Piceno.—Ordo 1907. Archiv.

F. **B. Mariae V. de tit. Refugum Peccatorum,** dp. maj. in dioec. Aquini (Italia).—Ordo 1895.

Dominica Quinquagesimae.

In Dominica Quinquagesimae Latinorum Graeci commemorant **Lapsum Primi Hominis in Peccatum** cum officio speciali. Ratio est, ut hominibus ante oculos ponatur, quomodo intemperantia in cibo et jejunium

violatum causa fuerit omnium malorum in mundo, et ut inde homines magis excitentur ad jejunium stricte servandum. Officium illius diei continet imprimis pulcherrimum cantum S. Romani Melodi planctum Adami exclusi a paradiso. A Vesperis hujus Dominicae apud Graecos incipit jejunium quadragesimale.—Max. 87.—Nill. II 51.

Commemoratio Reparationis SS. Sacramenti per unam Missam vot. sol. propriam et II Vesperas, agebatur Parisiis in ecclesia S. Joannis (en-Grève).—Proprium offic. 1741. Bibl. Musaei Brit.

Feria II post Quinquagesimam.

Officium Reparationis SS. Sacramenti, dp. maj., Parisiis in ecclesia S. Joannis (en-Grève).—Prop. 1742.—His diebus contra excessus carnisprivii ibi fiebat Adoratio solemnis SS. Sacramenti. — Bibl. Musaei Britann.

Commemoratio Solemnitatis B. Mariae V. per unam Missam vot. sol. propriam fiebat Parisiis in ecclesia S. Maglorii, Sacerdotum Oratorii Card. Berulle.—Off. prop. 1767. Bibl. Musaei Britann.

Feria III post Quinquagesimam:

F. **S. Columnae Flagellationis Dni N. Jesu Ch.,** dp. maj. a. 1898 insertum officiis Passionis Dni in Appendice Breviarii; sed jam antea agebatur a Passionistis (Dom. II Julii) et Romae in ecclesia S. Praxedis, ubi colitur Columna "ex Hierosolymis allata", feria VI post Dom. III Quadrag. — Vera flagellationis columna, quae servabatur Hierosolymis in ecclesia Sion, periisse videtur in eversione Civitatis Sanctae per Persas a. 614. E saeculo XII tres ostendebantur columnae (spuriae), una Romae in ecclesia S. Praxedis, altera Hierosolymis (a. 1555 collocata in capella Apparitionis Ecclesiae S. Sepulchri); tertia ibidem in capella S. Salvatoris Armenorum, ubi fuerat domus Caiphae. (Schuster-Holzammer II 467.)

Reparatio Injuriarum SS. Sacramento Illatarum, seu Commemoratio SS. Sacramenti ad reparandas Injurias ab ingratissimis hominibus illatas, dp. maj. in dioec. Ratisbonensi (Regensburg).—Klein 26.—Idem festum sub diverso officio Parisiis in ecclesia S. Joannis (en-Grève).—Prop. 1742. v. heri.—Bibl. Musaei Britann.—In modernis Calendariis: Cal. Societ. Presbyterorum a SS. Corde Jesu, appr. 21 Jan. 1914; Cal. Congregationis SS. Sacramenti, appr. 8 Jan. 1914; Cal. Ancillarum SS. Sacramenti et Congregationis Ancillarum Cordis Jesu, appr. 17 Apr. 1914.

F. **Imaginis S. Vultus Dni N. Jesu Ch.,** dp. maj. pro dioec. Cameracensi (Cambrai) concessum 19 Nov. 1908, cum officio proprio, propter Associationem Sacerdotum de Reparatione.—Propr. Camer. 1913. Archiv.—Rohault, 247.

F. **Imaginis Sacri Vultus Dni,** dp. maj. pro dioec. Turonensi (Tours) concessum 22 Apr. 1909, in honorem iconis "Veronicae", quae colitur Turonibus in capella S. Faciei Dni, allata a. 1851. De S. Facie Turonensi et de promotore cultus ejus, Dno Dupont, v. Janvier, Noted Sanctuaries of the Holy Face. Baltimore, 1889.—J. Neumann, Leon Dupont, Paderborn, 1896.—Cal. Turonense approb. 4 Maji 1914.—Rohault, 245. Arch.

Inventio Tituli S. Crucis, dp. maj. in Proprio Congregationis Pret. Sanguinis.—v. Dom. ult. Jan.

Commemoratio Solemnitatis Dni Jesu fit per Missam vot. sol. propr. Parisiis in eccl. S. Maglorii Oratorii Card. Berulle.—Off. pr. 1767. Bibl. Musaei Britann.

Commemoratio Pretiosissimi Sanguinis Dni per Missam vot. sol. fit Firmi (Fermo) in ecclesia S. Gregorii Magni, ex indulto 10 Jan. 1834. —Archiv.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. maj. in dioec. Pergolensi in Piceno.—Ordo 1897 et 1911.—Arch.

Commemoratio B. Mariae V. Perdolentis, e concessione 6 Feb. 1828 fit Romae in ecclesia Collegiata in Carcere Tulliano. Eadem Memoria in Civitate Castelli, dioec. Civitatis Castellanae, in eccl. O. S. Clarae "delle Murate". Missae omnes de B.M.V. Dolorosa, e conc. 29 Apr. 1904.—Archiv.

Feria VI post Cineres.

F. **S. Spineae Coronae Dni N. Jesu Ch.,** dp. 2 cl. apud Passionistas; dp. maj. in Appendice Breviarii Romani, ante reformationem Calendarii (1913) agebatur in universa fere Ecclesia Latina, non ad honorandas reliquias S. Coronae, quae passim in Ecclesia coluntur, sed ad commemorandum mysterium doloris, quem perpessus est Dominus in coronatione sua. De primaeva festi institutione v. 4 Maji et 11 Aug. Cf. Officia votiva Passionis sub fine mensis Martii. — Officium de Spinea Corona approbatum est pro archidioecesi Monregalensi (Monreale) 8 Jan. 1605; aliud officium pro dioec. Ratisbonensi 20 Nov. 1610.—Archiv.—Schuster-Holzammer II 468.—In plurimis Calendariis a. 1914 hoc festum suppressum est, sed adhuc invenitur in Cal. S. M. Majoris, Neapoli, dp. 2 cl. (1915) et S. Petri in Vaticano (1914); item in dioec. Andriensi (ubi miraculosa spina de Corona Dni, Rohault, 214), Arianensi, Aversana, Viglevanensi, Sarzanensi, Eccl. S. M. in Via Lata (Romae), Celsonensi (Solsona), Placentina (Hisp.) et alibi, saepius unicum Passionis festum.

F. **Quinque Vulnerum (Plagarum) Dni N. Jesu Ch.,** dp. 2 cl. in dioec. Lisbonensi (Lusitania). Festum nationale fundationis Regni Lusitaniae, v. 6 Febr.—Item in Cal. archidioecesis Bracarensis f. solemne in Brev. secundum ritum Bracarensis Ecclesiae (in Cal. Romano-Bracarensi

6 Feb.).—Idem festum in plurimis Breviariis Gallicanis h. d. invenitur exeunte saeculo XVIII et ineunte saec. XIX, sub titulo "**Quinque Plagarum**", v. g. Tolosano, Turonensi, Suessionensi, Parisiensi, Forojuliensi, Appamiensi, Aniciensi, Albiensi, Montis Albani etc. Bibl. Boll.—Ins.

F. **Passionis Dni,** semiduplex majus in Breviario Lugdunensi (Lyon) 1844.—Bibl. Boll.

Una e feriis VI Quadragesimae

agendum invenitur in Proprio Vratislaviensi (Breslau) a. 1778 f. **Pretiosissimi Sanguinis Christi;** et in Proprio Constantiensi (Konstanz) 1800 f. **Spineae Coronae Dni.**

Sabbato post Cineres.

In Cathedrali Cephalaeditana (Cefalù) in Sicilia, diebus Sabbati per Quadragesimam usque ad Dominicam Passionis canitur **Missa votiva solemnis B. Mariae V.** cum Gl., Cr. et absque ulla commemoratione, post Nonam.—Ordo 1888.

Uno e Sabbatis Quadragesimae non impedito

agendum concessum est Eremitis S. Augustini a. 1790 f. **Maternitatis B. Mariae V.,** dp. maj. et Carmelitis Excalceatis, die 28 Julii 1792, idem festum.—Bibl. Boll.

MARTIUS.

I

FESTUM SS. **Redemptoris,**dp. maj. concessum pro dioec. Fabriani (Italia) a. 1805.—Archiv.

F. S. **Spineae Coronae,** dp. maj. in archid. Theatina (Chieti).—Cal. approb. 21 Jan. 1914.—Item in Cal. Congregationis Sororum vulgo "Adoratrici di Gesu Sacramentato", appr. 17 Martii 1915.—Archiv.

F. B. **Mariae V. de Constantinopoli,** dp. maj. in dioec. Uxentina (Ugento), (Ordo 1895) et Hieracensi (Gerace) (conc. 27 Apr. 1910).—Archiv.—Assign. e I fer. III Martii.

F. B. **Mariae V. Divini Pastoris Matris,** dp. maj. in dioec. Senogalliae (Sinigaglia).—Ordo 1848 et 1888; item in dioec. Eugubina (Gubbio), conc. 30 Sept. 1817. Item in dioec. Ripana, 1897.—Archiv.

F. B. **Mariae V. tit. de Succursu,** dp. maj. in dioec. Volaterrae in Etruria et Cataciensi in Calabria.—Cal. 1888.

F. B. **Mariae V. de Laureto,** dp. 1 cl. in conventu monialium O. F. Minorum civitatis Montisfortis (Monforte) apud Alicantum in Hispania.—Ordo O.F.M. prov. Valentiae 1907.—Sanctuarium antiquum B. Mariae V. de Laureto a. 1561 in curam Patrum Alcantarinorum transiit; S. Paschalis Bailon ibi vota emisit.—v. Groeteken, Paschalis Baylon, 1912, p. 43 ss.

F. **Apparitionis B. Mariae V.** agitur h. d. in sanctuario villae Cubas apud Matrium, ubi Maria a. 1449 videndam se praebuit puellae porcos pascenti.—Balinghem 108.—Colv. 1 Martii.

F. B. **Mariae V. tit. Auxilii Agonizantium,** dp. 2 cl. pro Congreg. Presbyterorum B. Mariae V. de Tinchebray, con. 27 Apr. 1910.—Archiv.

F. B. **Mariae V. tit. Refugium Peccatorum,** dp. maj. cum officio pr. in Prop. Missionariorum Societatis Mariae et Filiarum Sapientiae. 1899.

F. B. **Mariae V. de Lourdes,** dp. maj. in Cal. Asculano (Picen.), 1897.

II

F. B. **Mariae V. de Gratia,** dp. maj. in dioec. Urbaniensi in Piceno et Miletensi in Calabria. Cal.

F. B. **Mariae V. tit. Speculum Justitiae,** dp. maj. in Off. Prop. CC. RR. Pauperum Matris Dei Scholarum Parum, 1917. Conc. 10 Apr. 1907.—Archiv.

F. B. **Mariae V. de Guadalupe** (Mex.), dp. maj. in dioec. Cordubensi (Cordova).—Ordo 1901.—5 Mart. in dioec. Calagurritana (Calahorra) Ordo 1891.—6 Mart. in dioec. Victoriae; Ordo 1910.—11 Martii in dioec. Lucensi (Lugo) Ordo 1908 et in monasterio S. Laurentii (Esurial) ; Ordo 1832.

III

F. B. **Mariae V. de Succursu,** dp. maj. in dioec. Senensi (conc. 14 Nov. 1805) et in omnibus dioecesibus antiqui Dominii Senensis (Siena).—Ordo 1888 et antiquiora; idem festum invenitur in Cal. Orbitelli, insulae Igilii (Elba), Portus S. Stephani, in Cal. Abbatiae SS. Vincentii et Anastasii ad Aquas Salvias Romae (1829 et 1847) Bibl. Boll.—Item in Calendario Minimorum Panormi, 1855. Bibl. Boll.

F. B. **Mariae V. Auxilii Agonizantium,** dp. maj. in dioec. S. Marci et Bisiniani in Calabria.—Ordo 1901 et 1911.

Memoria **Iconis B. Mariae V. Volocensis** (Wolokolamskaja) in Menol. Russico.—Imago colitur in monasterio celeberrimo S. Josephi Volocensis prope Mosquam in Russia; ipse S. Joseph a. 1677 eam e Moscovia attulit in coenobium suum, ubi miraculis inclaruit.—Mz. II 14.—Sn. 184.

IV

F. **S. Mariae in Baro,** dp. 1 cl. in pago " S. Maria Imbaro ", dioec. Anxani (Lanciano) in Italia; in dioec. vero dp. maj. in honorem imaginis miraculosae.—Ordo 1895.

F. **B. Mariae V. Constantinopolitanae** Barii fiebat olim h. d. ritu duplici maj. 15 Apr. 1817 elevatum est ad ritum dp. 1 cl.—Archiv.—v. I fer. III Martii.

V

F. **SS. Lanceae et Clavorum Dni,** dp. maj. in Cal. Congreg. Sororum vulgo " Adoratrici di Gesu Sacramentato ", appr. 15 Martii 1815.—Item apud Passionistas a. 1915.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Monte,** dp. maj. Pillei in dioec. Anagnina.—Ordo 1888.—Off. pr. concessum 5 Sept. 1827.—Archiv.—Imago se manifestavit liberando foeminam obsessam.

Memoria **Iconis B. Mariae V. de Educatione (Wospytanje)** in Menologio Russico. — Imago colitur Moscoviae in Cathedrali B. Mariae Kazanensis.—Mz. II 24.—Sn. 185.

VI

Inventio Venerabilis et Vivificae Crucis et Quatuor Clavorum, Hierosolymis, in Ecclesia Graeca, Russica etc. commemoratur, sine officio. in Synaxario Matutini.—Mz. II 29 hanc inventionem evenisse contendit 6 Martii 326.—MGr.—Max. 184.—Mrt. 6 Martii.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. maj. in dioec. Civitatis Plebis (Città della Pieve).—Ordo 1908.

Memoria **Iconis B. Mariae V. de Czenstochova (Tshenstochowskaja)** in Menologio Ecclesiae Orthodoxae Russicae. Ectypus iconis Claromontanae colitur Petropoli in Cathedrali Cazanensi; a. 1813 iconem (ectypon) Osten-Sacken belli dux in Russiam detulit. Alexander I Imperator eam in Cathedrali Cazanensi cultui exposuit, auro et gemmis ornatam. cf. ultimam feriam IV Augusti, quo die in sanctuario Claromontano honoratur prototypon.—Mz. II 29.—Sn. 185 ss.—Fortassis in Cathedrali Cazanensi Petropolitana festum agitur hac die cum proprio acoluthia (officio).

Memoria **Iconis B. Mariae V. de Fumario (Shestokowskaja)** in Menologio Russico. Imago extat in monasterio monialium homonymo prope pagum Sheltomesh ad Sitim flumen in Russia. Inventa est Moscoviae a puella imbecilli in somniis ter admonita in fumario domus cujusdam Skripizini; delata in pagum Sheltomesh, ubi a. 1779 familia Skripizini ecclesiam lapideam exstruxit in honorem iconis, cui a. 1887 adjunctum est monasterium.—Mz. II 31.—Sn. 190.

Memoria **Iconis B. Mariae V. tit. Benedictio Coeli** in Menol. Russico. Imago colitur Mosquae in Cathedrali S. Michaelis Archistrategi. —Shipman 407.—Deest apud Mz. et Sn.

F. **B. Mariae V. de Guadalupe,** dp. maj. Calegurri in Hisp. Cal. 1890; item in Cal. Victoriae 1898.

VII

Apparitio Prima B. Mariae V. in Monte Berico, dp. maj. in sanctuario Montis Berici juxta Vicentiam (Italia sup.). — Ordo Serv. Mariae 1900. — Quae manifestatio evenit 7 Martii 1426. Festum institutum est a. 1529.—Ricc. I 245.—cf. Aug.

Desponsatio B. Mariae V. dp., vivae vocis oraculo concessum a Paulo III Ordini Fratrum Minorum, 21 Aug. 1537.—Colv.

F. **Iconis B. Mariae V. tit. Refugii (Vadis) Peccatorum (Sporuchnytza),** quae celeberrima est in monasterio Odrinae, gubern. Orlow in Russia et Moscovia in ecclesia S. Nicolai (Chamowniki). Ectypon est iconis coram qua Herosolymis conversa esse traditur S. Maria Aegyptiaca. Odrinae imago celeberrima evasit a. 1844, cum ibi morbus asiaticus fureret. —Shipman 405.—Mz. II 36.—Sn. 191, ubi diversa festa enumerantur, quae aguntur Odrinae: 7 Martii, fer. V post Dom. Omnium Sanctorum (Dom. I post Pent.) et 29 Maji.—Gump. 578.

Manifestatio Imaginis S. Annae Matris Mariae, dp. maj. in dioecesi Venetensi (Vannes) in Britannia Minore.—Cal. 1886 et 1915.— Imago inventa est ab agricola in vico Keranna die 7 Martii 1627 et colitur

in sanctuario N. D. d'Auray. Periit statua tempore bellorum civilium a. 1793; nova imago incoronata est die 30 Sept. 1868.—Propr. Venet.—Durand 186.

VIII

Desponsatio B. Mariae V., dp. in antiquo Breviario Antwerpiensi a. 1543.—Bibl. Boll. Item in Brev. antiquo Servorum B. Mariae V.—Colv. h. d.

Memoria **B.M.V. de Pilerio** per M. vot. sol. B.M.V. fit h. d. in Cath. Consentina, in grat. act. e consuetudine approbata 18 Dec. 1896. Decr. auth. III 324.

IX

Apparitio S. Mariae Miraculorum de Motha, dp. 2 cl. in dioec. Cenedae in Dominio Venetiarum.—Ordo Cenedae 1898.—Ordo O. F. M. Prov. Venetae, 1908.—Apparuit Maria Joanni Cigana die 9 Martii 1510. Cum miracula sequerentur, exstructa est basilica cum coenobio Franciscalium.—Gump. 127.—Ricc. I 228.—Cal. Cenedae approb. 10 Junii 1914.

F. **B. Mariae V. tit. Speculum Justitiae** seu **Commemoratio Excelsarum Virtutum Ejus,** dp. maj. agitur a Patribus Societatis Mariae, quia 9 Martii 1822 amplissimis verbis nascentem Societatem Mariae laudavit Pius VII Papa; concessum est festum a. 1877.—Off. propr.

Memoria **Iconis B. Mariae V. tit. Verbum Caro Factum Est,** in Menologio Russico.—Mz. II 43.—Imago se manifestavit.a. 1666 Albasini ad fluvium Amur in Sibiria. Nunc colitur in civitate Blagowestshensk in Amuria.—Sn. 202.

X

Inventio Pretiosae Crucis Dni N. Jesu Christi, festum de praecepto apud Coptos et Abyssinios Vallis Niliacae.—Nill. II 701 et 716.—Harris 421.—v. 6 Martii.—**"Inventio Crucis in Jerusalem."** Cal. Abul l'Barakat, Patr. Or. X 245 ss. In Synaxario Arabo-Jacobitico, Patr. Or. XVI 213 haec referuntur: 'Hac die locum habuit bis Apparitio Crucis illustris Dni N. Jesu Messiae: 1. Inventio sub Helena, 2. Reductio sub Heraclio."—**" Inventio Crucis ",** Patr. Or. X, p. 200 ss. In Menologio Copto-Arabico.

Inventio Imaginis B. Mariae V. Miraculorum Andriae agebatur a monachis Cassinensibus sanctuarii B.M.V. Miraculorum Andriae. Post varias manifestationes imago in crypta S. Margaritae inventa est 10 Martii 1576. — Cosma de Jodice, S.M. dei Miracoli, 1888. — cf. Dom. I Maji, I Sabb. Junii et ult. Sabb. Augusti.—Signor. Napoli II 275.

Liberatio Civitatis ab Haereticis agitur h. d. in civitate Pradelles, dioec. Aniciensis (LePuy) per Missam vot. sol. B. Mariae V. Repulsi sunt Calvinistae 10 Martii 1588.—N. D. de France II 216.—Drochon, 945.

Memoria **Iconis B. Mariae V. a S. Elia (Swiato-Ilinskaja)** annuntiatur in Monologio Russico.—Imago colitur in monasterio SS. Trinitatis et S. Eliae apud Cernigoviam; delineata a Gennadio monacho a. 1658. lacrimas fudit a. 1662, Tartaris monasterium oppugnantibus.—Mz. II 47.—Sn. 203.

XI

F. **S. Spineae Coronae Dni,** dp. maj. in dioec. Carcassonnensi (Cal. 15 Apr. 1914), Tuscanensi (Toscanella, Cal. 1912), in Abbatia S. Mauritii de Valesia in Helvetia (Cal. 8 Junii 1914) et in Oratorio S. Philippi Perusiae (Cal. 23 Julii 1914).—Archiv.

F. **SS. Lanceae et Clavorum,** dp. maj. in Ordine S. Crucis.—Cal. approb. 6 Apr. 1914.—Archiv.

F. **S. Sindonis Dni,** dp. maj. in dioec. Bisuntina (Besançon).—Cal. approb. 23 Apr. 1914; et in Congregatione Sororum Adoratricum Jesu Sacramentati; Cal. 17 Mart. 1915.—v. 11 Junii.

F. **S. Columnae Flagellationis Dni,** dp. maj. Båruli (Barletta) in Apulia.—Cal. 1912 et 14 Febr. 1914.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Suffragio,** dp. maj. Scigliani, dioec. Neocastrensis, e conc. 3 Martii 1823.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. Porta Eburnea,** Perusiae in ecclesia S. Michaelis agitur per unam Missam sol. vot. B.M.V. Humilitatis, ex indulto 30 Maji 1829.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Gratia,** dp. maj. in dioec. Tricaricensi (Italia). —Ordo 1901.

Puritatis B. Mariae V., dp. maj. concessum est die 7 Aug. 1790 Eremitis S. Augustini.—Off. propr. 1791.—Bibl. Boll.—Idem festum 30 Julii 1806 indultum est pro ecclesiis monialium Coelestium SS. Annuntiatae.—Archiv.

XII

Inventio Pretiosissimi Sanguinis Dni N. Jesu Christi, dp. maj. in dioec. Mantuana, f. indultum a. 1686; item in dioec. Vastallensi (Guastalla), Aquensi, Casalensi etc., ante reformationem Calendarii. Mantuae vero etiam in Cal. appr. 25 Nov. 1913. Reliquiam Sanguinis Dni—ita traditio Mantuana — Mantuam detulit S. Longinus centurio; colitur in crypta ecclesiae abbatialis S. Andreae, ubi inventa est a. 1048. Authenticitas declarata est a Leone III et Leone IV.—Idem festum ab anno fere 1694 agebatur in ecclesia abbatiali Weingarten in Suabia (v. fer. VI post Ascensionem) ritu dp. 1 cl.—Cum abbatia periit festum. Cum vero anno 1922 (14 Maji) monachi in abbatiam redirent, a S. R. C. petierunt restitutionem festi ritu dp. maj., sed simplex tantum memoria concessa est. (Epist. P. Alberti Schmitt e Weingarten.)—A. Jox, Reliquien des Kostbaren Blutes, 1880, p. 26.

F. **Venerabilis Sacramenti,** agendum in civitate Amsteldami, ritu dp. cum octava. Proprium Ultrajectense 1640. Nunc hoc festum agitur feria quarta post 12 Martii (Harlem, 1916).

F. **Iconis B. Mariae V. Lyddensis** seu **Romanae,** in universa Ecclesia Orthodoxa Russiae. Imago Dei Matris Lyddae picta est "ab angelis" in columna ecclesiae, ab ipsis apostolis aedificatae, secundum traditionem Orientalium. Ectypon S. Germanus Constantinopoli tradidit fidelium cultui; deinde eam secum duxit in exilium et moribundus (a. 740) Romam misit. S. Gregorius III eam in basilica S. Petri collocavit; a. 852 vero "ab angelis" Constantinopolim relata est et collocata in Chalcopratiis. Unde imago vocatur tam "Romana" (Rymskaja) quam "Lyddensis" (Lyddskaja). — Mz. II 57.—Mrt. 12 Mart.—Sn. 203.—Beissel, 489.—Dobschuetz, Christusbilder, 80.

XIII

F. **S. Spineae Coronae,** dp. maj. h. d. agitur in Calendariis reformatis: Avellini (13 Feb. 1915); Genuae (8 Maji 1914); Juvenacii (Giovinazzo, 10 Dec. 1913); Cephaludiae (Cefalù, 22 Maji 1914); Brixiae (1914); Mazzarae (23 Apr. 1914); in Congregatione Oblatorum B.M.V. (26 Nov. 1914).—Archiv.

F. **SS. Lanceae et Clavorum Dni,** dp. maj. in dioec. Anconae. Cal. approb. 8 Martii 1914. Servatur clavus Dni in Cathedrali Anconitana. Rohault, 171.

F. **S. Sindonis Dni,** dp. maj. in Cal. Passionistarum 1917.—Val.

F. **S. Columnae Flagellationis Dni,** dp. in dioec. Aquipendiae (Acquapendente) in Italia in Cal. 1912; unicum festum Passionis quod illa dioecesis concelebrat.—Archiv.

Inventio B. Mariae V. de Sacrario, dp. maj. in dioec. Vallisoletana (Valladolid) in Hispania.—Offic. pr.—In Cal. 4 Maji 1914 approbato dp. 2 cl. in civitate.—Imago B.M.V. de Sacrario a. 1602 inventa est a muratoribus in capella S. Michaelis ecclesiae Collegiatae.—Propr. Vallisol.—De la Fuente 251.—Beissel, 474.

F. **B. Mariae V. de Bethlehem,** dp. maj. pro dioec. Zamorae in Mexico (Cal. 1912) assign. h. d. e Dom. IV post Epiphaniam.—Archiv.

Memoria **Iconis B. Mariae V. de Moldavia** (Moldowskaja) in Menologio Russico.—Imago recolitur in coenobio SS. Salvatoris civit. Nikolajew, gubern. Cherson.—Mz. II 60.—Sn. 207.—Beissel 391.

XIV

F. **S. Spineae Coronae,** dp. maj. in dioec. Alexandriae in Pedemonte.—Cal. 9 Junii 1818.—Archiv.

F. **Quinque Vulnerum Dni,** dp. maj. in Congreg. Sororum vulgo "Adoratrici di Gesu Sacramentato".—Cal. 17 Mart. 1915.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. maj. in universa fere Etruria, excepto Dominio Senensi (ubi 3 Mart.), concessum a Pio VII, 14 Nov. 1805. Huic diei festum assignatum est, quia est anniversarius Electionis Pii Papae VII a. 1800.—Propr. Florentiae, Liburniae etc.

Solemnis Commemoratio B. Mariae V. Advocatae Populi Suessani, dp. 1 cl. in dioec. Suessana (Sessa) in regno Neapolitano.—Off. pr. — Cal. Sessae approb. 10 Oct. 1914. — Imago B. Mariae V. de Populo colitur in Cathedrali Suessana.

F. **B. Mariae V. de Columna (de Consortio),** dp. 2 cl. in dioec. Savonae in Liguria.—Ordo Savonae 1888. et Cal. approb. 17 Apr. 1914. Archiv.—Imago B. Mariae V. in columna ruinosae ecclesiae depicta, angelorum manibus (14 Mart. 1607) avulsa est in conspectu muratorum. Institutum est festum ipso manifestationis anno, 1607. — Gump. 186. — Pitto, Liguria Mariana, Riva occid. 242.—Escola 639.

Coronatio B. Mariae V. Drepanitanae, a. 1734, in coenobio Carmelitarum antiquae observationis, dp. maj., pro dioecesi Drepanensi (Trapani) concessum est festum 14 Junii 1911. Cal. Drep. 10 Dec. 1913; 15 Apr. 1914.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. Agonizantium,** dp. maj. in dioec. Miletensi in Calabria. Ordo 1888.

F. **Iconis B. Mariae V. a S. Theodoro** seu **de Kostroma (Feodorowskaja)** in universa Russia celebratur hac die, natali dynastarum de gente Romanoff. Die 14 Martii 1613 enim Michael Romanoff, monasterium S. Hypatii Kostromense, ubi delitescebat, cum throno commutaturus, a matre sua Martha moniali coram hac icone ultimam recepit benedictionem. Inventa fuerat imago ista die 16 Aug. 1239 a Basilio Duce Halicensi ad arborem appensa; vocatur "Theodorica", quia primo colebatur in ecclesia Cathedrali Kostromae S. Theodoro Stratilitae dicata.—Mrt. 90.—Mz. II 64.—Max. I 186.—Sn. 207-216, ubi variae icones ab ista depictae exhibentur et miracula.

XV

F. **SS. Nominis Jesu,** commemoratio simplex in Breviario Misnensi (Meissen) 1517.—Grotefend, 1517; dp. maj. in Cal. Misnensi pro utraque Lausatia publicato a. 1801.—Bibl. Boll.

F. **Triumphi S. Crucis,** dp. maj. in dioec. Agrigentina v. 16 Julii.—Ordo 1887 et 1909.

F. **Quinque Vulnerum Dni N. Jesu Ch.,** dp. maj. apud Sanctimoniales a S. Corde Jesu.—Cal. 1915. Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. Refugium Peccatorum,** dp. maj. in Cal. Soc. Mariae, Soc. Jesu et Mariae (Eudist.) et in Congreg. Scholarum Piarum (Piarist.) ante reformationem Calendarii.—Cal. 1910.

F. **B. Mariae V. de Parietibus,** dp. maj. in Urbe Carnutensi (Chartres) in Gallia.—Cal. app. 18 Apr. 1914.—Off. propr.—In Missali Carnutensi 1782: 15 Martii, in Cathedr. Missa solemnis propriissima **pro liberatione urbis Carnotensis a. 1568.** Nihil in Breviario.—In Brev. Carn. 1633: 15 Mart. **"Commemoratio B. Mariae V."** dp. solemne infra muros urbis Carnutensis, propter ipsius ab obsidione liberationem.—Sacellum B. Mariae V. de Parietibus (de la Brèche) exstructum, ubi repulsi sunt die 15 Martii 1568 Calvini asseclae.—Propr. Carn.—Ante reformationem Cal. hoc festum erat dp. 2 cl. in civitate.—N. D. de France I 181.—Bal. 132. —Colv. h. d.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. maj. (assign. ex heri) in dioec. Burgi S. Sepulchri in Etruria.—Ordo 1889, et in dioec. Lucensi (Lucca). —Cal. 17 Jan. 1914.

XVI

F. **S. Sindonis Dni,** dp. maj. in dioec. Carcassonnensi (Gallia).—Cal. 15 Apr. 1914. — Archiv. Colitur reliquia (Cabouin = coiffe) in hospitali Pontis in ipsa civitate.—Rohault, 240.

Manifestationis et Translationis B. Mariae V. de Clementia, dp. 2 cl. Romae in ecclesia S. Mariae Trans Tiberim. — Cal. approb. a. 1914.—Traditio Romanorum fert hanc iconem graecam "ab ipso S. Callisto" in hac ecclesia cultui expositam esse. Sed ecclesia ista a S. Julio I aedificata (non a S. Callisto), a Joanne VII S. Mariae dicata est, qui probabiliter iconem ibi collocavit.—Armellini 637 ss.—E capella familiae Ruggeri in novum sacellum translata est imago 16 Martii 1593. A. 1687 festum erat dp. maj. sub titulo **"Translatio vetustae et miraculosae Imaginis B. Mariae V. de Clementia".**—Cal. S. M. Trans Tiberim in Bibl. Boll.—Bombelli II 29.

F. **B. Mariae V. de Guadalupe** (Mex.), dp. 1 cl. in archid. Dnae N. de Pace in Republica Boliviae.—Off. pr. 1908; nunc dp. 2 cl. 12 Dec.

XVII

F. **SS. Faciei Dni N. Jesu Ch.,** dp. 1 cl. Titul. ecclesiae monialium O. F. Minorum Veronicae ad Portum Alicantinum in Hispania. — Imago Vultus Dni lacrimas fudisse traditur tempore siccitatis, 17 Martii 1489.—Janvier. 120.—Off. pr. O.F.M. Prov. Valentinae 1910.

F. **SS. Redemptoris,** dp. 2 cl. Alonae in dioec. Oriolensi, e conc. 23 Aug. 1806; jam antea agebatur a Clarissis extra moenia Alonae.—Archiv.

Transfiguratio Dni, f. simplex in Brev. Misnensi 1517.—Grotefend II 1, 118.

Commemoratio Terrae Motus in nonnullis Mss. Menaeorum Graecorum, qui terraemotus accidit Poli sub Constantino Magno.—Mrt. 91.

Memoria Lacrimarum B. Mariae V. agitur h. d. per Missam vot. sol. B. Mariae V. in Cathedrali Jaurinensi (Raab) in Hungaria. Imago SS. Virginis a Gualtero Lynch Clonfertensi episcopo ex Hibernia allata die 17 Martii 1697 sanguinem sudavit. (Epistola).—Mehler 899.

F. **B. Mariae V. in memoriam Inventionis Christianorum** ritu dp. maj. h. d. agitur in universa Japonia, speciali tamen solemnitate in Cathedrali Nagasakii. — Die 17 Martii 1865 posteri priscorum Christianorum Patri Petitjean se manifestaverunt et compertum est, quasi duo milia Japonensium in civitate et suburbiis Nagasakii occulte fidem servasse; unde Pius IX hoc festum celebrari concessit, sub titulo "**Inventionis Christianorum**". A. 1889 B. Mariae de Japonia dedicata est nova missio in urbe Kumamoto, prov. Higo, ubi festum est dp. 1 cl. (Epistola).—Cal. Soc. Paris. Mission. 21. Apr. 1914.

F. N. **Dnae de Pietate** ineunte saeculo XVII Atrebati esse actum h. d. v. Balinghem 134.

XVIII

Apparitio B. Mariae V. de Misericordia, Patronae Princ. Civit. et Dioec. Savonensis et Pat. Pr. Civit. Genuae, dp. 1 cl. sine oct.—Cal. 1915.—In universa Liguria dp. maj. (ante 1914, dp. 1 cl.). Videndam se praebuit Maria in valle S. Bernardi 18 Mart. 1536. Incoronata est imago ab ipso Pio VII Papa 10 Maji 1815.—Festum apparitionis concessum est 4 Aug. 1537. Officium novum a. 1815. Augustae Taurinorum festum est dp. 2 cl. In Corsica insula dp. maj. in civitate Adjacensi vero dp. 1 cl., quia Patr. Princ. civitatis, electa a. 1656. Genuae a. 1916 dp. maj. item dp. maj. in dioec. unitis Lunae, Sarzanae et Brugnati, 1914.—Cal. Liguriae.—Drochon, 786—Gump., 81—Ricc. II, 131.

F. **B. Mariae V. de Misericordia,** dp. 2 cl. apud moniales Capuccinas Panormitanas (in Sicilia).—Ordo Cappuc. Panormi 1921.—Festum, fortassis diversum est a praecedente.—Bibl. Cappuc. Romae.

F. **Patrocinii B. Mariae V.,** dp. maj. in dioec. Massae de Carrara (Italia).—Cal. approb. 23 Apr. 1914.

F. **Compassionis Mariae** annuntiatur h. d. in Diplomatario Norvegico I XL, desumptum e Missali Nidrosiensi (Trondjem) a. 1519.—Grotef. II 241.

XIX

F. **S. JOSEPH, SPONSI B. MARIAE V.,** dp. 1 cl. in universa Ecclesia Latina. — Solemnitas S. Joseph primo invenitur die 20 Julii in calendariis Copticis saeculo nono vetustioribus. In Martyrologiis latinis signatur saeculo decimo in Fuldensi et aliis die 19 Martii. Cultus per Carmelitas ab oriente in occidentem invectus, speciali modo promovebatur

a Petro d'Ailly, Joanne Gerson et Trithemio abbate. Unde festum S. Joseph passim invenitur in calendariis medii aevi. In Breviarium Romanum relatum est a Sixto IV Papa ritu simplici agendum. Ab Innocentio VIII elevatum est ad ritum duplicem; Clemens X die 29 Nov. 1670 festum ad ritum dp. 2 cl. evexit ac Clemens XI die 3 Febr. 1714 officio proprio ab ipso composito auxit. Tandem Pius IX S. Joseph Ecclesiae Catholicae Patronum declaravit, die 8 Dec. 1870, ejusque festum celebrari jussit ritu dp. 1 cl. sine octava. Demotum est ad dp. 2 cl. die 28 Oct. 1913, sed iterum promotum ad dp. 1 cl. per canonem 1267 novi Codicis.— In Gallia festum ante introductionem Breviarii Romani plerumque agebatur die 20 Aprilis, in Brev. Viennensi (1784) vero die 19 Mart. Annuaire 1922, p. 30.

Commemoratio B. Mariae V. fit hac die, in festo S. Joseph, apud Religiosos O. Carmelitarum Excalceatorum Prov. Mexicanae. — Summa Aurea VII 440.

Memoria **Iconis B. Mariae V. de Teneritudine (Umilienie)** in Menologio Russico. — Imago recolitur in sanctuario homonymo civitatis Smolenscensis in Russia; se manifestavit a. 1103.—Alia imago hujus tituli colitur in ecclesia monasterii Pscovo-Cryptensis e tempore oppugnationis civitatis Pscoviae a. 1585.—Tertia imago se manifestavit in monte Sinitza, ubi nunc est monasterium Sviatogorense, gubern. Pscoviae. — Puerulus in icone tenerrime caput inclinat ad genam Matris.—Mz. II 80.—Sn. 216.

XX

F. **Resuscitationis Lazari** v. Synax. Arabo-Jacobit.—Patr. Or. XVI.

F. **Quinque Vulnerum Dni N. Jesu Ch.**, dp. maj. in Cal. Ordinis S. Crucis, app. 6 Apr. 1914.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Misericordia,** dp. maj. (ass. e 18 h.) in dioec. Eporediae (Ivrea).—Ordo 1907.

F. **S. Joachim, Patris B. Mariae V.** C. dp. maj. F. a Carmelitis exeunte saeculo XV inauguratum (16 Sept.). Gregorius XV die 18 Martii 1623 approbavit pro die 20 Martii in universa Ecclesia celebrandum. Clemens XII vero die 3 Oct. 1738 mandavit ut hoc festum a die 20 Martii ad Dominicam infra Octavam Assumptionis B.M.V. transferretur sub ritu dupl. maj. SS. D. N. Leo PP. XIII 1 Aug. 1879 festum S. Joachim ad ritum dp. II classis elevavit. Per decretum 28 Oct. 1913 diei 16 Augusti assignatum est. — Schober Expl. crit. Brev. Rom. 328. — In Cal. Carthusiano die 28. Apr. 1920 approbato f. est dp. 2 cl. die 20 Martii. Item in Cal. Vratislaviae 1893.

F. **S. Joseph Sponsi B.M.V.** h. d. signatur in Ordinario Ecclesiae Swerinensis. Rostock, 1519; in Breviario Swerinensi a. 1529 vero die 19 Martii.—Grotef. II 91.

XXI

Commemoratio mensilis B.M.V. apud Coptos Vallis Niliacae.—Harris 422.

Memoria B.M.V. fit h. d. per unam Missam vot. sol. B.M.V. in ecclesia Collegiata Cropani, dioec. Cataciensis (Catanzaro) in Calabria, ex indulto 27 Jan. 1832.—Archiv.

XXII

F. **SS. Redemptoris,** dp. 2 cl. in doec. Sarsinae in Aemilia, in honorem alicujus iconis miraculosae Christi Dni.—Ordo 1889.

F. **Quinque Vulnerum Dni N. Jesu Ch.**, dp. maj. apud Passionistas.—Ordo 1917.—Sed recenter festum istud restitutum est suas sedi feria VI ante Dom. Passionis.

F. **Apparitionis B. Mariae V. in Icone Vetere Fodiae,** seu **B. Mariae V. de Foggia,** dp. 1 cl. in dioec. Fodiensi (Foggia).—Off. pr. 1900. et Cal. Fod. app. 12 Jan. 1914; dp. maj. in tota Congregatione SS. Redemptoris.—Ordo 1908.—Imago, saeculo XI inventa, cum colores evanescerent, lamina argentea obducta est, ovata tantum apertura relicta, quae septem velis tegebatur. Tempore terraemotus, 22 Martii 1731, super velis, fulgore perfusa, apparuit facies B. Mariae V. oculos vertentis. Quod miraculum, praesente S. Alphonso, saepius repetitum est.—Sign. Nap. II 231.—Ricc. III 60.—Beissel 401.

F. **S. Joachim, Patris Mariae** annuntiatur in Missali Cracoviensi, Venetiae impr. a. 1532.—Grotef. 167.

XXIII

F. **B. Mariae V. de Molino** h. d. est patronale civitatis S. Eulaliae (Aragonia) in dioec. Terulensi, cum indulgentia plenaria celebratum. Se manifestavit imago pastori saec. XII.—De la Fuente, 279.—Faci 218.

XXIV

Institutio SS. Sacramenti, dp. 2 cl. in dioec. Bracarensi, Eborensi (Evora), Portugalliensi (Oporto), Macaensi, Goensi et in universa fere Brasilia. Festum est originis Lusitanae. Cum medio aevo opinio praevaleret, Christum die 25 Martii crucifixum esse, Lusitani pridie Institutionem SS. Sacramenti celebrare coeperunt. Quodsi 24 Martius impeditus sit hebdomada Sancta, hoc festum transfertur in feriam V post Dom. in Albis.—v. Calendaria.—Officium huius festi deletum est, in reformatione Calendariorum a. 1914; in universa Lusitaniae ecclesiis vero post 1914 die Martii pro solemnitate externa duo dicuntur Missae de SS. Sacramento.—Archiv.

F. **SS. Sindonis D. N. Jesu Ch.,** dp. maj., concessum pro Liguria 4 Julii 1834.—Archiv.—v. 4 Maji.

Profestum Annuntiationis B. Mariae V. agitur h. d. a Graecis, Russis, Serbis, Bulgaris, Syris et alibi in Oriente. Vigilia ista apud Latinos raro invenitur v. g. in Cal. Merseburgensi, Argentoratensi (Strassburg) et Tridentino (Trento) apud Grotefend, II. Item in Brev. Virginum Ordinis Fontisebraldi.—Colv. I 246.

F. **B. Mariae V. de Saidanaja** h. d. signatur in Calendario Quinque Nationum Catholicarum Syriae, apud Nilles I 435. Imago, secundum traditionem Orientalium "a S. Luca picta", a. 870 advecta est Saidanajam in monasterium monialium versus septentrionem Damasci in rupe undique impendente situm. Ibi a. 546 Maria Justiniano Imperatori apparuisse scribitur.—Anal. Bollandiana, 1906, 137; — v. Sept. — Anal. Juris Pont. XXI 399. Gump. 730 (sub titulo "Hierosolymitana"); Gump. 797 (sub titulo "Incoronata"); Gump. 846 (sub titulo "Incarnata"; quae tres icones una sunt eademque. Secundum Syrorum opinionem pictura in veram carnem vivam mutata est oleumque inde odoriferum emanat balsamo praestantius. cf. 14 Jan.–3 Febr.–7 Sept.—Sn. 733.—Nilles II 832.—Mehler, Liebfr. 7.

Memoria **Iconis B. Mariae V. de Monte Crasso (Tucnaja-Gora)** in Menologio Ecc. Orthod. Russicae.—Imago colitur in civitate Tverensi, in ecclesia quae vocatur Smolenska-Kladbystshenska. In icone Maria in manu portat montem cum ecclesia splendida.—Sn. 218, ubi et prodigia.

XXV

ANNUNTIATIO B. MARIAE V., festum universalis Ecclesiae, in Ecclesia Latina dp. 1 cl.—Annuntiatio (Euangelismus) Incarnationis Dni per angelum in Oriente primitus agebatur in festo Epiphaniae, ut patet ex hymno S. Ephraem Syri.—Usener, Relig. Untersuchungen I 195, 206.—Lucius-Anrich 477.—Adoptato in Oriente festo occidentali Nativitatis Dni, tam Christi Nativitas, quam Ejus Conceptio, Praesentatio in Templo et Fuga in Aegyptum cum Allisione Infantium commemorabantur die 25 Decembris.—Oratio S. Gregorii Nazianzeni 38;—Usener op. cit. 263.—Saeculo V vero in aliquibus ecclesiis tempore Adventus separatim celebrari coepit Incarnatio Dni, e. g. Ravennae; patet e sermone S. Petri Chrysologi (m. 450) 140.—Migne P. L. 52, 575.—Unde hodiedum apud Syros secundum usum antiquum Annuntiatio agitur Dom. IV ante Natale Dni, Mediolani (Milano) Dom. ultima Adventus, apud Armenos pridie Epiphaniae (v. 7. Apr.), in prisco regno Visigothorum vero celebrabatur die 18 Dec. —Quia Ecclesia tempore Quadragesimae festa sanctorum celebrari aegre ferebat etiam festum laetitiae Incarnationis suo proprio die, jejunii et tristitiae tempore occurrens, admittere haesitabat. Exeunte saeculo VI vero Graeci passim hoc festum die 25 Martii agere coeperunt. Anno 624 in profectione Heraclii Imperatoris contra Persas festum erat notissimum CPoli (Chron. pasch. Olymp. 351 ed. Bonn I 713). Sermo vero Procli, CPoli habitus praesente Nestorio, non in Annuntiatione Mariae sed in

festivitate ejus 15 Aug. (vel 26 Dec.?) praedicatus est. Saeculo VII etiam Ecclesia Romana a Graecis festum recepit. Approbatum est a Synodo Trullana a. 692, can. 52.—Cum vero " traducti homines " morem hunc Graeco-Romanum in Hispaniam invehere conarentur, Synodus Toletana X a. 656 antiquum morem agendi festum die 18 Dec. sustinebat.—Luc. Anrich 477.—Beissel I 54.—Kellner 169.—Probst in Notis suis de Sacramentariis p. 264 perperam arbitratur, festum Annuntiationis in codicibus Gelasiano et Gregoriano authenticum esse, i. e. Romae e saeculo V celebratum.—Medio aevo et passim usque ad tempora nostra Annuntiatio agebatur cum octava in multis dioecesibus et familiis religiosis servitio S. Mariae speciali modo dicatis, praecipue in Dominio Veneto; v. Fasti Mariani 46. Sed in reformatione calendariorum annis 1913-1914 privilegium octavae abrogatum est. — Si Annuntiatio venerit in tempore a Dominica Palmarum usque ad Dominicam in Albis, transfertur in Fer. II post Dom. in Albis; elevata est a ritu dp. 2 cl. ad dp. 1 cl. 27 Maji 1895.—W. W. VIII 821.—Nill. I 126.

Pascha Resurrectionis Dni in Gallia in liturgia esse actum die 25 Martii (usque ad a. 570, fere), in plurimis saltem dioecesibus, testes sunt S. Martinus Dumiensis, Bracarae Ep. (m. 580) in libro suo de Paschate (Migne P. L. 72, 47 ss.) et Beda Venerabilis (ib. 90, p. 607); facta est saltem qualiscunque commemoratio. — In Calendariis Medii Aevi die 25 Martii (15 Nisan) signatur: **Crucifixio** Dni; die 27 Mart.: **Ejus Resurrectio,** quin tamen his diebus in liturgia quidquam actum sit de Morte vel Resurrectione Dni.—Kellner 43. In martyrologiis antiquioribus latinis et aliae hac die praeter Initium Creationis Mundi fiebant commemorationes, e. g. apud Gelenium: Passio S. Jacobi Fratris Domini, Victoria Michaelis Archangeli contra draconem, Transitus filiorum Israel per mare rubrum.—In auctariis ad Usuardum invenitur: Plasmatio Adae et ejectio ejus e paradiso; Occisio Abel in agro Damasceno; Melchisedech primus sacerdos Abrahae panem et vinum in figura sacramenti Eucharistiae immolavit; Abraham filium suum Isaac super altare obtulit Deo in figura Dominicae passionis; transitus filiorum Israel per mare rubrum; decollatio B. Joannis Baptistae; et S. Jacobus, frater Domini occisus est, et S. Petrus de carcere Herodis per angelum liberatus. (Ita in auct. Bruxellensi.)

Commemoratio **B. Mariae V. tit. Regina Liguriae,** per lectionem propriam VI approbatam die 18 Dec. 1890, ex a. 1891 agitur in dioec. Genuensi.—Archiv.—v. Pitto, Liguria Mariana, Genuae, 1875.

Inventio omnivenerandae Imaginis Annuntiationis Deiparae et **Aedificatio S. Templi Evangelistriae in Tino insula,** cum officio (acoluthia) proprio, officio Annuntiationis superaddito, h. d. agitur in insula Tino, in Mari Aegeo. Apparuit Maria Michaeli hortulano, anno 1821, ut imaginem revelaret; iterum Pelagiae monachae, anno sequenti; inventa est icon Annuntiatae, die 30 Januarii in terra Antonii Doxora. In ipso in-

ventionis loco aedificatum est sanctuarium. — Mz. I, XLII. — Off. propr. impressum Venetiis 1865. Bibl. priv. Rvmi Maximiliani Princ. Saxoniae.

Memoria **Iconis B. Mariae V. Annuntiatae** in Syn. Mat. Menol. Russici. Imago colitur in palatio Imperiali (Shniti-Dwor) Moscoviae. Apparuisse traditur in muro carceris captivo cuidam sub Joanne Terribili. Anno 1730 ecclesia in honorem hujus iconis dicata est ab Anna Imperatrice.—Mz. II 106.—Sn. 220.

Memoria **Iconis B. Mariae V. de Bogoljuba (Bogoljubskaja-Simarowskaja)** in eodem Menologio.—Imago colitur in civitate Simarow, gub. Rjasan; a Tartaris diffissa et inter fruticis ramos projecta est; sed partes mirabiliter coaluisse traduntur. Anno 1771 Simaroviam translata est.—Mz. 106.—Sn. 223.

XXVI

F. **Sanguinis (Dni)** h. d., postridie " mortis Dni " in libro horarum secundum chorum ecclesiae Erfordensis, 1497.—Grotef. II 1, 39.

F. **S. Mariae Matris Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Uxentina (Ugento). — Ordo 1878, 1895, 1901 et 1910. Secundum Cal. 18 Mart. 1914 approb., dp. maj. in civitate tantum, in honorem iconis miraculosae. —Archiv.

F. **Miraculorum B. Mariae V. Suessione,** dupl. Exeunte saeculo XI post ignis sacri calamitatem institutum est a Jocelino episcopo pro sola abbatia regali S. Mariae; a. 1254 extensum ad dioecesim; a. 1675 translatum ad Dom. II Octobris; a. 1742 ad diem Octavam Assumptionis. Anno 1851, in adoptione ritus Romani festum expunctum est.—Bal.—Colv. 26 Martii.—N. D. de France.

Memoria **Iconis B. Mariae V. de Meletina (Meletinskaja)** signatur h. d. in Menologio Orthod. Russico.—Mz. II 111; Sn. 225. Imago, fortassis allata est e Melitene in Armenia (eadem ac imago Miasenorum?); vocatur etiam " **Maltinskaja** ".

XXVII

Signantur h. d. in Calendario Abyssiniae apud Harris 422: "**Christi Passiones** ".

F. **Patrocinii B. Mariae V. de Romania,** dp. 2 cl. in dioec. Tropeensi in Calabria. — Ordo 1895. dp. maj. in dioec. unitis Nicoterae et Tropeae; Cal. approb. 11 Maji 1914.—Imago advecta est e Peloponneso. Anno 1638, die 26 Martii, in terrae motu civitas incolumis remansit, unde, in gratiarum actionem hoc festum est institutum.—Gump. 264.—Scherer 45.

F. **B. Mariae V. de Piratello,** dp. 2 cl. in dioec. Imolae (Forum Cornelii) in Aemilia. — Ordo 1888. — Cal. approb. 17 Dec. 1913. — In imagine sua S. Dei Mater se manifestavit 27 Mart. 1483. Incoronata est 15 Aug. 1714.—Ricc. II 290.—Sign. I 106.—Beissel 401.—Scherer 35.

XXVIII

F. **Prodigiosi Sanguinis Dni,** dp. 2 cl. in Cal. Ferrarae approb. 1 Dec. 1913. Reliquia colitur Ferrarae in ecclesia S. M. in Vado. Off. pr. Ferrar. 1888.

F. **Patrocinii B. Mariae V. de Monte Serrato,** dp. maj. Scigliani, dioec. Nicoterae, ex indulto 14 Sept. 1808; elevatum est festum ad dp. 2 cl. sub officio B. Mariae V. de Succursu 4 Maji 1824.—v. Proprium Xyliani (Scigliano) approb. 9 Dec. 1915.—Archiv.

Apparitio B. Mariae V. tit. della Bocciola (de Pruno), agitur h. d. in sanctuario homonymo juxta Vaciagum ad lacum Hortae, dioec. Novariensis. — Apparuit Maria in arbore pruno puella mutae 28 Mart. 1543, quae illico loquelam recepit.—Ricc. II 79.—Colomb. 251.

F. **B. Mariae V. ad Martyres** h. d. ut festum III lectionum annuntiant Breviaria ecclesiae Havelbergensis a. 1480 et 1518.—Grotefend II I 73.—cf. 13 Maji.

XXIX

Annuntiatio Deiparae Virginis, festum de praecepto apud Coptos, Aethiopes et Abyssinios v. Nilles II 643. In Synaxario apud Harris p. 422 signatur h. d.: **Conceptio Christi et Festum Resurrectionis.**

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. maj. in dioec. Tricaricensi.—Ordo 1901.

F. **Miraculorum B. Mariae V. de Crypta** saec. XVII agebatur Panormi in sacello proprio ad sinistram ripam sinus Panormitani (Palermo). — Imago B. Mariae V. Dolorosae a. 1564 lacrimas fudit die S. Parasceves. — Colv. h. d. — Exerc. animae devotae, Paris. 1629.—Gump. 696.—Festum decursu temporis periisse videtur.

XXX

F. **B. Mariae V. Divini Pastoris Matris,** dp. maj. in dioec. Balneoregiensi (Bagnorea) in Etruria.—Ordo 1888.

XXXI

F. **B. Mariae V. Rupe** (Peña), Bilbili in Aragonia. — Inventa est imago ipso anno quo Saraceni expulsi sunt (1367), die 31 Martii.—Gump. 904.

F. **B. Mariae V. Ibericae** (Iwerskaja) in universa Russia, festum principale iconis quae colitur Mosquae juxta portam Resurrectionis, huc translata 13 Oct. 1647 a Pachomio archimandrita.—Mz. II 122.—Mrt. 31 Mart.—Shipman 403.—Max. I 188.—Sn. 226.

Commemoratio S. Joseph, Sponsi B. Mariae V. dp. in dioec. Macai in China.—Haec commemoratio diei 31 Martii assignata est, tan-

quam ultimo mensis Sancto Joseph dicato. Cum vero a. 1894 Calendarium Macai S. Rituum Congregationi offerretur pro approbatione, cum aliis festis etiam hanc commemorationem S. Congregatio expunxit.—Archiv.

FESTA MOBILIA MARTII.

Excursus de Festis Passionis Dni.

I. In honorem Dominicae Passionis, Reliquiarum et Instrumentorum ejus, varia aguntur festa in ecclesia praesertim Latina. Primo quidem **S. Crux** in liturgia recoli coepta est in Oriente saeculo IV, et hodiedum solam Crucem propriis festis honorant Orientales. In Occidente festum S. Crucis assumptum est saeculo VII, sed ex aevo saeculi XII plurima in honorem Christi Patientis et Instrumentorum Passionis in Ecclesia Latina exortae sunt festivitates.

Primum est festum immobile **S. Spineae Coronae,** a. 1240 institutum Parisiis pro die 11 Augusti (alibi saec. XV 4 Maji); deinde festum **S. Sudarii** seu **Sindonis** 11 Julii pro Vesontione (Besançon) in Sabaudia saec. XV 4 Maji; festum **SS. Sanguinis Dni,** 12 Martii pro Mantua et alibi aliis diebus; festa **Passionis Dni,** 15 Nov., et **S. Faciei Dni,** 15 Jan. pro Misna in Saxonia (ineunte saec. XVI) etc. Insuper festa mobilia **SS. Armorum Dni** (Clavorum et Lanceae) a. 1353 pro Germania, feria VI post Dom. in Albis; eodem fere tempore pro Fredeslaria (Fritzlar) in Germania festum **Quinque Vulnerum,** feria VI post Oct. Corporis Christi; deinde, saeculo XV festum **S. Sepulchri** pro Polonia, Dom. II post Pascha;—et festum **Lacrimae Christi** pro abbatio Vindociensi (Vendôme) feria VI ante Dom. Passionis.

Saeculis XVII et XVIII varia festa Passionis Dominicae concessa sunt a S. Rituum Congregatione diebus mobilibus assignata: 8 Jan. 1605 f. **Coronae Dni,** pro dioec. Monregalensi (Monreale) Dom. IV post Pascha; idem festum pro dioec. Ratisbonensi (Regensburg) 20 Nov. 1610 et a. 1676 pro dioec. Monaco-Frisingensi (Muenchen-Freising) pro feria II post Dom. Passionis, quod usque ad saec. XX ibi unicum erat festum Passionis Dni; in Gallia et Lusitania e saeculo saltem XVII f. **Quinque Plagarum Dni,** feria VI post Cinerum; f. **Pretiosissimi Sanguinis Dni,** conc. 16 Dec. 1747 pro clero Sarzanensi feria II post Trinitatis; f. **Passionis Dni,** conc. 10 Jan. 1776 a Passionistis feria III post Sexagesimam agendum et extensum ad dioec. Tusculanam a. 1779 pro feria VI post Sexagesimam; eodem fere tempore f. **Pretiosissimi Sanguinis** concessum est pro Trinitariis prim. Observ. pro secunda feria VI Martii.—In multis dioecesibus et familiis religiosis usque ad finem saeculi XIX unicum tantum festum de Instrumentis Dominicae Passionis agebatur. Exeunte eodem saeculo ne unum quidem adoptaverant ecclesia Toletana, Valentina, Patavina, Vercellensis, abbatia Einsidlensis etc.

II. Mos celebrandi **seriem** festorum mobilium Passionis Domini ortus esse videtur in Gallia mediante saeculo XVIII. Primam seriem, vel

seriei initium inveni in Breviario **Electensi (Alet)** a. 1724: fer. VI post Cineres: Quinque Plagarum, dp. maj. et fer. VI post Dom. III Quadrag.: S. Spineae Coronae, dp. maj.; eadem series in Brev. Papulensi a. 1777 et Sisteracensi **1778.**

Deinde in Brevario **Aniciensi (LePuy)** a. 1784 istam reperi seriem plenam: Feriis VI: post Cinerum: Quinque Plagarum; post Dom. I Quadrag.: Opprobriorum Christi in Passione, dp. maj.; post Dom. II Quadr.: Veneratio S. Crucis; post Dom. III Quadr.: S. Spinae e Corona Domini excerptae, dp. maj.; post Dom. IV Quadr.: Vulnerum et Sanguinis Christi.—Aliam seriem reperi in Brev. **Forojuliensi (Fréjus)** 1833: Quinque Plagarum; Faciei Dni in Passione deformati; SS. Crucis, S. Spineae Coronae; Pret. Sanguinis Dni.—Eadem series in Breviario Pamiensi a. 1836. Series **Lugdunensis** a. 1844 erat haec: (incipiendo a fer. VI post Cineres) Passionis, Opprobriorum, Coronae, Quinque Plagarum et Pretiosissimi Sanguinis. Fer. V in octava Corp. Christi: Sacerdotii Christi, dp. maj.

Prima series a S. Rituum Congregatione approbata esse videtur pro **Lusitania** a. 1794: Feria VI post Cineres: Quinque Plagarum (festum antiquum); fer. VI post Dom. I Quadr.: SS. Lanceae et Clavorum (approb. 7 Aug. 1794); fer. VI post Dom. II Quadr.: S. Spineae Coronae (approb. 7 Junii 1794); pro fer. VI post Dom. III Quadr.: Pretiosissimi Sanguinis (7 Junii 1794) et fer. VI post Dom. IV Quadr.: S. Sindonis, eodem die approbatum.

In Proprio **Veneto** a. 1797 haec primitiva series invenitur pro feriis VI Martii: I fer. VI: Quinque Plagarum; II fer. VI: S. Spineae Coronae; III fer. VI: Pret. Sanguinis.—Pro Dominio Veneto f. Quinque Vulnerum a. 1789 concessum fuerat feria VI post Oct. Corporis Christi celebrandum.

In Proprio **Salernitano** a. 1798 et **Sorano** 1798 ista extat series excultior: Feria III post Sexag.: Passionis Dni Commemoratio, dp. 1 cl. oct.; fer. VI post Cinerum: Spineae Coronae; fer. VI post Dom. I: Clavorum est Lanceae; post Dom. II: Quinque Vulnerum; post Dom. III: Pret. Sanguinis; post Dom. IV: S. Sindonis.

Series pro archidioec. **Firmana** approbata est haec (incip. a fer. VI post Cineres): Quinque Vulnerum, Spineae Coronae, Lanceae et Clavorum, Pret. Sanguinis et Passionis.

Pro dioec. **S. Severini** S.R.C. 14 Jan. 1802 hanc seriem concessit: Prima fer. VI Martii: Spineae Coronae. II fer. Quinque Vulnerum, III; Pret. Sanguinis et IV; Lanceae et Clavorum.

Pro dioec. **Conversani** in Apulia approbata ista series (14 Febr. 1802) item pro dioecesi **Veliterna** (6. Sept. 1806): (incip. a feria VI post Cin.): Passionis, Coronae, Clavorum et Lanceae, Quinque Vulnerum et Pret. Sanguinis. Haec series ab anno 1848 usque ad a. 1914 servabatur in Provincia Baltimorensi et alibi in America).

Series pro **Camerino** concessa die 28 Martii 1802 est haec: Quinque Vulnerum, Spineae Coronae, Pret. Sanguinis, Lanceae et Clavorum et Passionis Dni.

In diocesi **Reatina** e privil. 3 Junii 1802 ista servabatur series imperfecta: I feria VI Martii: Quinque Vulnerum; II fer. VI: Pret. Sanguinis; feria VI post Dom. in Albis; Lanceae et Clavorum.

In Proprio **Messanae** a. 1804: Feriis VI Martii: I: Spineae Coronae; II: Lanceae et Clavorum; III: Pret. Sanguinis; IV: Triumphi S. Crucis.

Pro Abbatia Nullius **S. Martini** die 24 Julii 1805 concessa sunt sequentia officia: Fer. VI penultima Febr.: Sindonis Domini et Dom. ult. Febr.: Passionis Domini.

Pro dioecesi **Ferrariensi** (a. 1806): fer. VI post Cineres: Lanceae et Clavorum; fer. VI post I Dom. Quadr.: Quinque Vulnerum; post II: Pret. Sanguinis et post III: Spineae Coronae.

Pro dioecesi **Auximana** (26 Nov. 1806): Pret. Sanguinis, Quinque Vulnerum, Spineae Coronae et Lanceae et Clavorum.

In Proprio **Liburnensi** e conc. 30 Aug. 1809: Fer. VI post Cin.: Quinque Vulnerum; p. Dom. I Quadr.: Pret. Sanguinis; p. Dom. II: Spineae Coronae; p. Dom. III: Lanceae et Clavorum; p. Dom. IV: Passionis Dni.

In Proprio **Vindobanensi (Wien)** 1824 series sequens: Fer. VI post Cin.: Quinque Plagarum; aliqua feria VI libera Quadrag.: Spineae Coronae; fer. VI post Dom. in Albis: Lanceae et Clavorum; Fer. II post Trinit.: Pret. Sanguinis.

Series approbata pro Ecclesia **S. M. ad Martyres** (Pantheon), Romae (1821) haec est: I fer. VI Quadr.: Passionis, deinde: Quinque Vulnerum, Spineae Coronae, Pret. Sanguinis et Lanceae et Clavorum.

Officia propria **Congregationis SS. Redemptoris** 1830 primo continent omnia officia, sed alio ordine, quae nunc in Appendice Breviarii Romani habentur etiam f. S. Sepulchri Dom. II post Pascha. Series Breviarii Romani* (antiqui, ante reformat. 1913) concessa est Congregationi **Clericorum S. Crucis et Passionis** die 16 Apr. 1831 et eodem anno extensa est ad Urbem.

Pro dioecesi **Alexandrina** in Pedemonte concessa est sequens series peculiaris: Fer. IV post Septuag.: Orationis Dni; fer. IV post Sexag.: Passionis Dni; fer. IV post Dom. I Quadrag.: Quinque Vulnerum; deinde: Spineae Coronae et Pret. Sanguinis feriis IV sequentibus; Sabbato ante Dom. Passionis Lanceae et Clavorum; 4 Maji: SS. Sindonis Dni.

III. Officia propria variarum diocesium et familiarum religiosarum mediante saeculo XIX et postea impressa uberrimas exhibent variationes in serie officiorum Passionis Dominicae; ineunte vero saeculo XX omnia fere calendaria seriem Breviarii Romani adoptaverant. In reformatione Calendariorum per dec. 11 Junii 1913 cum Appendice pro aliquibus locis e breviario et e plurimis calendariis expuncta sunt ista officia. — In aliquibis locis, e. g. in sacello SSmi Crucifixi in Cathed. Cataniae pro feriis

VI Quadragesimae Missae de Instrumentis Passionis retentae sunt. (Cal. approb. 31 Maji 1913.) In Calendario Clericorum SS. Crucis et Passionis e feriis assignata sunt Passionis festa fixis diebus: Oratio Dni 13 Febr.; Flagellatio Dni 19 Feb.; S. Spineae Coronae 28 Feb.; SS. Lanceae et Clavorum 5 Martii, S. Sindonis, 13 Martii. Sed in Cal. Passionist. 1921 officia Passionis suis feriis restituta sunt; locum festi Pret. Sanguinis vero tenet festum Columnae Flagellationis Archiv. Et haec series omnibus petentibus conceditur aevo nostro.

IV. Ex anno enim 1918 S. Rituum Congregatio a pristino rigore annorum 1913 et 1914 recessit et pluribus dioecesibus et familiis religiosis cum gaudio cleri pro feriis Quadragesimae festa Passionis restituit: anno 1918 Ordini Servorum Mariae, dioec. Viterbiensi, Bononiensi, Netensi, Tuscaniensi etc.; anno 1919: dioec. Ferrariensi, Comaclensi, Gaudisiensi et Ordini Constantiniano; anno 1920: dioec. Quitensi, Trapanensi, Eudistis et plurimis aliis deinceps.—Archiv.

Sabbato praecedente Dom. I Martii:

F. **B. Mariae V. de Miraculis,** dp. maj. in dioec. Calatayeronis (Caltagirone), ex indulto 12 Dec. 1820, cum officio approbato pro ecclesia S. Mariae de Miraculis in Urbe.—Imago recolitur in sacello homonymo in districtu Cathedralis Calatayeronis.—Archiv.

Prima Feria III Martii:

Solemnitas **S. Mariae V. de Constantinopoli,** Patronae Principalis Barii et totius Provinciae Apuliae, dp. 1 cl. cum oct.—Colitur imago in Cathedrali. Cives Barii eam perperam iconem celeberrimam Odigitriae esse gloriantur.—v. fer. III Pentecostes.—Eam a. 733 a monachis Basilianis e CPoli Barium translatam esse credunt. Incoronata est 19 Sept. 1772. Octava, etiam tempore Quadragesimali, agenda concessa est 17 Apr. 1817, sed sublata a. 1913. Off. pr. 23 Aug. 1890. Ordo Barii 1888 et 1907. Agitur hoc festum sub ritu dp. 1 cl. etiam in dioec. Aquaevivae in Basilicata; recolitur ibi magna devotione in crypta Basilicae Palatinae imago miraculosa B. Mariae V. Constantinopolitanae. — Annuario Cattolico, 1924, p. 530.

Idem festum, **S. Mariae Constantinopolitanae,** titul. eccl. propriae Tolentini in Piceno, dp. 1 cl. sine oct.—Ordo in Capucc. Prov. Picenae 1853.

Prima Feria VI Martii:

Mysteriorum Viae Dolorosae, dp. 2 cl. In Cal. O.F.M. 1921 et subsequentibus.—v. Fer. VI ante Septuagesimam.—Rohault, 280.

F. **Quinque Vulnerum** Dni N. Jesu Ch., dp. maj. pro dioec. Viglevani (Liguria) concessum est 4 Sept. 1751.—Archiv.

F. **Pretiosissimi Sanguinis** Dni N. Jesu Ch., dp. maj. Pillei, dioec. Anagninae in ecclesia Collegiata, e conc. 6 Nov. 1823.—Item inter officia Congregationis Pret. Sanguinis 1914 et 1917, dp. maj.

F. **B. Mariae V. de Misericordia,** dp. maj. in dioec. Algariensi in Sardinia.—Off. pr. Sardiniae 1837. Bibl. Boll.

Secunda Feria VI Martii.

F. **Pretiosissimi Sanguinis Dni N. Jesu Ch.** concessum est hac feria agendum 16 Dec. 1747 Excalceatis Ord. SS. Trinitatis Redempt. Captivorum Lusitaniae; assignatum est pro Lusitania feriae VI post Dom. I Quadragesimae, 12 Nov. 1814. Ineunte saeculo XX unicum festum Passionis Dni apud Trinitarios Primitivae Observantiae. Martyrol. O. SS. Trinitatis.—Invenitur hac feria etiam in Cal. Interamni (Terni) a. 1914 approbato.—Archiv.

F. **S. Spineae Coronae Dni,** dp. maj. in dioec. Narniensi (1914), Fulginatensi (17 Jan. 1914), Caesenatensi (6 Jul. 1914); Mediolani in Coll. SS. Pauli et Barnabae (6 Apr. 1914), Petiliae Polycastri, dioec. S. Severinae (10 Mart. 1914), apud Augustinianos Assumptionis (19 Jul. 1914) etc.—Archiv. Brixiae (e conc. 10 Sept. 1806) erat unicum festum Passionis Domini.

Feria VI ante f. S. Joseph.

F. **S. Coronae Dni,** dp. maj. in Proprio archid. Mexicanae, 1880.

Tertia Feria VI Martii:

F. **Pretios. Sanguinis D. N. J. Ch.,** dupl. 1 cl. in Proprio Vratislaviae a. 1778. Jungnitz, 92.

F. **S. Spineae Coronae Dni** pro Serra S. Quirici diver. Camerini dp. maj., conc. 24 Jan. 1827.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum Matris,** sive **Lacrimarum B. M. V. Novissimae Gratiarum,** Patr. min. princ. civitatis Feretranae (Pennabilli) in Piceno, dp. 2 cl. in civitate, dp. maj. in dioecesi.—Cal. 28 Martii 1914. — Lacrimas fudit imago 20 Martii 1489. Institutum est festum a. 1522, liberata civitate ab obsidione.—Off. prop. 26 Junii 1835; ritus dp. 2 cl., 13 Aug. 1890. — Archiv. — Ordo 1888 et 1904.—Sign. I 143.—v. 23 Febr.—Gump. 131.

Feria VI post 10 Martii:

F. **Orationis Dni in Gethsemane,** dp. maj. in Patriarchatu Latino Hierosolymitano.—Cal. approb. 2 Julii 1919.—Archiv.

Feria IV post 12 Martii:

F. **Venerabilis Sacramenti Miraculosi,** sive **Miraculi SS. Sacramenti,** dp. cum oct. in civitate Amsteldami in Hollandia. Sacra hostia, quam evomuerat vir quidam graviter aegrotans, in igne incolumis remansit,

a. 1345, et iterum a. 1352, cum capella in qua servabatur, incendio consumeretur. Medio aevo Sacramentum Amsteldamense celeberrimum erat. —Propr. Harlem.—In Cal. Harlem. moderno, 6 Mart. 1914 approbato, dp. maj. in dioecesi.

Dominica I Quadragesimae.

Officium Allelujaticum proprium et solemne in primis Vesperis et Laudibus Dom. I Quadragesimae Breviarii Mozarabici (Patrol. Lat. LXXXVI, p. 252). Caput Jejunii habetur Feria IV Cinerum ut in ritu Romano, Alleluja vero deponitur Dominica sequenti. Dominicae Septuagesimae etc. alienae sunt a ritu Mozarabico.

Festum Orthodoxiae, seu " **Restitutionis Sanctarum Imaginum,** facta ab Imperatoribus CPolis, aeternae memoriae dignis, Michaele et matre ejus Theodora sub pontificatu S. Methodii (19 Feb. 842)," festum est universae Ecclesiae Graecae et Filiarum. Eodem anno 842 festivitas ista instituta est, quae tractu temporis facta est celebratio generalis victoriarum fidei orthodoxae Graecorum super diversissimas haereses. In Russia ante revolutionem addebantur ad Synodicum Graecorum aliae exclamationes, imprimis anathemata contra revolutionarios vel denegantes autocraticam potentiam Imperatoris. Olim etiam quaedam personae, ut Mazeppa, nominatim anathematizabantur.—Max. I 91 ss.—Nill. II 104.

Feria II post Dom. I Quadragesimae.

F. **B. Mariae V. de Misericordia,** Messanae in ecclesia S. Onuphrii, cum evangelium hujus feriae proferat laudes Divini Judicis de operibus misericordiae.—Sampieri 495.

Feria III post Dominicam I Quadragesimae:

F. **B. Mariae Gratiarum,** dp. maj. in Cal. dioec. Cagli e Pergola, 1911.

Feria IV post Dominicam primam Quadragesimae:

F. **Quinque Vulnerum D. N. Jesu Christi,** dp. maj.—Off. pr. dioec. Alexandrinae 1841.

Feria VI post Dom. I Quadragesimae:

F. **SS. Lanceae et Clavorum Dni,** i. e. f. **Dni N. Jesu Ch. Lancea transfixi et Clavis perforati,** dp. 2 cl. apud Passionistas, dp. maj. in veteri Appendice Breviarii Romani.—Instante Carolo IV Imperatore pro Germania et Bohemia indultum est hoc festum ab Innocentio VI, 13 Feb. 1353 (citra tamen approbationem reliquiae). Celebrabatur Feria VI post Dom. in Albis.—De S. Lancea v. Buchberger II 560.—Post reformationem Calendariorum inveniebatur festum in Cal. Basilicae Vaticanae 1914 et in Cal. Parisino, 10 Feb. 1914 approb. v. Excursum de festis Passionis.—Archiv.—Rohault, 272.

F. S. **Faciei Dni in Passione Deformati** inveni (cum officio pulcherrimo) in Brev. Gallicanis: Carcassonnensi 1834; Forojuliensi 1835, Pamiensi 1836, Meldensi (Meaux) 1852, Petricordiensi (Périgueux) 1843.—Bibl. Boll. et Univ. Insulensis.

Commemoratio Opprobriorum Christi in Passione Sua, dp. in Brev. Aniciensi (Le Puy) 1784 et Lugdunensi 1844.—Bibl. Boll. et Insulensis (Lille).

Compassionis B. Mariae V. f. ritu "minus summum" in Brev. Swerinensi (Schwerin) 1529. — Grotefend II 167. — In Ordinario Swerinensi a. 1519 extabat istud festum Dom. post Divisionem Apostolorum (15 Julii), ib.

Dominica II Quadragesimae:

Sanatio Coeci Nati, ut festum Domini celebratur in hymno et antiphonis Breviarii et in orationibus Missae ritus Mozarabici in Dominica II Quadragesimae. In ritu Graeco h. D. continuatur et impletur officium Filii Prodigi ad peccatorum poenitentiam excitandam. Sequiores vero Graeci huic officio catholico substituerunt festum Gregorii Palamae haeretici.

Reparatio S. Hostiae, festum Annuale cum officio proprio solemni, in Off. prop. ecclesiae S. Joannis (en-Grève), Parisiis, 1742.—Agebatur festum ad reparandas injurias illatas S. Hostiae a Judaeis a. 1290.—Off. pr. Bibl. Musaei Britan.

F. **B. Mariae V. de Sanitate,** dp. 1 cl. oct. Neapoli in ecclesia propria.—Ordo O.F.M. prov. S. Petri de Alcantara 1843 et prov. S. Joannis Joseph 1900.—Inventa est imago a. 1570 in burgo virginum extra portam S. Januarii.—Purp. Mariana 328 sub Paulo Aretio Ep.—Sign. II 148.

F. **B. Mariae V. de Victoria,** Titularis ecclesia nostrae in civitate "Contu(?)", dp. 1 cl. Cal. Minimorum Prov. Panormi 1815.—Bibl. Bolland.

Feria III post Dom. II Quadragesimae:

F. **B. Mariae V. de Planctu,** dp. maj. in dioec. Pergulensi in Piceno —Ordo Pergulae 1897 et 1911.—Archiv. Emaus.

Feria IV post Dominicam II Quadragesimae:

F. **S. Spineae Coronae D. N. Jesu Ch.,** dp. maj.—Off. pr. Alexandriae, 1841.

Feria VI post Dom. II Quadragesimae:

F. **S. Sindonis Dni,** i. e. f. **Dni N. Jesu Ch. Sindone Involuti,** dp. 2 cl. apud Passionistas, dp. maj. in Appendice Breviarii (ante 1913). cf. 4 Maji et 11 Julii. Objectum hujus festi mobilis potius est sepultura Christi quam reliquiae quae coluntur Taurini, Vesontione et alibi.

F. **Pretiosissimi Sanguinis Dni** h. d. Vicentiae (Vicenza) in ecclesia S. M. in Foro; exponitur insignis reliquia Pretiosissimi Sanguinis Dni; ex indulto 6 Julii 1854 omnes Missae sunt de Pret. Sanguine, quamvis in dioecesi festum agatur S. Sindonis Dni.—Ordo Vicent. 1900.

Veneratio S. Crucis, dp. in Breviario Aniciensi (LePuy) 1784, Forojuliensi (Fréjus) 1835, Appamiènsi (Pamiers) 1836, Meldensi (Meaux) 1852, Petricordiensi (Périgueux) 1853, festum est devotionis ad instar festi Graeci Adorationis S. Crucis Dom. III Quadrag.—Bibl. Insul. et Boll.

Sacrae Spinae e Corona Dni N. Jesu Ch., dp. 2 cl. in dioec. Cesenae, in honorem unius e sacris spinis, quamvis jam antea f. Spineae Coronae, dp. maj. fer. VI post Ciner. celebratum sit.—Cal. Cesenae 1900.

F. **Quinque Vulnerum Dni,** dp. maj. in Propr. Augustano post a. 1777.—Hoeynck, 324.

Sabbato post Dom. II Quadragesimae:

F. **Triumphi S. Crucis,** dp. maj. Materae in Italia. Ordo 1888.—v. 16 Julii.

Dominica III Quadragesimae:

Adoratio S. Crucis (Stauroproskynesis), festum universalis Ecclesiae Graecae et filiarum. Ut jejunantibus conferatur solatium hac Dominica insignis reliquia S. Crucis Constantinopoli exponebatur et triumphalibus cantibus honorabatur. Expositio S. Crucis continuabatur feriis II, IV et VI subsequentis hebdomadae; feria VI terminatur solemnitas. Locum reliquiae tenet in ecclesiis imago Crucifixi floribus ornata. Ista Crucis Adoratio antiquissima est et extant pro ea antiquorum Patrum, ut S. Joannis Chrysostomi homiliae.—Mx. I 101.—Nill. II 127.

F. **Resuscitationis Lazari,** festum Domini, agitur in officio Breviarii et in orationibus Missae ritus Mozarabici (Patr. Lat. 86).

Translatio B. Mariae V. de Saxo fit h. d. Lucae (Lucca) in ecclesia S. Augustini. Imago Mariae saxo percussa e vulnere sanguinem fudit, a. fere 790. In novum sacellum translata est Dom. III Quadragesimae 1627. Incoronata Dom. III Quadr. 1685. Missa vot. sol. B. Mariae V. —Guerra 40.—Gump. 278.

Feria IV post Dom. III Quadragesimae:

Mediante Quadragesima, Serpentis aenei, typum S. Crucis gerentis, signatur in vetusto Cal. Syriaco cod. Vaticani 37. — Nill. II 134. Etiam in Ecclesia Graeca h. f. stichera serpentem aeneum tanquam Crucis figuram celebrant. Ecclesia Antiochena Syrorum hac feria agit Exaltationem (i. e. Adorationem) S. Crucis et conversionem Abgari Regis Edessae.—Nill. II 134, 643.—Passim f. Serpentis aenei, sive S. Crucis, a Syris agitur feria V.—Baumstark 213 ss.

F. **Pretiosissimi Sanguinis D. N. Jesu Ch.** dp. maj. — Off. pr. dioec. Alexandrinae, 1841.—Archiv.

Feria VI post Dominicam III Quadragesimae:

F. **SS. Quinque Vulnerum (Plagarum) Dni N. Jesu Ch.,** dp. 2 cl. apud Passionistas dp. maj. in prisca Appendice Breviarii Romani.—Festum istud saeculo XIV ortum esse videtur in monasterio Fredeslariensi (Fritzlar) in Germania, feria VI post oct. Corporis Christi. Officium praesens approbatum est per decr. S. Rit. C. 7 Julii 1733.—Archiv.

F. **Quinque Vulnerum Dni,** dp. maj. in Cal. modernis Presbyt. a SS. Corde Jesu (21 Jan. 1914) et Congregationis Sororum Ancillarum SS. Cordis Jesu (17 Apr. 1914), unicum f. Passionis in utraque Calendario.—Archiv.

F. **S. Columnae Flagellationis Dni N. Jesu Ch.,** dp. 2 cl. Romae in ecclesia S. Praxedis, dp. maj. in toto Ordine monachorum Camaldulensium, e conc. S.R.C. 30 Junii, 1905.—Archiv.—Magno in honore habetur in ecclesia S. Praxedis columna allata a Joanne Card. Colonna, ex Hierosolymis.—Armellini p. 240.—v. Dom. II Julii et fer. III post Quinquagesimam.—Cal. Camald. 5 Dec. 1813.—Rohault 265.

F. **S. Spinae e Corona Dni excerptae** in Breviario Aniciensi (Le-Puy) a. 1784.—v. 26 Aug. in Proprio moderno. Item: "**Spineae Coronae Veneratio**" in Brev. Montis Albani, 1835, et Brev. Tolosano, 1849.

Sabbato ante Dominicam IV Quadragesimae:

Primum festum **Maternitatis B. Mariae V.,** dp. maj. pro clero Modoetensi (Monza) in Lombardia.—Cal. prop. 1847 in Bibl. Boll.—Alterum festum agitur Sabbato ante Dom. II post Pascha.

Dominica IV Quadragesimae:

Dominica IV et V Quadragesimae in Breviario et Missa ritus Mozarabici celebratur memoria **Passionis et Vulnerum D. N. Jesu Christi.** (Patr. Lat. vol. 86 et 87.)

Translatio S. Sindonis Dni N. Jesu Ch. in regali abbatia S. Cornelii P. M., Compendii (Compiegne) in Gallia.—Reliquia S. Sindonis a. 877 a Carolo Calvo allata est ex Aquisgrano (Aachen) et translata in sacellum proprium Dom. IV Quadragesimae a. 1092. Periit tempore Revolutionis (1793).—Rohault 326.

F. **B. Mariae V. de Paradiso,** Titul. ecclesiae O. F. Minorum Faventiae (Faenza) dp. 1 cl.—Ordo Prov. O.F.M. Bononiensis. 1907.

F. **B. Mariae V. de Pietate** f., dp. 1 cl. cum (spec. privil.) Panormi (Palermo) in ecclesia propria sub officio Matris Dolorosae (olim 14 Apr.). Epist. Rev. Ens. Perricone, parochi ad S. M. de Monte Serrato, Panormi, a. 1901.

Feria V post Dom. IV Quadragesimae:

Officium Magni Canonis Poenitentialis, poema S. Andreae Cretensis, in Graeca Ecclesia et filiis. Hac nocte totus et integer canon S. Andreae Cretensis canitur "lente et cum corde fracto et voce fracta". Ad unamquamque stropham in choro debent fieri tres prostrationes, ita ut hac nocte fiant plus quam mille metaniae, i. e. prostrationes. — Max. 103.—Nill. II 147.

Feria VI post Dominicam IV Quadragesimae:

F. **Pretiosissimi Sanguinis Dni N. Jesu Ch.,** dp. 2 cl. apud Passionistas, dp. maj. in Appendice Brev. Romani. Festa Sanguinis Dni, quae medio aevo agebantur in variis ecclesiis, fiebant in honorem reliquiarum SS. Sanguinis Dni. Praesens festum mobile in honorem mysterii ad instar festi Corporis Christi concessum est 7 Junii 1794 pro Lusitania feria VI post Dom. III Quadragesimae celebrandum.—Archiv.—Officium approbatum est 16 Dec. 1747 pro feria II post Trinitatis.—In restitutione seriei officiorum Passionis in Cal. Passionistarum 1921 locum huius festi sedes f. **Columnae Flagellationis.**

F. **S. Spineae Coronae,** dp. maj. fit Romae in basilica S. Crucis in Jerusalem (Cal. 1914), unicum Passionis festum.—Item fit in archidioecesi Granatae (Cal. 24 Mart. 1914).

F. **Resurrectionis Lazari,** dp. 2 cl. in dioec. Massiliensi (Ordo 1888) et Augustodunensi (Autun, Ordo 1893), cum officio proprio agitur tanquam festum Domini, quia hac feria legitur evangelium de resuscitatione amici Christi. Massilienses et Augustodunenses reliquias S. Lazari possidere credunt.—Schuster-Holzammer II 331.—In Cal. Massiliensi a. 1914 approbato dp. maj.

F. **SS. Lacrimae Dni N. Jesu Ch.** ante 1793 magna pompa celebrabatur (Off. et Missa pr., Sequentia) in abbatia Vindociensi (Vendôme) et alibi in Gallia.—Lacrimas quas Christus fudit ad tumulum Lazari angelus collegit et dedit S. Mariae Magdalenae (Traditio a Graecis abbati Vindociensi proposita). Anno 1204 vas, hanc reliquiam continens, translatum est CPoli ad abbatialem ecclesiam Vindociensem et festum institutum hac resuscitationis Lazari feria agendum. Cum reliquia a. 1793 periit et festum (Litterae acceptae a. 1911 e civit. Vindociensi). — v. Prosam e Missali SS. Trinitatis Vindocinensi saec. XV. Anal. Hymn. 42, 27.—Aliam prosam in Anal. hymn. 37, 29 e Missali Turonensi saec. XV, Carnutensi 1535 et Remensi 1553.—v. etiam Missam in Missali Pragensi in Bibl. Strachoviensi, quam ipse transscripsi a. 1900.

F. **SS. Sudarii Capitis Dni N. Jesu Ch.,** dp. 2 cl. in dioec. Cadurcesi (Cahors) in Gallia.—Ordo 1894. et iterum concessum seu restitutum 12 Dec. 1919. — Archiv. — Quae reliquia ab aliquo principe de progenie Caroli Magni in Cathedrali Cadurcensi deposita esse dicitur. Calixtus II

Papa a. 1119 consecravit altare ejus. Ante a. 1789 ostensio ejus solemnis fiebat in festo Pentecostes et festum agebatur Fer. III p. Dom. Trinitatis. —Rohault, p. 239.

F. **Quinque Vulnerum Dni,** dp. maj. in Cal. pro Bambergensi dioec. approb. a. 1914.—Archiv.

F. **SS. Vulnerum et Sanguinis Christi** in Breviario Aniciensi (Le-Puy) a. 1784.—Bibl. Boll.

Veneratio S. Crucis, dp. maj. in Brev. Montis Albani (Montauban) 1835.—Bibl. Boll. et Insulensis.

F. **B. Mariae V. de Pietate** constitutum est a. 1640 ab Episcopo tunc Cenomanensi (LeMans) in ecclesia S. Mariae de Pietate civit. Montaire dioec. Blessensis (Blois).—N. D. de France I 174.—Festum Dolorum B. Mariae V. actum esse hac feria in Flandria saec. XVII, v. Colv. I 206.

Sabbato Quintae Hebdomadis Jejuniorum (post Dom. IV Quadr.).

Hoc Sabbato "Sitientes" F. **SS. Lanceae et Clavorum** dp. maj. in Proprio Alexandriae in Pedemonte a. 1841.—Bibl. Archiv. S.R.C.

Sabbatum Hymni Akathisti, i. e. **Commemoratio B. Mariae V. Deiparae,** in cujus honorem hac nocte Hymnus Akathistus solemniter cantatur.—"Akathistus" significat: "sine sessione", quia iste hymnus a choro et populo totam noctem stante canebatur et adhuc canitur. Celebratur haec festivitas in gratiarum actionem pro trina liberatione Urbis CPolitanae: 1. A. 626, cum Heraclius esset foras in bello contra regem Persarum, dux aliquis Persa insimul cum Bulgaris obsedit Urbem. Sergius Patriarcha imagines Virginis et vestem ejus circumferri jussit per murum Urbis. Modo inexpectato maxima clades hostium facta est ad litus Blachernarum, ubi aedes Deiparae. Inde in honorem Dei Matris Sergius hunc hymnum akathistum composuit. 2. Eodem saeculo (673) sub Constantino Pogonato, quando Saraceni prima vice per septem annos obsederunt CPolim. 3. Saeculo VIII, sub Leone Isaurico (717), quando Saraceni iterum cum magna classe Urbem oppugnabant, quo tempore imago Hodegetriae circa moenia ferebatur; terribili tempestate classis Saracenorum destructa est.—Hymnum akathistum religiosi quidam e Graecis homines, sicut Latini Rosarium, in vernaculam linguam translatum saepius privatim recitare et veluti quoddam firmum praesidium secum deferre consueverunt.—Mz. Triodion 270.—Sn. 747.—Max. 103.—Nill. II 154.

F. **B. Mariae Militum (Militiarum),** Titul. ecclesiae O. F. Minorum in Recessu Siclorum (Scicli) in Sicilia, dp. 1 cl. Ordo O.F.M. prov. Vallis Nethi, 1901. In Cal. O.S.F. Siciliae 1846 hoc festum est dp. maj. Pmp. Siclorum.—Mense Martio 1091 Saracenis Siclos dura obsidione pre-

mentibus, apparuit invocata Dei Genitrix corona redimita, candidis armis munita et niveo sublimis equo. Vibrata lancea in hostes Filii irruit eosque fugavit, sabbato ante Dom. Passionis. — Gump. 112. — De festo populari "della Gran Signora delle Milizie a Sichili" v. Pitrè 333.

Feria II post Passionis Dom.

F. **S. Coronae Dni,** dp. maj. in dioec. Monaco-Frisingensi, concessum a. 1681 ab Innocentio XI pro civitate Monacensi (Muenchen) petente Maximiliano Emmanuele duce. (spina in capella colitur ducali palatii electoralis.); a Clemente XI extensum est ad dioec. Frisingensem.—Jungnitz 91.—Transiit etiam in dioec. Vratislaviae (Breslau), ubi habetur in Proprio a. 1743, Basiliensem, Propr. 1738, Vindobanam (Wien) et Passaviensem. Hodiedum agitur etiam in dioec. Goritiensi. — Prop. Frising. 1846.—Rohault 212.

Triumphi S. Crucis f., dp. maj. in Calendario dioec. Platiensis (Piazza) in Sicilia, 1904.—Archiv.

F. **Spasmi B. Mariae V.,** seu **Martyrii,** seu **Intimi Doloris B. Mariae V.,** dp. 2 cl. pro Ordine Annuntiatarum monialium S. Joannae Valesiae, indultum 8 Jan. 1506 sub titulo "Spasmi"; in officio reformato a. 1622 nihil de Spasmo. Officium fiebat de martyrio Mariae hac hebdo mada usque ad 2 Vesp. Sabbati exclusive. Opinionem, Christi Matrem spasmo seu syncopi stupefactam esse in via sub cruce vel ad sepulchrum, temerariam esse et scandalosam v. Colv. 18 Mart. 10.—Beissel II 338, 345, 361.

Feria III post Dom. Passionis.

Triumphi S. Crucis, dp. maj. in dioec. Bituntina; dp. 2 cl. in archid. Barensi.—Cal. 1888. v. 16 Julii.

Feria IV post Dom. Passionis.

F. **Compassionis B. Mariae V.** in Breviario Aberdonensi (Aberdeen) in Scotia, 1517.—Bibl. Musaei Britann. et Bibl. Soc. Jesu Oxford.

Feria V post Dom. Passionis.

F. **S. Spineae Coronae,** dp. maj. in Proprio Augustano (Augsburg) post a. 1777.—Hoeynck 324.

F. **B. Mariae V. Liberatricis,** dp. maj. in dioec. S. Claudii in Gallia.—Cal. 9 Maji 1914 approb.—Salinis in Burgundia hoc festum institutum est cum officio et missa (Sequ.) propr., a. 1639, in memoriam civitatis liberatae a bello et peste a. 1633.—Gump. 75.—Ricc. IV 396.—N. D. de France VI 500.—Idem festum in oppido Arbesio, dioec. S. Claudii, institutum a. 1643 in ecclesia Carmelitarum, liberata civitate a. 1643 ab oppugnantibus militibus Franco-Gallis.—N. D. de France VI 491.—Ricc. IV 396.—Drochon 1112.

Feria VI post Dom. Passionis.

S. Parasceves Jejunii Quadragesimalis seu **Tentationis Dni** f. agitur hac feria cum officio pleno festivo a Syris Jacobitis, expleto jejunio 40 dierum; in Matutino legitur Matth. IV 1-11. Commemoratio ista Tentationis Dni antiquissima est; officii solemnitas vero nonnisi post saeculum XI exculta et exornata esse videtur.—Baumstark, 207.—Patr. Or. X 104. in Menol. Jacobitico saec. XII.

Resuscitatio Lazari hac feria agitur a Syris Nestorianis orientalibus (v. Sabb. sequ.), quia fere omnia eorum festa feriis VI assignata sunt.—Baumstark, 211.

F. **Quinque Stigmatum Dni** secundum Grotefend II 2, 89 in dioec. Tarasoniensi in Hispania exeunte medio aevo hac feria agebatur.

F. **S. Spineae Coronae** hac feria agendum concessum est ecclesiae parochiali S. Mariae dioec. Vastensis (Vasto), 15 Martii 1732; dp. maj.; elevatum ad dp. 2 cl. 25 Martii 1910; in Calendariis 1913 et 21 Jan. 1914 vero reductum ad dp. maj. Habetur ibi reliquia insignis Coronae Dni.—Archiv.—Festum Matris Dolorosae agitur in Sabbato.

F. **Compassionis,** sive **Transfixionis, Lamentationis, Intimi Doloris B. Mariae V.,** seu **S. Mariae de Pietate** quod nostro aevo perperam vocatur "**Septem Dolorum B. Mariae V.**", ritu dp. maj. est festum Ecclesiae Latinae. Indicta est haec festivitas pro Germaniae Imperio in Concilio Coloniensi a. 1423, agenda feria VI post Dom. III post Pascha. Varie celebrabatur olim diebus fixis vel mobilibus v. Indicem. Plurimum vero agebatur e saeculo XVI hac feria VI ante Palmarum, in Italia praesertim et Gallia. Die 22 Aprilis 1727 extensum est festum ad universam Ecclesiam Latinam.—In dioec. Granatensi dp. 1 cl. in honorem iconis B. Mariae V. Angustiatae. Item dp. 1 cl. Romae in ecclesia B.M.V. Teutonicorum (Campo Santo), 1914; et in Cathedrali Almeriae, 1898.—Objectum hujus festi primitus erat Compassio Mariae stantis juxta Crucem. Devotionis erga Septem Dolores B. Mariae V. solemnitas celebratur Dom. III Sept. seu 15 Sept. Apud Patres O. Servorum Mariae dp. 2 cl. (Cal. 15 Maji 1914).—Beissel I 407.—Anaquim 114.—W. W. VIII 819. —Deest hoc festum in Brev. Aureliacensi a. 1827. In officiis S. Maclovii Rotomag. 1765: triplex 1. classis.

Sabbato ante Palmarum.

Traditio Symboli ad Catechumenos commemoratur hac feria in ritu Ambrosiano (Brev. Ambros.). Est ritus quo in ipsius missae sacrificio catechumeni in ecclesia edocti sunt symbolum apostolicum. Quomodo in ecclesia Hispaniae factus sit hic ritus, v. Missale Mozarabicum. (Patrol. Lat. 87, p. 395.) Ut facilius memoriae posset inhaerere symbolum ter repetebatur a sacerdote et catechumenis. De die quo symbolum erat tradendum non eadem erat omnium ecclesiarum disciplina (Marten. de anti-

quis ecclesiae ritibus I lib. I p. 86). Romae tradebatur feria IV hebdomatis IV Quadragesimae, in Hispania et Mediolani in Dominica Palmarum, in Africa Sabbato ante Dom. IV Quadrag., in Breviario moderno Ambrosiano Sabbato ante Dom. Palmarum.

Resurrectio Lazari, solemnitas Ecclesiae Hierosolymitanae apud Graecos inter maximas totius anni festivitates, dictas "despoticas" numeratur. Agitur hac feria, quia ingressus triumphalis in Civitatem Sanctam directe factus est a populo propter resurrectionem Lazari et quia istud miraculum causa proxima Mortis Dominicae fuit.—Max. I 105.—Synaxis fiebat in monasterio S. Lazari (CPoli), ad quod reliquiae ejus e Cypro allatae sunt. Eadem festivitas apud Armenos (Tondini 25) et Syros (Baumstark 208).—Patrol. Orient. X 93 ss. Septem Menologia Jacobitica.

F. **B. Mariae V. de Pietate,** Titulare ecclesia homonymae versus meridiem civitatis Mexicanae. Imago ex Hispania allata est, sanctuarium dicatum 2 Febr. 1652. — Cal. Galvan 1911. — Florencia, Zodiaco Mariano 82.

Compassionis B. Mariae V. f. hac die apud Carthusianos, Augustinianos Discalceatos Galliae (usque ad a. 1743) saeculo XVII celebratum esse v. Lambert-Buirette, 107.

Patrocinium (Solemnis Commemoratio) B. Mariae V. Miraculorum, dp. maj. Alcami in dioec. Mazariensi (Sicilia) v. 21 Junii. Concessum est f. 2 Maji 1829 et confirmatum 2 Maji 1830.—Ordo Mazariae 1888.—Ordo Minimorum Siciliae 1845.—Sed invenitur ante concessionem regularem in Cal. Prov. Minimorum Panormi, 1815, Alcami agendum.—Bibl. Boll.—Archiv.

F. **Puritatis B. Mariae V.,** dp. maj. pro clero Modoetensi (Monza) in Lombardia.—Cal. propr. 1847. Bibl. Boll.

Dominica in Palmis.

Dominica quae Pascha antecedit, a gestatione Palmarum nomen traxit, quia illa die rami Palmarum in processionibus deportatur, in significationem illorum, quos filii Israel statuerunt in via, cum Dominus Hierosolymam tendens asello sedebat. Apud Graecos vocatur etiam **"Evangelismus Hosanna", "Festum ramiferum".** In plerisque locis hodie mos obtinet ut ramos olearum, myrti et palmarum sabbato Lazari in ecclesiam deferant benedicendos, die autem ipso Palmarum benedictos e manibus sacerdotis recipiant. Officium in ecclesiis orientalium magnificentissimum est.—v. Triodium Graecorum.—Nill. II 200.

In majore hebdomada Fer. II dedicata est specialo modo memoriae patriarchae **Joseph Aegyptiaci** ut imaginis Salvatoris parientis, et memoriae **ficus arefactae,** qui eventus illo die contigit. Feria III dedicata est memoriae parabolae **Decem Virginum,** quae illo die prolata est, feria IV memoriae peccatricis, quae Dominum unxit ad sepulturam.—Max. 107.—Nill. II 216.

Feria V post Palmarum.

In Coena Domini. In Calendario Polemii Silvii die 24 Martii signatur: Natalis Calicis; quarto enim saeculo multi credebant, die 25 Martii Dominum obiisse. Exculto circulo paschali in ista feria Institutio SSmi Sacramenti in ultima Coena recoli coepit, saltem in Missa. Hac die poenitentes reconciliabantur, et olea sacra consecrantur; ante vesperas "mandatum" peragitur, i. e. lotio pedum.—Kellner, 50.—Graeci hac die celebrant Institutionem SS. Sacramenti, lotionem altaris, lotionem pedum, consecrationem unguenti, commemorant in tropariis Orationem Dni in Monte et Traditionem Ejus.—Nill. II 218.—Max. I 107.

Feria VI post Dom. Palmarum.

In Parasceve Domini. Anniversarium Mortis Dni, dies luctus et "amaritudinis in quo jejunamus" (S. Ambrosius); dies unicus in quo Ecclesia Latina non offert Missae sacrificium, sed more Graecorum Missam Praesanctificatorum celebrat, post Adorationem Crucis. — Kellner 54.— Horae minores hac die apud Graecos vocantur "regales", quia olim Imperator Byzantinus illis assistebat cum solemnitate; ipse altare incensabat in ecclesia Blachernarum. Multi Graecorum hac die omnino nihil manducant nec bibunt.—Nill. II 236.—Max. I 111.—Mz. Triodion.

Sabbato post Dom. Palmarum.

In Sabbato Sancto solemnitas incipiebat hora octava (i. e. hora 2 P.M.), seu hora 14; exorcismus pronuntiabatur super catechumenos, cereus paschalis benedicebatur et post lectiones e Veteri Testamento sequebatur benedictio aquae baptismalis et benedictio catechumenorum; post litanias Missa de Resurrectione Domini. Graeci cum magno apparatu luminum noctem paschalem celebrare consueverunt, quo significetur, Christum e sepulchro tanquam veram lucem resurrexisse. Ex antiquissima christiana consuetudine ista nox omnino vigil ducitur; omnes Orientales totam noctem paschatis in ecclesia remanent.—Max. 114.—Kellner 63.—Nill. II 256.

Sabbato Sancto **Commemoratio Apparitionis Dni factae S. Mariae Matri Suae** per Missam votivam solemnem B. Mariae V. "in sero sabbati", i. e. post divina officia, ad preces Antonii Alabanti Ordinis Servorum B. Mariae V. concessit Innocentius VIII Papa (1484-1492). Familia Mariana sub Innocentio VIII.—Missa vot. sol. de **SS. Rosario** concessa est ecclesiae Collegii SS. Rosarii S. Fidei de Bogotà, 29 Julii 1788 (Summa Aurea VII 470); item Missa vot. sol. B. Mariae V. de Tempore pro sacello S. Mariae de Miraculo, Conv. S. Franc., Limae in Peruvia, 19 Jan. 1815.—ib. p. 555.

APRILIS.

I

FESTUM **B. Mariae V. Reginae Poloniae** tit. **Maternitatis B. Mariae V.** ritu dp. 2 cl. in Polonia. Officium Maternitatis affixum est diei 1 Aprilis pro dioecesi Cracoviensi 4 Maji 1889.—Archiv.—Klein, 1 Apr.—Hac enim die, a. 1656, Joannes Casimirus Rex Leopoli in Cathedrali B. Mariae V. Poloniae Reginam declaravit.—Per decretum 25 Nov. 1908 translatum est festum sub titulo "Reginae Poloniae" ad Dom. I. Maji ritu dp. 1 cl. pro Leopoli, mense Julii 1909 pro universa Galicia et Polonia.—Archiv.—Schuetz, III 435.—Patronatus S. M. Mariae, Reginae Poloniae, approbatus est 27 Apr. 1910.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Matris Divini Pastoris,** dp. maj. in dioec. Cataciensi (Catanzaro), per decr. 12 Julii 1831, et Suessana (Sessa). — Cal. 1888.

F. **B. Mariae V. tit. Refugium Peccatorum,** dp. maj. in dioec. Cariatensi in Calabria. — Cal. 1901. — Conc. est festum 22 Apr. 1898.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. Matris Misericordiae**, e decr. S. R. C. 23 Martii 1824, ritu dupl. maj. agitur apud moniales Capuccinas S. Aegydii civitatis Senensis (Siena), ubi imago ejus prodigialis recolitur.—Archiv.

Visitationis B. Mariae V. festum in dioec. Abrincensi (Avranches) in Gallia usque ad a. 1698 celebratum esse Kalendis Aprilis, v. Boll. in praetermissis ad 2 Julii et 1 Apr.

II

F. **B. Mariae V. de Gratia,** dp. maj. die 13 Febr. 1816 concessum est pro Cathedrali et dioecesi Aesina (Jesi) in Italia.—In Cal. approb. 2 Martii 1914 ritus est dp. 2 cl. — Imago colitur in ecclesia S. Mariae de Monte Carmelo; invocata S. Maria de Gratiis a. 1454 civitas Aesina a peste incolumnis remansit.—Archiv.

Visitationis B. Mariae V. festum in dioec. Eboracensi (York) in Anglia exeunte medio aevo.—v. Colv. II 6.

III

Patrocinium B. Mariae V. de Cruce, dp. maj. in dioec. Cremensi in Lombardia. — Ordo Cremae 1901. — Cal. approb. 16 Apr. 1914. v. 4 Sept.—Die 3 Apr. 1490 in silva Maria apparuit mulieri moribundae, quam occisurus erat maritus.—Ricc. I 320.

F. **B. Mariae V. de Gratia,** dp. maj. a Patribus Societatis Jesu et Mariae (Eudist.) fit h. d. anniversario approbationis Congregationis a Pio IX a. 1857. Primo eam approbaverat Episcopus Bajocensis a. 1644.—Propr. Eudist. 1887.—Deletum a. 1914.

Memoria **Iconis B. Mariae V. Floris Immarcescibilis** signatur h. d. in Menologio Russorum.—Mz. II 132.—Imago sub hoc titulo colitur in monasterio " Moskowski-Alexjewski "; alia Mosquae in ecclesia Obdormitionis B.M.V. (Mohyltzy ad portas Pretzystenskysh), et aliae alibi.—Sn. 226 ss.

IV

F. **Iconis B. Mariae V. de Senibus (Gerontissa),** hac die in monasterio Pantocratoris (in sacro Monte Athone) propria agitur akoluthia; saepius Dei Mater in hac imagine hegumenis subvenit in periculis et tribulationibus; semel olei quantitas adaucta est orante hegumeno (abbate) coram hac icone.—Mz. II 136.—In ecclesia orthodoxa Russiae fit memoria hujus iconis in synaxario Matutini.—Mz. 4 Apr.

V

Institutionem SS. Sacramenti olim celebratam esse hac die, emortuali B. Julianae in ecclesia Leodiensi.—v. Gelenium, p. 679.

F. **Patrocinii B. Mariae V. Divinae Providentiae** dp. maj., die 5 Apr. 1892 concessum est una cum Calendario pro dioecesi Fossanensi.—Arch. v. 11 Maji.

VI

F. **SS. Redemptoris,** dp. 2 cl. in dioec. Ragusae in Dalmatia in memoriam terraemotus 6 Apr. 1667. Habetur processio solemnis cum SS. Sacramento.—Ordo Ragusae 1890.

Hac die in Synaxario Abyssiniae, apud Harris, p. 423, signatur "**Introitus Christi in cameram Coenae, octava die post Pascha**".

VII

F. **Annuntiationis B. Mariae V.** apud Armenos.—Nill. II 578.—Armeni enim monophysitae Nativitatem Dni agunt die 6 Januarii.

F. **B. Mariae V. tit. Refugium Peccatorum,** dp. maj., ex anno fere 1884, agitur hac die in dioec. Spirae (Speyer) in Germania.—Off. prop. Klein, 7 Apr.—Deletum a. 1914.

F. **B. Mariae V. tit. Refugium Peccatorum,** dp. 1 cl. cum oct. in ecclesia propria civitatis Brooklyn (N. Y.) in Statibus Unitis Americae Septentrionalis, cum officio proprio.—Officia propria Dioecesis Brooklynensis 1919.

Memoria **Iconis B. Mariae V. Byzantinae (Wisantijskaja),** apud Mz. II 147. — Apparuit imago a. 732; alterum festum die 1 Maji. — v. Sn. 228.

F. S. **Joachim justi et magni,** Patris N. Dnae Matris Dei, in Synaxario Arabo-Jacobitico, Patr. Orient. XVI.

VIII

F. **Adventus Iconis B. Mariae V. Graecae ad Portum Ravennae,** dp. 2 cl. in dioec. Ravennae, e conc. S.R.C. 10 Julii 1894.—Cal. approb. 26 Nov. 1913 dp. maj.—Super maris undas advenisse fertur imago Graeca B. Matiae V. ad portum Ravennae 8 Apr. 1100 et collocata in ecclesia fundata a B. Petro Peccatore. Dom. in Albis 1570 translata est in novam ecclesiam.—Ricc. II 297. — Archiv. — Gump. 157.—cf. Dom. IV Jan.— Beissel, Wallf. 411.

Secunda Apparitio B. Mariae V. de Misericordia, dp. 2 cl. in dioec. Savonensi.—Ordo Savon. et Naul. 1887.—In Cal. approb. 17 Apr. 1914 dp. maj.—Prima apparitio evenit 18 Martii 1536, altera die 8 Apr. 1536. Idem festum et unicum in honorem B. Mariae Savonensis de Misericordia in dioec. Florentina (conc. a. 1903), sed sublatum in Cal. 1914 approb.) et in dioec. Apuana (Pontremoli).—v. Calendaria.

F. **Apparitionis B. Mariae V.** in terra Romagnano di Sarsina, dioec. Sarsinensis; ibidem speciali honoratur SS. Virgo feria secunda Paschatis. —Annuario Cattolico 1924, p. 446.

F. **Gaudiorum B. Mariae V. (dos Pazeres)** agebatur saeculo XV hac die, seu feria II post Dom. in Albis, in ecclesia Lusitaniae.—Alb. Pimentel hoc festum jam saeculo XIV celebratum esse in Lusitania contendit.—Historia do Culto de N. S. em Portugal, 110.

Memoria **Iconis B. Mariae V. de Hispania (Ispanskaja),** i. e. de Covadonga, signatur h. d. in Menologio Russorum. — Mz. II 149. — Apparuit imago a. 792 et subvenit S. Dei Mater Pelagio Regi contra Mauros pugnanti; v. 9 Sept.—Sn. 229.—Nescio cur hujus iconis memoria recepta sit in menologio Russorum schismaticorum, cf. f. iconis Lauretanae 14 Sept. et iconis Sicilianae 5 Feb.

IX

Commemoratio SS. Trinitatis per Missam vot. sol. pro gratiarum actione ob civitatem Pisanam a lue contagii liberatam a. 1632. — Ordo Pisae 1907.

F. **B. Mariae V. de Guadalupe** (Mexic.), Titul. ecclesiae monialium Angelicarum civit. Conchensis (Cuenca) in Hispania, dp. 1 cl. oct.—Ordo O. F. Minorum Prov. Carthaginiensis 1908. — Idem f. dp. maj. in Cal. Conchensi 1900.—Archiv.

Memoria **Iconis B. Mariae V. Imperatricis (Czarskaja)** signatur h. d. in Menologio Russorum apud Mz. II 151.—Vocatur imago " Czarskaja ", quia Maria sceptrum tenet regale in imagine ista.—Sn. 230.

X

F. S. **Coronae Dni** exeunte medio aevo h. d. actum esse in dioec. Zamorae, Oscae, Hispalis, etc. in Hispania, v. Salazar, Martyrol. Hisp. II 566.

XII

F. **B. Mariae V. de Pariete,** dp. maj. in dioec. Nolana, conc. 20 Nov. 1903.—Minoritis Nolae concessum est hoc festum die 15 Apr. 1904. In proprio sanctuario festum ante 1914 agebatur Dom. III post Pascha.—Archiv. — In Cal. Nolano, a. 1913 reformato officium expunctum est et duae tantum dicuntur Missae votivae hac die.—Archiv. v. Dom. III post Pascha.

F. **Prodigiorum B. Mariae V.** Trepuzzi, dioec. Lyciensis (Lecce) ex conc. 9 Mart. 1894.—Archiv.

Memoria **Translationis Zonae B. Mariae V.** e Zela Constantinopolim annuntiatur h. d. in Menaeis Graecis apud Mz. II 160 et apud Max. I 190. Evenit a. 942 sub Constantino et Romano Porphyrogenitis (ita Menacea Graeca), aut sub Justiniano Imperatore. Traditio Graeca de Zona in Chalcopratensi ecclesia servata omnino vaga est. Zelam in Helenoponto allata fuit zona tempore belli (fortassis ante tempora Justiniani et iterum ante saec. X). Ante revolutionem festum istud zonae agebatur in Russia pro firmitate imperii Regum orthodoxorum.—Sn. 557.

Festum **Iconis B. Mariae V. de Muromia (Muromskaja)** institutum est a synodo pro tota ecclesia Russica a. 1810. A Constantino duce Muromiam allata est haec imago saeculo XII; deinde a Basilio Episcopo saec. XIII fugiente, in Cathedralem Rjasaniae translata est, ubi hodiedum colitur.—Mz. 160.—Hodie Russi celebrant festum S. Basilii Rjasanensis P. C.—Sn. 230.

Memoria **Iconis B. Mariae V. de Bilynycia** in Menologio Russico. Imago colitur in ecclesia monasterii pagi homonymi in gubernio Mohilew. Apud Latinos in honore erat, sed a. 1876 cum ecclesia a schismaticis arrepta.—Sn. 232.

XIV

F. **Miraculorum S. Mariae Pietatis** saeculo XVII agebatur Panormi (Palermo) in ecclesia propria; nunc celebratur Dom. IV Quadragesimae.—Colv. 14 Apr.

Iconis B. Mariae V. de Vilna memoria **(Wilenskaja)** signatur h. d. in Menologio Russico. — Imago devote colitur Vilnae in Lithuania, in monasterio S. Spiritus; allata est ab Helena, filia Joannis III Magni Ducis Russiae a. 1495.—Mz. II 166.—Sn. 233.

XV

"**Susceptio Crucis Geminae,** Helnone in monasterio, quae duobus in locis de ligno Dominicae Cruis habens, a Gualterio Guariniaco, nobili milite, de Hierosolymis allata est ibidem ecclesiae oblata." Ita additio Molani ad Usuardum, Lovanii 1513, 1568 et 1573.—P. L. 123, 938.—Monasterium Helnonense nunc vocatur "Saint-Amend-en-Pevèle" in districtu Valencenarum.

F. **B. Mariae V. a Vulnere,** dp. 2 cl. in dioec. Fori Livii (Forlì).—Ordo 1898 et 1905.—v. Officia propria Fori Livii.

F. **B. Mariae V. de Guadalupe** (Mex.), dp. 1 cl. apud moniales S. Rosae de Arequipa in Peruvia.—Archiv. 1894.—Item in monasteriis Mercedariorum Peruviae, Boliviae et Chili.—Ordo Merced. 1902.

F. **B. Mariae V. Commendatae (Dolorosae)** in Sicilia olim notum h. d., v. apud Colvenerium, 15 Apr.

XVI

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** Patronae Nostrae Peculiaris, dp. 2 cl. in dioec. Aesina (Jesi) in Italia, in honorem iconis miraculosae. — Ordo 1896.

F. **Nostrae Dnae de Pietate** apud Cistercienses esse actum h. d. saeculo XVII v. Colv. I 294.—Bal. 199.

Memoria **Iconis B. Mariae V. de Tambovia (Tambowskaja)** in menologio Russico.—Imago extat Tamboviae in Russia, in ecclesia S. Stephani; se manifestavit a. 1692.—Mz. II 172.—Sn. 234.

Memoria **Iconis S. Mariae a S. Elia (Tshernigowskaja-Ilinskaja)** v. apud Mz. II 172. — cf. 10 Martii. — Sn. 236, ubi plurima de historia hujus imaginis.

XVII

F. **SS. Lanceae et Clavorum,** dp. in dioec. Silvaducensi (Hertogenbosch) in Hollandia.—v. Brev. Silvaducense 1724 et 1807.—Bibl. Boll.

XVIII

Hac die in Synaxario Abyssiniae, Harris 424: Festum **Racab,** i. e. **Mediantis Pentecostes** v. festa mobilia.

F. **B. Mariae V. Matris Divinae Gratiae ab Arcu,** dp. maj. in dioec. Nolana.—Cal. approb. 10 Dec. 1913; sed in altero Calendario ejusdem anni duae tantum missae, sublato officio.—Archiv.—Imagini S. M. ab Arcu venerationem dedit sanguis e sinistra Virginis gena copiose erumpens, quem pila lignea in picturam projecta elicuit blasphemus lusor, fer. II Paschatis 1500.—Gump. 226.—Sign. 138.—v. Dom. II p. Pascha.

F. B. **Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Scyllacensi (Squillace) in Calabria, ob terraemotum a. 1783.—Ordo 1887.—In Cal. reformato (1913) duae missae tantum.—Archiv.

F. S. **Mariae a Miraculis,** Syracusis in Sicilia in ecclesia propria.—Colv. ad h. d. Tempore pestis a. 1500 miraculis infulsit.—Gump. 786.

F. **Iconis B. Mariae V. de Maximo (Maximowskaja)** sive **de Omophorio** agitur h. d. in dioec. Vladimirae in Russia.—Picta imago a. 1299 jussu Maximi episcopi secundum visionem; tanquam visionis testem Deipara inter manus Maximi omophorion (scapulare) reliquit, quod magno in honore habebatur Vladimiriae; periit vero a. 1412.—Mz. II 180.—Sn. 240.—De ista icone fit memoria in universali menologio schismatico Russorum.

XIX

F. B. **Mariae V. de Forovetere (Fourvières),** dp. maj. in dioec. Lugdunensi (Lyon) conc. a Leone XIII Papa. Saeculo nono templum in colle Lugdunensi extructum est in honorem Dei Genitricis; post a. 1870 basilica magnificentissima aedificata. Die 19 Apr. 1805 Pius VII Papa coram icone Foroveterana preces effudit.—Off. prop.—Festum extensum est ad Missionarios Afrorum de Lyon.—v. Cal. approb. 1 Dec. 1913.—In Cal. reformato 26 Febr. 1914 festum istud assignatum est Sabbato post Dom. in Albis, ritu dp. 2 cl. alibi 22 Jan. et Dom. ult. Jan.—Archiv. S. R. C.—Drochon, 1009.—Rudnicki 330.—Guérin XIV 153.—Beissel, Wallf. 432.—N. D. de France VI 517.

F. B. **Mariae V. de Miraculis,** Patr. Princ. civitatis Contestaniae (Concentaina) in prov. Alicantina in Hispania; dp. 1 cl. in civitate; cum oct. in ecclesia propria monialium C. F. Minorum. — Ordo O.F.M. Prov. Valentinae. 1917.

F. B. **Mariae V. de Bono Consilio,** dp. maj. in dioec. Lemovicensi (Limoges) in Gallia.—Off. pr. ass. e 26 Apr.; sublatum in reformatione Calendarii.

F. S. **Joseph Sponsi B. M. V.,** dp. maj. in Breviario Ambianensi 1746. Bibl. Insul.

Commemoratio S. Joseph Sponsi B.M.V., dp. in Cal. S. Fidei Bogotensis, die 9 Dec. 1875 approbato, v. 19 Jan.

XX

F. B. **Mariae V. de Pietate,** dp. maj. in dioec. Centumcellarum (Civitavecchia). Pro ecclesia Immaculatae Conceptionis O. Conv. die 8 Julii 1910 ritus elevatus est ad dp. 2 cl.—Archiv.

F. B. **Mariae V. de Valle Viridi,** Patronae Civitatis Corneti, dp. 2 cl. in dioec. Corneti, e decr. 16 Martii 1915.—Ante a. 1914 agebatur Dom. II post Pascha.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. Refugium Peccatorum,** dp. maj., concessum 8 Julii 1891 pro dioec. Hieracensi (Gerace) in Calabria.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Bono Consilio,** dp. maj. in dioec. Spirensi (Speyer) in Germania.—Off. pr. e 26 Apr.—Item in dioec. Tridentina (Trento).—Klein.

F. **B. Mariae V. Valle Catamarcensi,** dp. maj. in dioec. S. Joannis de Cuyo in Argentina.—Cal. approb. 19 Dec. 1913; item in dioec. Cordubae (Americ.); Cal. 14 Martii 1914.—In Cal. S. Joannis de Cuyo a. 1912 ritus erat dp. 2 cl.—v. Dom. II post Pascha.

Memoria **Iconis B. Mariae V. de Kipjach (Kipjachskaja)** in Menologio Russico. — Imago colitur alicubi in Russia. — Mz. II 187.—Sn. 241.

Memoria **Iconis B. Mariae V. de Cypro (Kyprskaja)** in Menol. Russico. Imago colitur in pago Strominii, gub. Moscoviae; ectypon hujus iconis, e Cypro allatae, Moscoviae in honore habetur in ecclesia S. Nicolai (Golutwin); aliud in Cathedrali Obdormitionis B. Mariae V., ubi et festum.—Mz. II 187.—Sn. 242.

F. **S. Joseph Sponsi B. Mariae V.** (affixum e 19. Martii) signatur hac die in Breviario Gallicano Maurinorum et post hoc in tot Breviariis Gallicanis saec. XVIII et XIX, quia Gallicani in Quadragesimae festa non admittebant.

XXI

Commemoratio mensilis B. Mariae V. apud Coptos et Ayssinios.—Harris 424.

F. **B. Mariae V. de Sancho Abarca,** dp. maj. Taustae in Aragonia.—Inventa est imago 21 Apr. 1569 in loco qui vocabatur Sancho-Abarca juxta Taustam, quo allata fuerat e Sarranza, in dioec. Oloronensi in Gallia.—Faci II 99.—Brev. Mar. h. d.—Cal. O.F.M. Prov. Aragoniae.

XXII

Lacrimarum B. Mariae V. a Glorioso f. ritu duplici annis 1519-1619 hac die, qua lacrimarum miraculum evenit (22 Apr. 1519) celebratum est S. Severini in Piceno, in ecclesia propria. A. 1619 Dominicae III Aprilis affixum est a Patribus Praedicatoribus. v. Dom. II p. Pascha.—Ricc. II 342.

F. **B. Mariae V. "del Camino",** seu **de Via,** Pampelopoli in ecclesia S. Saturnini, dioec. Pampilonensis. — Omnes Missae de Beata, e conc. 13 Apr. 1894.—Archiv.—Imago ex eremitorio Alfari clam ablata (a. 1478) et in ecclesiam S. Saturnini translata est; requirentibus Alfarensibus decreto senatus Pampelonensis restituta est. Attamen paucos intra dies Pampelonam imago rediit, Alfarensibus illam nequidquam repetere audentibus.—Scherer 19.—Sanjul. 283.—Beissel, Wallf. 465.

XXIII

F. **B. Mariae V. de Plano,** dp. maj. in archid. Cajetana (Gaeta).—Ordo 1888. Colitur imago in pago Fractorum (Ansonia) juxta Cajetam, ubi inventa est 23 Apr. 1100.—Sign. Nap. 213.—In Cal. Cajetae a. 1913 duae Missae tantum, sublato officio; probabiliter vero officium nostris temporibus restitutum est.

F. **B. Mariae V. a Viridario** in oppido S. Angeli (di Brolo) dioec. Pactensis (Patti) in Sicilia.—Anno 1544 lucis radii ex imagine profulgentes piratas repulerunt.—Escola, Brev. Mar. p. 690.—Colv. 13 Apr.

F. **B. Mariae V. de Remediis,** Patr. Princ. terrae "Villa de Cortama", dioec. Malacensis, ex indulto 30 Apr. 1916. Off. ad Nives.—Archiv.

F. **B. Mariae de Sovereto,** Patr. Princ. dioec. Terlitiensis (Terlizzi) in Apulia, dp. 1 cl. oct. in Cal. approb. a. 1913 et 1914. Dies assign. e Dom. III post Pascha. q. v.

XXIV

F. **S. Coronae Dni,** totum duplex, in Cal. Ordinis Praedicatorum. Medio aevo Dominicani hoc festum agebant die 4 Maji, e saeculo XVI 7 Maji; post a. 1865 translatum est ad 24 Aprilis. Officium rythmicum mediaevale hodiedum recitatur a Praedicatoribus.—Cal. recentiora 1887 et 1923.

F. **B. Mariae V. titulo de Bonaria,** Patronae Maximae totius Insulae Sardiniae (ex decr. 13 Sept. 1907), dp. 1 cl. oct. — Cal. Sardiniae 15 Maji 1914. — Imago allata est a. 1380, in ecclesiam Mercedariorum sitam in clivo qui civitati Calaritanae (Cagliari) imminet. Incoronata est 24 Apr. 1870. Concessum est festum 22 Apr. 1871 pro universae Sardiniae clero. (Prop. Sard. 1881.) v. 14 Maji.

Manifestatio V. Mariae V. Perdolentis a Salve, dp. maj. in Cal. Alexandriae in Pedemonte approb. 14 Julii 1914. Ibidem Sabbato ante Dom. II post Pascha F. B. Mariae V. a Salve, Patr. Princ.—Archiv.—v. Dom. II p. Pascha.

Lacrimarum Sanguinearum B. Mariae V. de Miraculis f. in sanctuario S. Mariae Miraculorum Rhaudi (Rhò) in dioec. Mediolanensi. Off. et Missa de Matre Dolorosa, 15 Sept. Imago S. Mariae Perdolentis lacrimas sanguineas fudit 24 Apr. 1583. Festum praecipuum (ritus Ambrosiani) fit Feria II Pentecostes.—Ricc. V 142.—Madonna dei Miracoli, Lodi 1880.—Gump. 299.

Memoria **Iconis S. Mariae de Molcenia (Moltshenskaja)** in Menol. Russico. — Imago colitur in monasterio S. Sophronii, Molceniae, gub. Kursk, quo allata est a. 1635.—Mz. 208.—Sn. 244.

XXV

Litaniarum Majorum, in Ecclesia Latina. Processio Litaniarum ordinata est Romae, saeculo quarto, longe ante institutionem festi S. Marci. (Probst Sakramentarien, 328 ss.). E via Flaminia progrediebatur cum populo clerus ad coemeterium S. Valentini usque ad pontem Milvium. Revertebatur processio per planum ad radicem Montis Marii ad Basilicam Vaticanam. Idem fere iter erat ac iter in Robigalibus paganorum. Ritui pagano Ecclesia Romano substituit processionem in honorem veri Dei. (Grisar, Rom, 654.)

Apparitio Imaginis B. Mariae V. de Bono Consilio, dp. 1 cl. cum oct. Genestani (Genazzano), dioec. Praenestinae, in ecclesia Augustinianorum. Item h. d. dp. 2 cl. Neapoli apud Moniales Theatinas de Benincasa. — Cal. 1847. Bibl. Boll. — Apparuit imago die 25 Apr. 1467, e Scodra in Albania allata "ab angelis", comitantibus iter duobus viris Albanensibus. Concessum est festum pro civitate Genestani 12 Julii 1727. Off. propr. approbatum est a. 1777. Extensum est festum ad totam familiam Augustinianam pro die 26 Apr., dp. maj. 18 Sept. 1789. Anno 1793 festum adoptatum est Lucae, a. 1800 Perusiae, a. 1801 Anconae, a. 1804 in universa Etruria. Ex quo tempore ad universum fere orbem transiit, sed in plurimis calendariis sublatum est in reformatione Calendariorum a. 1913.—Scodrae festum fit feria II post Dom. III Octobris, dp. 1 cl. oct. (nunc dp. 2 cl.) ; ibidem 26 Apr. dp. 1 cl. oct. Patr. Albaniae.—Ricc. IV 104.—Wolf 106.—Rudnicki 361.—Dillon, La Vierge Mère du Bon Conseil, Lille, 1886.

Memoria **B. Mariae V. tit. Refugium Peccatorum** in honorem iconis miraculis clarae, per Missam propriam approbatam 23 Sept. 1820, fit h. d. Pisis in Instituto Visitationis B. Mariae V.—Archiv.

Memoria **Iconis B. Mariae V. Constantinopolitanae (Zaregradskaja)** in Synaxario Menologii Russici.—Imago ista recolitur Mosquae in ecclesia Assumptionis B. Mariae V. (Maloja Dmitrowska) et est ectypon cujusdam iconis, quae a. 1072 se manifestavit Cpoli.—Mz. II 212.—Sn. 246.

XXVI

Manifestatio Iconis S. Mariae de Montibus, dp. 1 cl. cum oct. et off. proprio Romae in ecclesia S. Mariae Montium.—Concessum est festum cum officio proprio die 16 Sept. 1730. Imago B. Mariae V. in muro delineata se manifestavit in foenili, 26 Aprilis 1579.—Ricc. III 93.—Sign. I 63.—Colv. I 308.—Gump. 129.—Bomb. I 3.

F. **B. Mariae V. de Bono Consilio,** dp. 2 cl. in dioec. Praenestina. —Cal. approbatum 23 Apr. 1914.—Sub ritu dp. maj. in universo fere orbe latino celebrabatur ante reformationem Calendariorum a. 1913, ass. a. 1789 huic diei e 25 Aprilis. q. v. Ex anno 1916 hoc festum, cum moerore cleri a. 1914 expunctum, multis dioecesibus et religiosis familiis restituitur.

Apud Augustinianos dp. 2 cl. (Cal. 10 Maji 1914 approb.). Die 25 Junii 1913 Mater Boni Consilii declarata est Patrona Sodalitatis S. Petri Claver pro Missionibus Africanis.—Archiv.

F. S. **Mariae Gratiarum,** Titul. ecclesiae parochialis Vastis (Vaste), archid. Hydruntinae (Otranto), dp. 1 cl. oct.—Ordo Hydruntin. 1899.

F. B. **Mariae de Montibus,** dp. 1 cl. oct. Setiae (Sezze) in ecclesia SS. Rochi et Sebastiani, in honorem fortassis imaginis depictae a prototypo Romano S. M. Montium.—Ordo Teracinae 1899.

F. B. **Mariae V. Confortatricis** cum Missa sol. vot. B.M.V. agitur Neapoli in ecclesia S. Annae vulgo de Palatio; concessa est Missa pro Aretio approbata, 12 Sept. 1834.—Archiv.

F. B. **Mariae V. tit. de la Cabeza** (de Capite), Patronae civitatis Andujar in Hispania, dp. 1 cl. oct.—Ordo O. S. Trinitatis 1921. v. Dom. ult. Aprilis.

F. B. **Mariae V. de Monte Serrato,** dp. maj. in dioec. Paranà et S. Fidei de Argentina.—Cal. 1901.—Archiv.—Cal. 1908 et 1909.

Nativitatis B. Mariae V. f. apud Coptos die 26 Apr. celebrari v. Baumstark, 273. cf. etiam Analecta Juris Pontificii XXI p. 403. Sed fontes liturgici tam Coptorum quam Abyssiniorum nobis pervii Nativitatem diei 10 Sept., sive diei 1 Maji assignant.

XXVII

F. B. **Mariae V. de Campo,** dp. 1 cl. cum oct., Patronae aeque Princip. Cavarum (Cave), dioec. Praenestinae (Palestrina).—Ordo Praen. 1895 et 1909.—Inventa est imago 27 Apr. 1655 et sanctuarium exstructum ad viam Genestanam (Epist. priv. e Cavis accepta). S. Maria de Campo electa est in Patr. Princ. Cavarum, a. 1880.—Archiv.

F. B. **Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Massae et Carrarae in honorem iconis miraculosae. — Ordo 1875 et 1889. — Cal. approb. 28 Apr. 1914. — Festum concessum erat pro 28 Apr. a. 1827, sed 12 Julii 1830 translatum ad 27 Apr.—Archiv.

F. B. **Mariae V. de Bono Consilio,** dp. maj. Messanae, in dioec. Reatina et alibi, assign. e 26 Apr.—Calend.

F. B. **Mariae V. de Petraaquaria,** dp. maj. in sanctuario proprio juxta Alphabucellum, dioec. Marsorum, e Dom. IV Maji repositum ad hunc diem propter confluxum populi, 7 Feb. 1900.—Archiv.

Dedicatio S. M. de Capella, dp. maj. sub officio B. Mariae fiebat olim Baruli in Apulia hac die; postea Dom. II post Pascha.—Off. propria Tranensis dioec. 1830.

F. B. **Mariae V. de Miraculis** Collesani, dioec. Cephalaeditanae (Cefalù) in Sicilia h. d. actum est, in memoriam primae manifestationis,

27 Apr. 1571; ex indulto 22 Nov. 1897 vero repositum est ad 26 Maji, diem alterius manifestationis a. 1643.—Pitrè, Feste patronali, 486 ss.

F. **Vitae Interioris B. Mariae V.**, dp. maj. in Societate Mariae (Marianistes).—Cal. approb. 26 Apr. 1914.

F. **B. Mariae V. de Monteserrato,** Patr. Princ. Catalauniae, dp. 1 cl. oct. Dies assignatus in reformatione Calendariorum. — Ordo Barcinonensis 1919. v. Dom. post 25 Aprilis.

F. **Patrocinii B. Mariae V. de Guadalupe,** dp. maj., concessum est pro archidioecesi Mexicana 18 Junii 1908, pro die quo a. 1737, invocata S. Maria de Guadalupe, Mexici cessavit pestis. Die 27 Apr. 1737 factum est juramentum de eligenda Nostra Domina Guadalupana in Patronam Principalem Novae Hispaniae, i. e. Mexici.—Archiv.—Aparicion de N. S. de Guadalupe 30 ss. 43 ss.

Memoria **B. Mariae V. Ibericae** in monasterio Iberorum in Sacro Monte Athone (v. 12 Febr.) agitur hac die in memoriam adventus iconis Ibericae super maris undis ad oram Sacri Montis (v. fer. III Paschatis) et monasterii servati ab obsidione Persarum sub Amira duce.—Mz. II 221. —Sn. 246.

XXVIII

F. **B. Mariae V. tit. Gratiarum,** Titul. ecclesiae et Patr. Princ. oppidi Castriveteris (Castelvetere) dioec. Nusci in regno Neapolitano, dp. 1 cl. oct.—Ordo Nusci 1901.

F. **B. Mariae V. de Castanea** agitur in publico oratoris B.M.V. tit. de Castanea in pago S. Rochi, dioec. Bergomensis. Omnes Missae de Beata, e conc. 11 Martii 1896. Vocatur imago " de Castanea ", " perche presso alla chiesa un immenso castagno torreggiando stendeva le ampie braccia nell' aria". Maggia-Zanella, Europa III 411.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Mercede, Liberatricis,** seu **" a Terraemotu ",** dp. 1 cl. cum oct. in archid. Quiti. (Ecuador). Colitur imago S. M. de Mercede sub titulo Liberatricis a terraemotu Quiti in coenobis Mercedariorum ex anno 1535. Incoronata est a. 1918; hymnus proprius pro festo concessus et approbatus est prov. Aequatorianae die 15. Martii 1918.—Archiv.

F. **Visitationis B. Mariae V.** anno fere 1385 a Joanne II de Jenstein, archiepiscopo Pragensi pro Bohemia institutum est, die 28 Apr. agendum.—Dreves, Hymnen Johann's von Jenstein, 1886.

XXIX

Commemoratio mensilis **Nativitatis Christi** apud Coptos et Abyssinios.—Harris 424.

F. **B. Mariae V. Regiensis de Glara,** dp. 2 cl. Regii Lepidi in Aemilia.—Cal. 1911.—Die 29 Apr. 1595 vir quidam surdus et mutus coram hac icone Mariae Filium adorantis cum auditu recepit loquelam. Anno 1596 institutum est festum Dom. II Nov. agendum. Ex anno 1619 festum fit de 29 Aprilis, dp. maj.; e decr. 26 Julii 1908 dp. 2 cl. lectiones propriae conc. 10 Nov. 1905. — cf. 12 Maji. — Gump. 79. — Incoronata est imago 13 Maji 1674.—Ricc. I 277.—Beissel Wallf. 263, 412.

Patrocinium B. Mariae V. de Scala, dp. maj. in dioec. Uritana (Oria).—Ordo Urit. 1819. Bibl. Boll.

F. **B. Mariae V. a Sanguine,** nuncupatae **de Rhè**, dp. maj. in dioec. Novarae.—Cal. approb. 18 Nov. 1913. v. Dom. II p. Pascha.

F. **B. Mariae V. Angelorum Titulo,** Patr. Princ. pagi Thori (Tuoro), dioec. Suessanae (Sessa), dp. 1 cl. oct.—Ordo Suess. 1895.—In Cal. approb. 6 Maji 1802, dp. maj.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Clario,** seu **Miraculorum B. Mariae V. Annuntiatae,** dp. maj. in sanctuario S. Mariae de Scala, civitatis Clarii (Chieri), archidioec. Taurini (Torino) in Pedemonte. — Cal. S. M. de Scala a. 1912 et 1914 approb.—Orans coram hac icone juvenis mutus, 29 Apr. 1651 loquelam recepit. Die 10 Martii 1827 S. Rit. C. concesserat, ut in sanctuario S. Mariae de Scala die 29 Apr. omnes Missae dicerentur de Annuntiatone B. Mariae V.—Col. 55.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Rupe (Peña)** agitur in parochia S. Zillae, dioec. Jaciensis (Jacca) in Aragonia per Missam vot. sol. S. Mariae. In rupe celsissima et quasi inaccessibili colitur imago lignea B. Mariae V. de Rupe.—Faci II 180.

F. **B. Mariae V. Matris Gratiarum,** dp. maj. cum officio proprio fit h. d. a Patribus Societatis Mariae, quia haec est dies anniversarius approbationis constitutionum Societatis Mariae, 29 Apr. 1836.—Off. prop. Soc. Mariae.

Missa vot. sol. **pro gratiarum actione** canitur hodie apud Somaschos. Cal. approbatum 2 Martii 1914, in memoriam approbationis Ordinis sub S. Pio V a. 1568.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Ruthenensi in Gallia (Rodez).—Off. propria.

XXX

F. **B. Mariae V. de Victoria,** Patr. Princ. Montis Romani, dioec. Corneti et Centumcellarum (Civitavecchia), dp. 1 cl. oct. — Cal. approb. 16 Martii 1915.—Archiv.

Coronatio B. Mariae V. Afrorum Dnae et Patronae, dp. maj. in dioecesibus Provinciarum Algeriae et Tunisii in Africa.—Statua N. D. de Africa a. 1840 Algeriam allata, a. 1855 in proprio sanctuario cultui ex-

posita est; nova basilica consecrata est 2 Jùlii 1872. Imago 30 Apr. 1876 incoronata est.—Drochon 794.—Durand 133.—Cal. Prov. Carthag. 1910.

FESTA MOBILIA APRILIS.

Dom. III Aprilis.

F. **Lacrimarum B. Mariae V. a Glorioso** in civitate Septempedana (San Severino) in Piceno, in ecclesia Praedicatorum.—Imago Matris Dolorosae a. 1519 Idibus Aprilis lacrimas effundere visa est. Agebatur f. olim 22 Aprilis; a. 1619 vero Dom. III Aprilis affixum est.—Ricc. II 342.—Cal. 1898.

F. **SS. Rosarii B. Mariae V.** Dertusae in Hispania (Brev. 1547) et in aliquibus Praedicatorum ecclesiis etiam in liturgia actum esse videtur, indulgentiis ditatum, hac Dominica, ut festum confraternitatis. cf. Bullam 3 Jan. 1579.—Item Atrebati in Cathedrali. Colv. h. Dom.—v. Sequentiam pro hoc festo: Anal. hymn. VIII 60 e Missali O. P. Venetiarum 1600.—v. Off. rythm. e Brev. Dertusae 1547. Anal. hymn. XVII 29.

Dom. IV Aprilis.

Fugae Dni N. Jesu Ch. in Aegyptum, dp. maj.; festum patronale Vicariatus Apostolici Capitis Bonae Spei in Africa Meridionali, dp. 1 cl. oct. Item dp. maj. Rhegii in Calabria.—Cal. Concessum est festum hac Dominica agendum pro Portugallia, 7. Sept. 1747.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Divini Pastoris Matris,** dp. maj. in dioec. Rossani in Calabria.—Ordo 1888.

Dom. Ultima Aprilis.

F. **B. Mariae V. in Trivio Tusculi (Madonna di Capo Croce),** dp. 1 cl. in dioec. Tusculana (Frascati). — Ordo 1888; nunc fit ultimo Sabbato Aprilis. Sanctuarii B.M.V. in Trivio nunc curam habere Patres Salesianos praesens didici. Imago B.M.V. de Capo Croce movit oculos a. 1796. Alb. Vera Roma, 1897, p. 40.

Translatio Iconis B. Mariae V. tit. de Veterana, dp. 2 cl. Castellanae, dioec. Cupersanensis (Conversano) in Apulia, conc. 5 Sept. 1801.—Archiv.—Festum principale in ecclesia O. F. Minorum Castellanae agitur 12 Jan.—Ordo Cupersan. 1901.

F. **B. Mariae V. de Bono Consilio,** dp. maj. in dioec. Mutinensi (Modena), S. Angeli in Vado, Urbaniae, Eugubina (Gubbio), Cortonensi, Cataciensi (Catanzaro), Engolismensi (Angoulême) 1903 etc.—Cal.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in ecclesia O.F.M. Reform. Beneventi, in honorem iconis, quae ibi colitur.—S. Rit. C. 29 Sept. 1818 concessit unam Missam de Beata h. Dom. dicendam; 10 Apr. 1821 Missam solemnem Dom. I Maji; 22 Martii 1825 vero pro Dom. ultima Aprilis

ritum festi elevavit ad dp. maj.—Archiv.—Statua B. M. V. Gratiarum ex ecclesia S. Artelaidis translata in ecclesiam S. Laurentii exeunte saec. XV, incoronata est a. 1721 (3 Apr.). Post a. 1836 erectum est templum novum in honorem. S. M. Gratiarum.—Riccardi, IV, 1.

F. **B. Mariae V. de Pace** in Oratorio publico S. Mariae de Pace in civitate Aretina (Arezzo); omnes missae de Beata, e conc. 24 Julii 1802. —Archiv.

F. **B. Mariae V. de Misericordia** in civitate Paterni, dioec. Anconitanae, per Missam vot. sol. B. Mariae V.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Victoria,** in ecclesia Sodalium S. Crucis civit. Montalto di Castro d. Tarquinae in Italia; Missa vot. sol. de Beata e conc. 2 Mart. 1894.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. "della Laura"** in civitate Nicattaro, dioec. Barensis (Bari) in Apulia. — Omnes Missae de Beata, e conc. 24 Apr. 1894.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Succursu,** in villa Terriculi, dioec. Mathelicensis in Piceno. — Omnes Missae de Beata, ex indulto 15 Apr. 1869. — Ordo Mathelic. 1900.

F. B. Mariae V. Reginae Sanctorum Omnium et Matris Pulchrae Dilectionis, vulgo **de Capite (Cabeza),** Patronae Princ. Illiturgis (Andujar) in Hispania, dp. 1 cl. oct., concessum pro civitate 9 Martii 1909.—Archiv.—cf. 31 Maji.—Parva statua, "opus S. Lucae", Illiturgi celebrabatur; a. 714 a Christianis fugientibus abscondita inter rupes vallis "Cabeza", ubi, magna luce et campanae sonitu attractus pastor quidam, a. 1228, eam invenit, apparente eodem tempore Coeli Regina. Templum magnificum in inventionis loco exstructum est. N. Dna de Capite in Baetica eodem fervore colitur ac N. Dna de Columna in Aragonia, N. Dna de Monte Serrato in Catalaunia et N. Dna de Guadalupe in Extremadura. —Faci, 352.—De la Fuente 421.—Gump. 160.—Festum saeculo XVIII antiquum erat, agebatur vero in solo sanctuario, nunc vero in tota civitate 26 Aprilis.

Idem festum **B. Mariae V. de Capite** agitur h. d. Valdeornae in Aragonia, in honorem ectypi iconis Illiturgensis, allati a. 1600. Valdeornam, dioec. Caesaraugustanae (Zaragoza), peregrinatur Darocenses tempore siccitatis.—Faci 355.

Circuitus Iconis B. Mariae V. de Castello, cum Missa vot. sol. B. Mariae V. usque ad a. 1793 fiebat in civitate Provins, dioec. Meldensis (Meaux) in Gallia, in gratiarum actionem pro reducta civitate sub obedientia Henrici IV.—N. D. de France I 295.

B. Mariae V. tit. Pietatis f. per Missam vot. sol. B. Mariae V. de Pietate (e Missali Auxitano, 1658) agitur in civitate Gaillon dioec. Auxitanae (Auch) pro liberata civitate a peste, postquam imago S. Mariae Pie-

tatis per civitatis plateas portata est.—N. D. de France III 373.—Epist. e Gaillon missa.

Sabbato ultimo Aprilis.

F. **B. Mariae V. Incoronatae,** seu **ab Angelis Coronatae,** dp. 2 cl. in dioec. Laquedoniae (Lacedonia), in regno Neapolitano; dp. maj. in dioec. Compsana (Conza), Campaniae, Vigiliensi (Bisceglie), Acheruntina (Acerenza), Materensi, Tranensi (1830), Venusina, Melppictensi, S. Angeli Lombardorum etc.—Calend.—Monteviridi in dioec. S. Angeli Titul. propr. eccl., dp. 1 cl. oct. Complures in Apulia coluntur imagines sub titulo Incoronatae.—Sign. I 206.—Sign. Napoli II 242.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** Patr. Princ. Civitatis S. Severi, dp. 1 cl. oct. in Civitate S. Severi in Apulia tantum, in honorem iconis miraculosae.—Ordo 1888.

F. **B. Mariae V. de Trivio, vulgo "di Capo Croce",** Patr. Princ. Civitatis Tusculanae (Frascati). Cal. Tusculi approb. 26 Julii 1914.—Festum Sabbato assignatum est e Dom. ult. Aprilis.

Commemoratio B. Mariae V. in oppido S. Nicandri, dioec. Lucerinae per Missam vot. sol. B.M.V., conc. 12 Nov. 1806.—Archiv.

Memoria **B. Mariae V. Gratiarum,** Zungoli, dioec. Nolanae (Ariani?), in ecclesia O.F.M. Reformat., ubi imago recolitur prodigiis clara.—Omnes Missae de Beata, e conc. 10 Martii 1827.—Archiv.

Sabbato post 25 Aprilis.

F. **B. Mariae V. de Monteserrato,** Titulare ecclesiae Nationis Hispanicae Romae. — Cal. approb. a. 1914. — Archiv. — Dies assign. e Dom. post 25 Apr.—In Catalaunia vero dies a. 1914 assignatus est 27 Apr.

Dominica post 25 Aprilis.

F. **B. Mariae V. de Monte Serrato,** Patronae Princ. Cathalauniae, dp. 1 cl. oct. in omnibus Cathalauniae dioecesibus. Imago, "a S. Luca sculpta" et Barcinone (Barcelona) in honore habita, Saracenorum licentiae a. 718 subtracta, in praeruptis Montis Serrati latebris abdita est; ibi exeunte a. 880 a tribus pastoribus inventa est; sacellum exstructum a. 895 cum monasterio Benedictino. Festum concessum est a Leone XIII. Ectypa hujus iconis ubique in coloniis Hispanorum coluntur, unde festum variis diebus agitur etiam in America: dp. maj. h. d. in dioec. Bonaerensi (Buenos Aires), apud Missionarios Immaculati Cordis B.M.V.; dp. 2 cl. in Calendario Filiorum Immaculati Cordis B.M.V. 1900; dp. 1 cl. oct. in domo Soc. Jesu, Cienfueges, in Cuba insula, ubi ecclesia dedicata est N. Dnae de Monte Serrato; item Romae in ecclesia nationali Hispanorum Neapoli et Manilae in ecclesia propria.—Sanj. II 50.—Scherer 18.—Ricc. IV 508. De la Fuente 225, 377.—Gump. 4.—Beissel, Wallf. 463.

F. B. **Mariae V. de Bono Consilio,** dp. maj. in dioec. Praenestina (Palestrina) conc. a Pio VI Papa, die 10 Martii 1787; item in dioec. Pergolensi et Asculana (Picen.).—Cal. v. 25 Apr.

Dom. post 28 Aprilis.

F. B. **Mariae V. Liberatricis a Terraemotu,** dp. 2 cl. concessum est Patribus Mercedariis 8 Martii 1911. Simulacrum SS. Virginis de Mercede, Liberatricis a Terraemotu, e saeculo XVI colitur Quiti in ecclesia PP. Mercedariorum.—Archiv.—v. 28 Aprilis, quo die festum in dioecesi.

PASCHA RESURRECTIONIS DNI N. JESU CHRISTI:

dp. 1 cl. cum octava privilegiata, **solemnitas solemnitatum** (Martyrol. Rom.), **dominicus et primus dierum** (Pentec. Graec.).—Quamvis nexus inter pascha Legis antiquae et pascha Christianum sit realis et idealis-realis, quia Dnus crucifixus est primo die paschatis Judaeorum, idealis quia pascha Legis typus est festi Resurrectionis, tamen non evidenter patet, festivitatem Resurrectionis Christi saeculo primo celebratam esse in liturgia. Aevo subapostolico resurrectio Dni celebrabatur unaquaque die Dominica et ita hodiedum fit apud Armenos. Circa annum fere centesimum vero Mors et Resurrectio Christi sensim in liturgia agi coepit die speciali praeter memoriam Dominicalem. In Asia fiebat in Paschate Hebraeorum, die 14 mensis Nisan, i. e. die 14 lunae aequinoctii verni, qui dies interdum occurrebat ante aequinoctium. Alibi festum Resurrectionis agebatur in die Dominica post diem 14 lunae vernae, e. g. Antiochiae. Ne vero Christiani Pascha Judaicum imitare viderentur, Concilium Nicaeum a. 325 decrevisse videtur, in universa Ecclesia ab omnibus Pascha esse celebrandum Dominica post diem 14 lunae post aequinoctium vernale, secundum computum Alexandrinum. Quae lex non omnes difficultates sustulit, quia v. g. Alexandriae aequinoctium erat fixum ad 21 Martii, Romae ad 25 Martii. Romae limites festi erant 26 Martii et 21 Aprilis, Alexandriae 22 Martii et 25 Aprilis. Post plures variationes, lites et accommodationes (Buchberger, II 1258) cyclus Dionysii Exigui a. 525 publicatus instabilitati finem imposuit. Cum vero Britones calculum quendam obsoletum retinerent, controversia denuo exarsit saec. VI et VII (Moran, Discipline of the Early Irish Church, 1864; Thurston, Cath. Enc., V 228).

Primitus die Paschatis mors Dei potius, quam Ejus resurrectio celebrata esse videtur. Sed temporis decursu Pascha Staurosimon (Crucis) et Pascha Anastasimon (Resurrectionis) separatim agi coepta sunt. — Diem verum Dominicae Resurrectionis secundum Calendarium Julianum determinare multi frustra laboraverunt; v. 25 Martii. — Octava festi antiquissima est et privilegiata, excludens omnia festa, etiam 1 classis. — Apud Graecos in fine Laudum fit osculum paschale: omnes per ordinem ad altare procedunt et deosculantur primo evangelium, deinde Celebrantem, postremo se invicem.—Etiam extra ecclesiam in hoc festo ubicunque homines.

sibi occurrunt, se invicem osculantur in plateis et domibus. Unus dicit: **Christus resurrexit.** alter respondet: **Vere resurrexit.**—Specialis ritus diei Paschatis est, ut benedicantur carnes agni paschalis, necnon ova, caseus et lacticinia. In coena paschatis fit ritus cum panagia i. e. cum illo pane, qui quotidie elevatur in honorem Deiparae Virginis ejusdemque Assumptionis. Non autem manducatur ille panis, sed servatur usque ad Sabbatum sequens et solummodo tunc comeditur.—Canticum (troparium) quod Graeci iterum atque iterum concinunt tempore paschali est istud: "**Christus resurrexit a mortuis, morte mortem conculcans, et iis qui in monumentis erant, vitam elargiens.**"—In Paschatis festo apud Graecos solet episcopus canere evangelium: **"In principio erat Verbum"** intonando primam periodum, quam deinde variis linguis replicant, unus post alterum, ex sacerdotibus et diaconis, qui omnes adstantes, unus post alterum, usque ad ecclesiae januam protenduntur, ad denotandam praedicationem apostolicam per universum Orbem.—Kellner 29 ss.—Cath. Enc. V 224. — Nill. II 304. — Max. I 114.—Hilgenfeld, Paschastreit 1860.—Duchesne, Origines 235.—M. Lersch, Chronologie.—Buchholzer, II 1257.—Reinach, La Fête de Pâques, Paris, 1906.—W. W. IX 1128.

Feria II Paschatis.

Solemnis Manifestatio Dni N. Jesu Ch. Resurgentis, dp. 1 cl., concessum 2 Dec. 1902 cum officio et missa propriis tanquam festum titulare novae ecclesiae O. F. Minorum civitatis Emaus in Palestina. Celebratur hoc festo Apparitio Dni facta duobus discipulis in Emaus euntibus. Missa vot. de hoc mysterio quotidie (servatis rubricis) celebrari potest in sanctuario Emaus.—Off. et M. prop.

F. **B. Mariae V. de Barsento.** In Ordine Castellanetae in Apulia a. 1888 ad finem festi Paschatis haec habentur: " Hodie Procuratores et Deputati Capituli Cathedralis cantant Vesperas B. Mariae V. de Barsento et in crastina die (fer. 2 Paschatis) Missam ac II Vesperas."

Laudes B. Mariae V. (sicut 26 Dec.) h. d. peragi a Maronitis contendit P. E. Lauriol S.J. Berytensis apud Schuetz II 98.

Memoria **Iconis B. Mariae V. tit. Glykophiloussa (Sladkoe Lowsania, Dulcis Osculi)** in monasterio Philotheu Montis Athonis. Tempore Iconoclastarum CPoli a Victoria muliere imago projecta est in mare et ab undis in Sacrum Montem delata.—Sn. 750.—Episkiasis 87.

Feria III Paschatis.

F. **B. Mariae V. tit. Velox ad Audiendum,** agitur hac feria Moscoviae in ecclesia Sacri Montis Athonis, in honorem iconis depictae a prototypo celebri in monasterio Dochiar, in Monte Athone (Gorgoypekoos).—Shipman 406.

F. **Iconis B. Mariae V. Ibericae** agitur hac feria per processionem solemnem e monasterio Iberorum (in Monte Athone) ad oram maris et capellam exstructam in loco ubi Gabriel invenit iconem.—v. 12 Feb., 31 Mart., 27 Apr.—Mz. II 221.—Sn. 246 ss. et 751.

Feria IV Paschatis.

"**Dei Genitricis Mariae**" f. hac feria annuntiatur in Martyrologio Syriaco Rabbani Slibae, exeuntis saeculi XIII (Anal. Boll. XXVII 178); item in Codice Syriaco Vaticano 37, apud Nill. II 334. Etiam fer. IV Pentecostes apud Syros fit memoria SS. Dei Matris, i. e. Baptismi Ejus.

Feria V Paschatis.

F. **B. Mariae V. de Miraculis,** Corbettae apud Medionanum agitur per Missam vot. sol. B. Mariae V.—Corbettae imago Mariae se manifestavit 17 Apr. 1555, auditum conferens puello surdo et muto.—Ricc. V 133.

Feria VI Paschatis.

Miraculum B. Mariae V. Fontis Vivifici; festum quod agitur apud Graecos et Russos schismaticos, cum officio solemni composito a Nicephoro Kallistu saec. XIII v. Pentecostarium Graecum, 1888. — Mz. Fasten und Blumen-Troiodion, 765.—Fons indicatus est ab ipsa Deipara a. 450 Leoni Makello, postea Imperatori, qui a. fere 460 ibi ecclesiam aedificavit in honorem Deiparae de Fonte Vivifico. Haec ecclesia a Mohammetanis solo aequata est, sed a. 1834 reaedificata cum splendore; ad aquam fontis hauriendam undique concurrunt schismatici et ipsi Mohammetani. Nostro aevo templum Fontis Vivifici celeberrimum Deiparae sanctuarium est Graecorum schismaticorum in Urbe CPolitana. — Nill. II 335. — Sn. 751.— Gump. 585.

Dominica in Albis.

F. **Quinque Vulnerum** cum officio et Missa approbatum est(?) pro ecclesia B. V. Consolatricis civitatis Thermarum Himerensium (Termini) in Sicilia, 16 Martii 1805.—Archiv.

In variis S. Dei Genitricis sanctuariis hac Dominica in Albis Missa votiva B. Mariae V. saeculis praeteritis canebatur v. g. Messanae in ecclesia S. M. Novae (Borgo San Leone) teste Samperio p. 593.—Sbarris, in suburbio Rhegii (Calab.) adhuc ex vetere consuetudine h. d. in Missa Dominicae fit commem. B. Mariae V. de Itria. (Epistola.)

Apud Armenos haec Dominica vocatur "**Nor**", i. e. **Nova,** et celebratur hac die Vocatio Gentilium, vita nova gratiarum data gentilibus per Christi Resurrectionem. Armeni hac Dominica colebant olim festum **Imaginis acheropitae Edessenae** Domini Jesu Christi. — Dobschuetz, Christusbilder, p. 150.—Tondini 27.

Apud Graecos vocatur haec Dominica "**Dominica Thomae**": in Dominica II a Paschate celebramus Encaenia Resurrectionis Christi et S. Apostoli Thomae Tactum. (Dominica S. Thomae est festum Domini.)—Nilles II 341 ss.

Memoria **B. Mariae V. tit. Oserianae (Oserianskaja)** in Menol. Russico.—Imago extat in monasterio Kuriask apud Charcoviam in Russia; aliud festum 30 Oct.—Sn. 752.

Feria II post Dom. in Albis.

F. **SS. Sepulchri Dni N. Jesu Ch. Hierosolymitani,** dp. maj. in dioec. Culmensi prima die libera post Dom. in Albis.—Klein 47.

Apparitio Dni Matri Suae, dp. 2 cl. cum officio pulcherrimo, a B. Joanne Eudes composito, extat in Proprio Societatis Jesu et Mariae (Eudistarum) a. 1652. Dominum post resurrectionem suam primo Matri Suae apparuisse docent S. Ambrosius (1. 3. de virgin.), S. Anselmus (c. 6 de Excell. Virg.), S. Bonaventura (Medit. de vita Jesu Chr. c. 87) et multi alii scriptores ecclesiastici.—Oeuvres XI p. 366.—Bal. 161.—v. officium plenum de Gaudio B. Mariae V. in Resurrectione Filii e codice Graecensi saec. XV; Anal. Hymn. XXV 168.

F. **Exultationis B. Mariae V.,** dp. 2 cl. in dioec. Eborensi (Evora) in Lusitania, ex antiqua consuetudine usque ad saec. XV ascendente. Objectum hujus festi est: Exultatio Matris Christi in Filii Resurrectione. Off. est propriissimum cf. codicem Lusitanum in Bibl. Boll.—Hymni sunt paschales, sed antiphonae et responsoria de Beata. Idem festum Romae in ecclesia S. Antonii Lusitanorum, dp. 2 cl.—Off. pr. 1846. Bibl. Boll.—ordo Eborae 1907.—Schuetz I 241.

F. **Gaudiorum B. Mariae V.,** dp. 2 cl., simile praecedenti, sed cum officio diverso in dioec. Lusitanis: Lisbonensi, Egitana (Guarda), Lamecensi, Portuensi, Mirandae, Portallegri; item in plurimis Brasiliae dioecesibus et prov. eccl. S. Ludovici et Milwaukiensi (approb. 1897); v. 8 Apr. Jam agebatur hoc festum in civitate Lisbonensi saeculo XV vel XIV. Instituta est processio tempore pestis a. 1559 ad iconem B. Mariae V. Gaudiorum.—Pimentel 110.—Alibi idem festum aliis diebus.—Festum erat dp. maj. in Portugallia; ex decreto 23 Dec. 1662 elevatum est ad dp. 2 cl. —Archiv.—In reformatione Calendariorum a. 1913 et 1914 expungebatur hoc festum sed postea restitutum est e. g. pro dioec. Bracarensi, 14 Nov. 1917.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. de Arcos** agitur hac feria tanquam f. patronale civitatis Albalate, archid. Caesaraugustanae (Zaragoza). — Inventa est imago in pago Arcos, nunc destructo, prope Albalate; sanctuarium exstructum est in rupe in confiniis civitatis.—Faci II 64.

F. **B. Mariae V. tit. de Remediis,** Patr. Princ. Civitatis Fregenal, dioec. Augustae Pacis (Badajoz) in Hispania, dp. 1 cl. oct., e concess. 16 Febr. 1897.—Archiv.—Ordo Augustae Pacis 1902.

F. **B. Mariae V. Votorum (de Botos),** dp. 1 cl. oct. Patr. Princ. Civit. ' Puebla del Prior ", dioec. Augustae Pacis (Badajoz) in Hispania. —Cal. 1902.

F. **B. Mariae V. de Castello,** Patr. Princ. oppidi vulgo Cullero, dioec. Valentiae in Hispania. — Inventa est imago, pulsis Saracenis, sub Jacobo I. Confirmata est electio in Patr. Princ. 23 Oct. 1918. Officium ut in festis B. Mariae V.—Archiv.

F. **Gaudiorum B. Mariae V. vulgo de la Penha,** Patronae Principalis dioec. S. Spiritus in Brasilia. dp. 1 cl. cum oct.—Cal. approb. 15 Maji 1914.—Archiv.

F. **Patrocinii B. Mariae V. Miraculorum,** dp. 2 cl. in dioec. Lucensi (Lucca) in Etruria; in Cal. 17 Jan. 1914 approbato vocatur **Patrocinium B.M.V.** dp. 2 cl.; in officiis propr. S. Romani in civitate Lucae vocatur: **B.M.V. de Miraculis** (conc. 8 Apr. 1916). Imago in muro picta, 29 Martii 1588, miraculis se manifestavit, unde translata est in ecclesiam S. Petri et institutum festum B. Mariae V. de Miraculis agendum hac feria, qua respublica Lucensis memoriam agebat recuperatae libertatis (a. 1430); die 18 Jan. 1847 sub titulo Patrocinii (2 cl.) extensum est festum ad archidioecesim. Imago S. M. Miraculorum colitur nunc in ecclesia S. Romani.—Guerra 153.—Ricc. II 204.—Propr. Lucense.

F. **B. Mariae V. tit. Gratiarum,** dp. 1 cl. oct. Patr. Princ. Tutini in dioec. Uxentina (Ugento).—Cal. Uxent. 1901.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. Consolatricis Afflictorum,** dp. 1 cl. oct. Titul. Ecclesiae III Ord. S. Francisci in civitate Agrigentina in Sicilia.—Ordo III Ord. Romae 1869. Bibl. Boll.—Concessum est 24 Nov. 1691.—Anal. Jur. Pont. VIII decr. 2451.

F. **B. Mariae V. Lauretanae,** patronale sanctuarii homonymi in oppido Conliège dioec. S. Claudii in Gallia. Imago inter rupes inventa est saec. XVII et in loco inventionis exstructum est sanctuarium.—N. D. de France VI 479.

Inventio Corporis S. Annae Matris B.M.V., dp. maj. in Proprio Aptensi 1877.—Corpus S. Annae secundum traditionem Gallicanam tempore S. Helenae Aptam Juliam in Gallia translatum Hierosolymis, bellorum tempore occultatum, miraculose inventum et praesente ipso Carolo Magno Imperatore elevatum est. Festum antiquum est et celebrabatur cum octava.

Feria III post Dom. in Albis.

F. **B. Mariae Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Calatayeronis (Caltagirone) in Sicilia.—Ordo 1888 et 1908.

F. **B. Mariae Gratiarum,** Spezzani, dioec. Rossanensis in Calabria. —Annuario Cattolico 1924, p. 532.

F. **B. Mariae de Misericordia,** Genuae in ecclesia S. Pancratii, per Missam vot. sol. B.M.V. ex indulto a. 1905.—Archiv.

Feria V post Dom. in Albis.

F. **SS. Corporis Christi "primo",** dp. 1 cl. in archid. Goana in Indiis Orientalibus.—Off. propria 1921.—Goae praeter f. Institutionis SS. Sacramenti, 24 Martii (dp. 2 cl.) etiam haec Commemoratio celebratur. idem festum in Ernakulam, Malabariae, in Indiis Orientalibus. — Ordo Carmel. Prov. Navarrae 1914. — Alibi, in Lusitania, impedito festo 24 Martii, officium transfertur in hanc feriam.—cf. Calendaria.

F. **Vitae Interioris D. N. Jesu Christi,** solemne majus cum oct.—Off. propria Seminarii S. Sulpitii, Parisiis, 1771.

Feria VI post Dom. in Albis.

F. **SS. Lanceae et Clavorum,** seu **Armorum Dni,** dp. 2 cl. Sacra lancea et unius clavi fragmentum insignia sunt Imperii Romani. Saltem lancea spuria esse videtur.—Concessum est festum 13 Feb. 1353 pro Germania et Bohemia, in memoriam translationis insignium regni Nureburgam unde in alias regiones transiit, etiam in Italiam. E cultu Vulneris in Latere Christi, post visiones SS. Gertrudis et Mechthildis et aliorum, in Germania oriebatur cultus SS. Cordis Jesu, hasta perforati.—Richstaetter, p. 238 ss. Nostro aevo repositum est festum Lanceae et Clavorum in Quadragesima, sed ante reformationem Calendariorum feria ista celebrabatur Coloniae (Köln), Augustae Vindelicorum (Augsburg) Friburgi, Moguntiae (Mainz) Vindobani (Wien) in ecclesia Scotorum, Genuae, Hydrunti (Otranto), Bahiae in Brasilia, Pistoriae (Pistoja), Mazariae, in Ordine Militari Teutonico etc. — Rohault 165, 274. — Treviris (Trier), abrogato Breviario proprio Trevirensi in Proprio Romae approbato (1876) commemorationi Lanceae et Clavorum additur festum **Tunicae Domini;** nunc vero f. Tunicae agitur Dom. IV post Pascha, f. Lanceae et Clavorum feria VI post Dom. I Quadragesimae. In Calendario Moguntino 1912 festum retinuit titulum antiquitate venerabilem "**Armorum Christi**", dp. 2 cl. In recentioribus Calendariis festum SS. Lanceae et Clavorum retentum est pro feria VI post Dom. in Albis: dp. 2 cl. Coloniae (Approb. 28 Maji 1914) et Bambergae dp. maj., Pistoriae (16 Junii 1914) et in Ordine militari B.M.V. a Domo Teutonica (23 Junii 1914) dp. maj. —Buchb. II 560.—W. W. VII 1419.—Guérin XVI 219.—Rohault 274.

F. **Clavorum Dni,** dp. maj. in dioec. Nanceiensi secundum Cal. approb. 3 Apr. 1914.—Ordo 1919.

F. **S. Clavi D. N. Jesu Ch.,** dp. 1 cl. in Brev. Tullensi 1813.—Bibl. Insulensis.

F. **Spinarum Coronae Dni,** dp. maj. in Proprio Picini (Pavia) 1915.—Archiv.

F. **Spineae Coronae Dni,** dp. maj. ante reformationem Calendariorum agebatur hac feria in dioec. Malacitana (Malaga, 1900) et Carthaginensi (dp. 2 cl. 1889) in Hispania, Capuana, Vercellensi (1914) et Montis Regalis in Italia, Conimbricensi (Coimbra), Lamecensi et Visensi in Lusitania, Sagiensi (Séez) et S. Brioci in Gallia, Namurcensi in Belgio, in Ordine Carmelitarum, Antiochiae in America (1889) etc.—Calendaria.

F. **Imaginis SS. Crucifixi,** dp. maj. in dioec. Auriensi (Orense) in Hispania, in honorem iconis Dni pendentis in Cruce, prodigiis clarae, quae in processione defertur.—Cal. Hispan. 1718.—Ordo Auriens. 1908.

F. **SS. Salvatoris,** dp. maj. in dioec. Ruthenensi (Rodez) in Gallia. —Cal. Ruthenense approb. 15 Apr. 1914.—v. Dom. II post Pascha.

F. **Quinque Vulnerum Dni,** ante reformationem Calendarii dp. 2 cl. agebatur a monialibus S. M. de Fontrevault, 1910; dp. maj. in dioec. Ravennae.—Propr. off. 1886.

F. **Sepulchri Dni N. Jesu Ch.,** dp. maj. apud Passionistas (1914), in Congreg. Scholarum Piarum, Societate Jesu et Mariae, in Societate Mariae, Catacii in Calabria, Placentiae, Suessae in regno Neapol., S. Ludovici in America Sept. v. Dom. II post Pascha. Hoc festum est Titulare Cathedralis Aquipendiae (Acquapendente); Cal. approb. 23 Jan. 1914.—Rohault 287.

Susceptio S. Hostiae Miraculosae, dp. maj. (postquam eam Judaeus violavit), Parisiis in eccl. S. Joannis (en-Grêve).—Off. pr. 1742. Bibl. Musaei Brit.—v. Dom. II Quadrag. Fer. V post Dom. in Albis et Dom. II Adventus.

Apparitio Dni Matri Suae, dp. maj. inter officia propria monialium O.S.B. Adorationis Perpetuae in Gallia 1827.—Bibl. Boll. et Archiv.—Ab Eudistis primo celebrabatur a. 1652; transiit ad moniales O.S.B. a. 1668. —Oeuvres XI, 167.—Schuetz I 241.—v. fer. II post Dom. in Albis.

Commendatio gloriosae Virginis in Brev. S. Severi Erfordiae 1518.—Item in Brev. Monasteriensi a. 1597.—Bibl. Campi Sancti Teuton. Romae.

Compassio B. Mariae V., dp. 2 cl. in abbatia Birgittanarum apud Chundleigh, dioec. Plymouthensis. Cal. appr. 1906. — Archiv. — Idem festum olim Leodii (Liége). — Colv. I 206. — Item in Brev. Bremensi (1511) et Slesvicensi (1512).—Grotefend, II 18 et 164.

F. **B. Mariae V. de Spasmo** saec. XVI fieri solebat Messanae in ecclesia B. Mariae V. Annuntiatae nationis Catalaunorum. Sed tempore Samperii (saec. XVII) periit festum, cum numerus Catalaunorum Messanae degentium decresceret.—Sampieri 618.

Sabbato post Dom. in Albis.

Solemnitas Dni N. Jesu Ch. Boni Pastoris, Titul. Cathedr. Mallacci in Indiis Orientalibus, dp. 1 cl. cum oct. et off. proprio, hoc Sabbato praecedente Dominicam Boni Pastoris. Ordo Seminarii Missionum Paris. 1920.—Archiv.—v. Dom. II p. Pascha.

S. Sepulchri Dni, dp. maj. Cal. Ordinis Militaris B.M.V. a Domo Teutonica, approb. 23 Junii 1914.—Archiv.

Incoronationis B. Mariae V. de Populo Mutinensi, dp. 1 cl. oct. Mutinae (Modena) in ecclesia propria C. SS. Redemptoris.—Ordo S. SS. R. Prov. Rom. 1908; dp. maj. in dioec. Mutinensi.—Imago depicta est ab icone B.M.V. de Vita Bononiensi (Bologna, 10 Sept.) a. 1614, et cultui exposita Mutinae in atrio ecclesiae S. Georgii; a. 1649 translata est in ecclesiam propriam et incoronata 4 Apr. 1673. — F. est dp. maj. in Cal. Mut. appr. 1 Dec. 1913.—Casoli 106.

Alterum festum **Maternitatis B. Mariae V.,** dp. maj. pro clero Modoetensi (Monza) in Lombardia.—Cal. propr. a. 1847. Bibl. Boll.—Primum festum agitur Sabbato ante Dom. IV Quadragesimae; ibidem f. **Puritatis** Sabbato ante Palmarum.

F. **B. Mariae V. Incoronatae,** dp. maj. in Cal. Provinciae Tranensis 1830.—Archiv.

F. **Gaudiorum B. Mariae V.** cum officio propriissimo habetur inter festa Congregationis Monialium O.S.B. Adorationis Perpetuae in Gallia, 1827.—Bibl. Boll.—Archiv.

F. **Dolorum B. Mariae V.,** dp. maj. inter festa propria Canonicorum S. Hierosolymitanae Ecclesiae Custodum Sepulchri Dni 1674.—Archiv.—Bibl. Boll.

F. **B. Mariae V. Divini Pastoris Matris,** ritu M. Maj. celebratur in monasterio Cisterciensi Lerinensi. — Ordo 1898. — Item, post reformationem Calendarii dp. 2 cl. apud Capuccinos (Cal. 22 Junii 1914) et in archid. Hispalensi dp. maj.—Cal. 10 Feb. 1914.

F. **B. Mariae V. de Podio,** dp. 2 cl. in civitate Barbastri in Aragonia.—Cal. 9 Maji 1914.—v. Dom. II post Pascha.

F. **B. Mariae V. tit. del Puerto,** Patr. Princ. civitatis Placentiae (Plasencia) in Hispania, dp. 1 cl. cum oct.—Cal. approb. 27 Martii 1914. —F. assignatum huic feriae e Dom. II p. Pascha.—Archiv.

F. **B. Mariae V. del Pueblito,** dp. 2 cl. in Ordine Queretari in Mexico, 1919.—v. Dom. IV p. Pascha.

F. **Compassionis B. Mariae V.** in Brev. Skarensi 1498 et Strengnensi in Suecia, 1495. — Grotefend II; item Trajecti ad Mosam; festum triplex in conventu Lossensi in Belgio (Off. pr. S. Odulphi Lossensis

1775); item in Proprio Birgittanarum O. S. Salvatoris, dp. 2 cl. a. 1769, 1906 et 1908 in Brev. Ord. SS. Salvatoris.—Bibl. Boll.—Colv. I 206.

F. **B. Mariae V. de Foroveteri,** dp. 2 cl. Lugduni in Cal. approb. 26 Feb. 1914; cf. Cal. 1915 et 1920. v. 19 Apr.—Item e 19 Apr. ad hanc feriam translatum est festum pro Societate Missionum Lugdunensium.—Cal. 13 Dec. 1920.

F. **B. Mariae V. de Misericordia,** dp. maj. in dioec. S. Jacobi de Chile in America Meridionali.—Propr. 1889 et 1902.

Incoronatio B. Mariae V. de Valle Catamarcensi, Patr. Princ. Dioec. et Titul. Cathedralis Catamarcensis et Patr. Princ. dioec. et provinciae Tucumanae, in Argentina.—Cal. approb. 31 Maji 1914; dp. maj. alibi in Argentina.—Archiv.—v. Dom. II post Pascha.

Dominica II post Pascha.

F. **Dni N. Jesu Christi, tit. Boni Pastoris,** dp. 1 cl. cum oct. in loco de Wassenaar, dioec. Harlemensis, prope Hagam-Comitis, Hollandiae urbem. Parochiae ibi recenter fundatae impositus est titulus Boni Pastoris. Pius XI Papa votis parochi annuens, declaravit, festum titulare hujus ecclesiae Boni Pastoris quotannis esse recolendum Dom. II post Pascha, sub ritu duplici I cl. et octava, cum officio et missa propriis, quae de dicta Dominica leguntur in Breviario et Missali Romano. Die 26 Martii 1924.—Acta Ap. Sedis, 1 Maji 1924, p. 199.—v. Sabbat. ante hanc Dominicam.

F. **SS. Sepulchri Dni N. Jesu Ch.,** Titulare Cathedralis Hierosolymitanae, dp. 1 cl. oct.—Cal. Hierosol. 1910; dp. 2 cl. in Terra Sancta et in dioec. Herbipolitana (Würzburg); dp. maj. apud Patres O.F.M., in universa Polonia et Silesia, cum officio approb. 5 Feb. 1774, apud Patres CC. RR. Passionis et Crucis Dni, Congreg. Pret. Sanguinis, Oblatorum Mariae Immac., in dioec. Burgi S. Sepulchri et alibi. Festum jam medio aevo celebrabatur; dp. 1 cl. cum oct. secundum constitutiones Ordinis S. Sepulchri approb. a Sixto V, 14 Dec. 1586 (Off. prop. pour les Religieuses du Saint-Sepulcre de Jerusalem, Charleville, Reims, 1720; officium diversum est ab hodierno officio; in rubricis officii sermo est de "antiqua et laudabili consuetudine ecclesiae Hierosolymitanae"); dp. 1 cl. oct. etiam inter festa propria Canonicorum S. Hierosol. Eccl., Custodum S. Sepulchri Dni, Leodii 1674. — W. W. V 967. — Buchberger, I 1759. — Schuster-Holzammer II 512.—Rohault, 281.

Festum Ecclesiae Universae (Ashkharamatran) in fundatione primae ecclesiae in Coenaculo Montis Sion, agitur h. d. ab ecclesia nationali Armenorum.—Tondini 27.—Vocatur Dominica **Kanatch,** i. e. **viridis.** —Nill. II 561.—Schuster-Holzammer II 402.—Ecclesia Sancta Sion sive Apostolorum a. 126 inventa est incolumis ab Hadriano Imperatore. Ibi SS. Sacramentum instituit Dominus, ibi apostolis apparuit; ibi effusus est

Spiritus Sanctus; ibi erecta est Cathedra S. Jacobi apostoli. Annis 1102-1103 in ejus loco crucigeri stilo gothico magnam extruxerunt ecclesiam, quae destructa est a. 1244. Anno 1305 ruinas a Mohammetanis redemit Robertus, Siciliae Rex, qui ecclesiam restauravit et tradidit Franciscalibus. E saeculo XVI Saraceni eam occupant.

F. **Reparationis Injuriarum SS. Eucharistiae Illatarum,** solemne; inter officia propria eccl. S. Mederici, Paris, 1761.—Bibl. Musaei Brit.

Apparitio Dni Mariae Magdalenae facta (hora matutina diei Resurrectionis) dp. maj.; conc. pro ecclesia S. Mariae Magdalenae, Parisiis tanquam festum Dni, 7 Julii 1896.—Archiv.

F. **N. Jesu Christi Spinis Coronati,** dp. 2 cl. cum oct. Scigliani, dioec. Neocastrensis (Nicastro) in Calabria; alibi in dioec. dp. maj. 7 Jan. 1815. Scigliani recolitur spina de Corona Dni.—Archiv.—Ordo 1888.

F. **SS. Spinarum de Spinea Corona,** dp. 2 cl. in dioec. Collensi in Etruria.—Cal. 1910.—Coluntur ibi in Cathedrali duae spinae de Corona Christi.—Rohault 217.

S. Spineae Coronae f. in XV Paschae, secundum Cal. Valentinense (in Gallia) 1504. — Weale I 258. Item inter off. pr. Valentiae, 1664. Bibl. Boll.

F. **SS. Redemptoris,** dp. 2 cl. in dioec. Pisciensi (Etruria).—Ordo 1912.—Etiam pro dioec. Cataciensi (Catanzaro) festum istud assignatum est Dom. II post Pascha, 17 Aug. 1830.—Archiv.

F. **SS. Salvatoris,** dp. 2 cl. cum officio speciali, in dioec. Ruthenensi (Rodez).—Cal. 1911.

Officium SS. Sacramenti, dp. 1 cl. in dioec. Clusina (Chiusi) et Pientina (Pienza).—Cal. 1905.—Off. concessa pro Etruria post Pium VII. Bibl. Boll.

F. **Sudarii Dni,** dp. maj. in Brev. Sarlatensi 1677 **(Ostensio SS. Sudarii, Caduini)**.—Ordo Sarlat. 1780.—Anal. Hymn. Sequentia de Sudario e Missali Manuscripto Lemov. saec. XV.—Acceptum est Sudarium istud a. 1098 Antiochiae ab Adhemaro episc. Aniciensi, quo demortuo a crucigeris allatum est Caduinum in dioec. Sarlatensi (nunc Petrocordiensi). Die 5 Sept. 1866 denuo cultui expositum est.—Rohault 237.

F. **Quinque Vulnerum Dni N. Jesu Christi** invenitur in Proprio antiquo monialium Fontis Ebraldi.—Bibl. Boll.

F. **SS. Hostiae Miraculosae,** dp. maj. in dioec. Bredae in Hollandia; dp. 2 cl. oct. in ipsa civitate Bredana.—Anno 1300 inventa est S. Hostia apud Clondertum; 14 Martii 1449 Bredam translata est.—Off. prop.

F. **Mannae et aliarum Reliquiarum,** dp. cum oct. Atrebati (Arras) in Cathedrali. — Institutum est hoc festum a. 1287 a Guilelmo de Isiaco episcopo; nostro aevo non amplius celebratur. Inter reliquias invenitur "Manna" (de pane, quo in deserto Deus nutriebat populum suum.), velum et cingulum B. Mariae V.—Colv. h. Dom.

F. **SS. Familiae,** dp. 2 cl. in universa Canada.—Antiquius est festo a Leone XIII instituto; approbatum est officium pro dioec. Marianopolitana (Montreal) 23 Mart. 1865; ad totam provinciam Quebecensem extensum est 1 Junii 1865.—Off. pr. Canadae, 1890.

F. **Exultationis B. Mariae V.,** dp. 2 cl. habetur in Calendario Macaonensi (China) a S. R. C. a. 1894 approbato. Insuper in eodem Calendario f. Gaudiorum B. Mariae V. fer. II post Dom. in Albis. In Ordine Macaonensi 1908 f. Exultationis deest. — v. fer. II p. Dom. in Albis.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Margaritis (Imperlata),** dp. 1 cl. oct. Titul. ecclesiae homonymae in monasterio del "Cancelliere", Panormi. — Ordo eccl. Ord: Monialium S. Benedicti civit. Panormi 1874. Bibl. Boll.— Aedificata est ecclesia a. 1171 a Matthaeo de Ajello, cancellario Guillelmi Regis Siculorum.—Gump. 658 (qui perperam dicit, f. agi Dom. III post Pascha).

F. **B. Mariae V. de Oropa,** dp. maj. in dioec. Taurinensi 1892.— v. Dom. II Maji et Dom. ult. Aug.—Statua lignea S. M. de Oropa ex a. 1895 colitur Taurini in ecclesia SS. Angelorum Custodum.—Colomiatti 28.

F. **B. Mariae V. de Burgali,** dp. 2 cl. cum officio proprio in dioec. Montis Falconis (Montefiascone) in Etruria.—Ordo 1895.

F. **B. Mariae V. de Remedio,** dp. 1 cl. oct. Genuae in ecclesia propria Collegiata, 1873.—Archiv.

Solemnitas B. Mariae V. de Populo, Patronae Princ. Civit. et Dioec. Caesenae dp. 1 cl. oct. — Cal. Caesen. 1898 et 1905. — Imago in fronte Cathedralis colebatur, deinde in ipsam ecclesiam translata est. Die 3 Junii 1782 a Pio VI coronata est, et concessum festum 24 Junii 1782, festum coronationis a. 1814.—v. 3 Junii.—Ricc. II 329.—Die 23 Febr. 1916 festum suae Dominicae restitutum est.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. Regina Coeli,** dp. maj. in oratorio S. Philippi Nerii, civitatis Termini, archid. Panormitanae; ex indulto 17 Feb. 1824. —Archiv.

F. **B. Mariae V. de Gratia,** Rhodigii (Rovigo) in dioec. Adriae, dp. 2 cl. oct. in ipsa dioec. Adriae dp. maj.—Rhodigii f. translationis iconis 17 Feb.—Ordo 1888 et Ordo 1823. Archiv.

F. **B. Mariae V. de Misericordia,** dp. maj. h. Dom. "Misericordias Domini", in honorem iconis miraculosae concessum est dioec. Asculanae

(in Piceno), ritu dp. 2 cl. die 9 Nov. 1817.—Ordo Ascul. 1897.—Archiv. —Idem festum in dioec. Altodunensi (Montalto), dp. maj.—Ordo 1888.

F. **B. Mariae V. de Bono Consilio,** dp. maj. in dioec. Balneoregii (Bagnorea) e decr. 18 Dec. 1884. Item in Congr. Helveto-americana O.S.B.—Ordo 1901.—v. 26 Aprilis.

F. **B. Mariae V. Matris Divinae Gratiae de Arcu,** dp. 2 cl. conc. 11 Dec. 1903 toti provinciae Neapolitanae O. Praed. — Concessum est a. 1908 pro dioec. Nolana, dp. maj., pro clero S. Anastasiae dp. 2 cl.— Archiv. S. R. C. — Miraculum primum quod feria II Paschatis a. 1500 evenit, Nicolaus Capasso a. 1716 his versibus refert:

"Longius intendens, tiliam quatit irritus ictu
Lusor, et inde globo Virginis ora ferit.
Illa cruore madet, saxi riget impius instar,
Et ludi metam comperit esse crucem."

Anno 1590 novis infulsit miraculis imago ab Arcu, unde sanctuarium exstructum est et a. 1595 traditum Praedicatoribus. v. 18. Apr.—Sign. Nap. II 138.—Sign. II 174.—Ricc. III 25.—Gump. 216.

F. **B. Mariae V. de Misericordia** (Savonensis), dp. maj. in dioec. Cunei (1894 et 1912) et Albae in Pedemonte, ass. e 18 Mart.—Ordo 1900. —Item in oratorio S. M. de Misericordia civit. Bastiae in Corsica.—N. D. de France VII 115.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in universa Liguria. — Hoc festum primo concessum est 16 Nov. 1838 pro clero Leginae in suburbio Savonae et, 7 Junii 1839 assignatum Dom. II post Pascha. Genuae hujus festi "statio" est in ecclesia S. Mariae Gratiarum "al Molo" et S. Petri de Arena; aliud sanctuarium celebre S. Mariae Gratiarum est juxta Clavarim (Chiavari).—Archiv. — Settim. Relig. 1901.—Gump. 260.—Pitto, I, 205.

F. **B. Mariae V. Gratiarum Matris,** dp. maj. concessum est pro dioec. Clodiensi (Chioggia) in prov. Venetiana, 3 Aug. 1839 cum officio proprio.—Archiv.—Imago colitur Fasanae, ubi f. est dp. 1 cl. oct.—Ordo Clodiae 1868 et 1894.

Solemnitas B. Mariae V. Perdolentis a Salve, Patr. Princ. dioec. Alexandrinae in Pedemonte, dp. 1 cl. oct.—Statua lignea Spasmi B. Mariae V. colebatur Rovereti; sed fundata nova civitate ab Alexandro III Papa, imago translata est in Cathedralem. Vocatur "a Salve", quia coram ea ex anno 1489 omni Sabbato cantatur antiphona "Salve Regina". Incoronata est a. 1878.—Colom. 210.—Beissel Wallf. 398.—dp. maj. Ordo Alexandriae 1901.—cf. Dom. ult. Maji.

F. **B. Mariae Gratiarum** Bugellae (Biella) in Pedemonte.—Ordo 1889 et 1899.—Idem festum in dioec. Tergestina (Trieste).—Klein 47.

F. **S. Mariae Palmae,** Patronae Princ. terrae Palmaricii (Palmariggi), archidioec. Hydruntinae (Otranto), dp. 1 cl. oct.—Off. Propr.—Ordo Hydrunt. 1899.

F. **S. Mariae Gratiarum,** Titul. ecclesiae Ord. SS. Trinitatis Discalc. in conventu Montis Soractis.—Cal. O. SS. Trin. Prov. Romanae 1868.—Bibl. Boll.—Idem festum B. Mariae V. Gratiarum in Monte Soracte, dp. maj. in pago S. Aedisti.—Cal. abbatiae nullius SS. Vincentii et Anastasii ad Aquas Salvias 1828 et 1847.—In Monte Soracte colitur imago celeberrima S. M. Gratiarum.—Concessum est festum 11 Julii 1827.—Archiv.—Cal. 1847.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. Romae in basilica S. M. Majoris, ubi recolitur imago S. M. Gratiarum.—Cal. 1885 et 1898.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. Romae in insigni basilica S. M. tit. Reginae Coeli.—Ordo 1887; ibidem Dom. III Nov. f. S. M. Humilitatis dp. maj.; et f. S. M. de Monte Carmelo dp. 1 cl. oct.

Dedicatio S. Mariae de Capella, dp. 1 cl. sub officio B. Mariae V. in ecclesia homonyma, Trani in Apulia; in dioec. vero dp. maj., 27 Apr.—Ordo Trani 1888.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. 2 cl. in archidioecesi Bononiensi (Bologna) Off. pr. Ordo 1890 et 1903.—Colitur ibi imago miraculosa in sanctuario homonymo.—Annuario Cattol. 1924, p. 441.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. maj. in dioec. Sutrina et Nepesina (Nepi) in honorem iconis, quae Canali in dioec. Sutrina colitur Dom. IV Sept.—Ordo Sutrin. 1890.

F. **B. Mariae V. de Sterpeto,** dp. 2 cl. ex voto celebratur h. D. in civitate Baruli, archid. Tranensis in Apulia. — v. Acta S. Sedis, vol. 39, 15 Mart. 1906.

F. **B. Mariae V. de Valle Viridi,** Patronae Corneti, dp. 2 cl. cum oct. in dioec. Corneti; in ecclesia homonyma, dp. 1 cl. cum oct. — Ordo 1901.—Per decretum 16 Martii 1915 affixum est 20 Aprilis. Corneti apud sanctimoniales SS. Crucis et Passionis f. **B. Mariae V. de Burgali et de Valle Viridi,** Dom. II post Pascha, dp. 2 cl. unico festo collectivo.—Ordo Passion. 1911.

F. **B. Mariae V. del Glorioso,** dp. maj. Proprium Septempedanum (San Severino) 1847.—Archiv.—v. 22 Apr.

F. **B. Mariae V. de Lacte,** dp. maj. Off. propr. in civitate et dioecesi Aliphana (Alife).—Ordo 1895 et 1901.

F. **B. Mariae V. de Misericordia,** dp. 1 cl. oct. Messanae in ecclesia III Ordinis S. Francisci Discalc.—Imago ostendit Filium post Resurrectionem Matri apparentem. — Sampieri 260. — Cal. III Ord. Romae 1869. Bibl. Boll.

F. **B. Mariae V. de Agricultura (Cultura)** Patr. Princ. Parabitae, dioec. Neritonensis (Nardò) in Apulia, dp. 1 cl. oct. (Ordo O. F. Min. prov. Lyciensis 1901) in ipsa ecclesia homonyma.—Pro civitate vero translatum est festum ad Dom. IV post Pascha, per decr. S.R.C. a. 1899.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Perpetui Succursus,** dp. maj. in dioec. Apuana (Pontremoli) in Italia.—Archiv.—Cal. 1910.—Item in dioec. Verularum.—Ordo 1888.

F. **B. Mariae V. tit. Indulgentiarum,** Titul. ecclesiae O. F. Minorum Conventus Casalucensis, dioec. Aversae Prov. Terrae Laboris Neapol., dp. 1 cl. oct.—De quo festo decretum S.R.C. 24 Feb. 1911.—Acta Sed. Apost., Vol. III, num. 4, p. 135.

F. **B. Mariae V. de Cotrino,** Titul. ecclesiae et sanctuarii de Cotrino, dioec. Uritanae (Oria), dp. 1 cl. oct. In oppido Cotrino vero dp. 2 cl. ex indulto 11 Dec. 1907.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Sanguine,** nuncupatae **" die Rhè ",** dp. maj. in dioec. Novariensi.—Cal. 1905. Bibl. Domus Pustet.—Die 29 Apr. 1494 imago B. Mariae V. depicta in fronte ecclesiae S. Mauritii civitatis Rhè, saxo impetita ab aleatore, sanguinem fudit.—Colomb. 246.—Ricc. V 105.—Festum nunc agitur die 29. Apr.

F. **B. Mariae V. de Capite Columnarum,** Patr. Princ. Dioec. Crotonensis in Calabria, dp. 1 cl. oct.; a. 1911 huic Dominicae assignatum e Dom. infra Oct. Ascensionis.—Archiv.—Sign. Nap. II 319.

F. **B. Mariae V. de Pietate,** dp. maj. in dioec. Andriae, in Apulia.—Ordo 1834.

F. **B. Mariae V. Consolatricis Afflictorum,** dp. maj. pro dioecesi Ferentina concessum die 18 Nov. 1852.—Archiv.

F. **B. Mariae V. titulo Auxilii Agonizantium,** dp. maj. in dioec. Uritana, 1836.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Pietate** in civitate Zeitun, dioec. Melitensis (Malta); omnes Missae de Beata, ex indulto 27 Jan. 1893.—Archiv.

Commemoratio **B. Mariae V. de Annuntiatione** fit antiquitus h. D. in parochia Montis Gratiarum, dioec. Albengae in Liguria, per Missa vot. sol. Annuntiationis B.M.V. ex indulto 10 Apr. 1893. Est ibi sanctuarium B. Mariae V. Gratiarum ab equitibus Templi exstructum.—Archiv.

Commemoratio **B. Mariae V. Longobardorum** per Missam vot. sol. B. Mariae V. in sacello oppidi Ferento, dioec. Venusinae (Venosa).—Epistol. e Venusia accepta, a. 1888.

Commemoratio **B. Mariae V. de Monte Serrato** per Missam vot. sol. B.M.V. in sanctuario B.M.V. de Monte Serrato, civitatis Spinatiolae, dioec. Venusinae in Apulia.—Epist. e Venusia accepta.

Memoria **Annuntiationis B. Mariae V.** fit h. Dom. per omnes Missa de Beata in Regali Educatorio S. Monicae, Florentiae in Etruria, e conc. 10 Martii 1827.—Archiv.

Memoria **B. Mariae V. de Lacu** fit h. Dom. in sanctuario loci Garbagna, dioec. Derthonensis; omnes Missae de Beata h. Dom. et novem diebus ante Assumptionem Mariae; indult. 9 Julii 1890.—Archiv.

Commemoratio B. Mariae V. fit per omnes Missas (de Beata), Montespini, dioec. Ariminensis (Rimini), in ecclesia archipresbyterali S. Pauli, e privil. 9 Dec. 1823.—Archiv.

Memoria **B. Mariae V. de Succursu** in Burgo S. Petri, dioec. Bononiensis (Bologna). Missae omnes de Beata et processio in memoriam translationis iconis ex ecclesia S. Petri in ecclesiam S. Rochi. Indult. 27 Apr. 1892.—Archiv.

Memoria B. Mariae V. fit h. Dom. per Missam vot. sol. B.M.V. Bergomi in ecclesia Annuntiationis B.M.V., ex decr. 20 Maji 1896.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. Salutis** h. Dom. celebrari Romae in eccl. SS. Cosmae et Damiani, saltem per M. votiv. B.M.V., v. Diario Rom. 1921, p. 167.

F. **Imaginis Miraculosae B. Mariae V.** Bergomi in ecclesia S. Laurentii per Missam vot. sol. B.M.V. ex decr. S.R.C. 11 Maji 1899.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Refugio,** Lucae in ecclesia S. Michaelis ad Forum, per Missam vot. sol. B.M.V. e decr. S.R.C. 27 Martii 1903.—Archiv. — Extat statua B.M.V. tit. "Salus Populi" in foro ad eccl. S. Michaelis.—Guerra 108.

Memoria **B. Mariae V. Dolorosae;** pro ecclesia S. Laurentii pagi Piccorana dioec. Lucae (Lucca), con. 18 Julii 1827. Missa sol. Matris Dolorosae.—Archiv.

F. **Gaudiorum B. Mariae V.,** dp. 2 cl. in Societate Mariae, in prov. eccles. SS. Salvatoris de Bahia, Belem de Parà et Fluminis Januarii in Brasilia; in archid. SS. Salvatoris de Bahia et in dioec. Alagoensi in Brasilia dp. 1 cl. oct. quia titularis Cathedralis; item dp. maj. apud Piaristas, Missionarios B.M.V. de la Salette, Missionarios S. Joseph (1911), in dioec. Tehuantepecensi, Campecorensi in Mexico et alibi.—Calend.

F. **B. Mariae V. de Misericordia**, dp. maj. apud Sanctimoniales O. SS. Trinitatis. Cal. O. SS. Trinitatis 1910.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. Mater Amabilis**, per decr. 26 Feb. 1874 concessum est monialibus S. Joseph in ecclesia propriae domui adjuncta, cantandi Missam vot. sol. de Maternitate B.M.V. tit. Matris Amabilis, in honorem iconis, quae colitur Romae in domo Matrice, ubi incoronata est

Dom. II post Pascha 1862. Vidi Decr. S. Ludovici in sacristia Conventus Sor. S. Joseph.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. de Villareal,** Titul. ecclesiae propriae Corellae in Navarra, dp. 1 cl. oct.—Cal. Cc.Rr.Ss. Crucis et Passionis Dni 1911.

F. **B. Mariae V. tit. de Jerusalem,** Titul. eccl. Monialium O. F. Minorum de Jerusalem in civitate Valentina (Valencia) in Hispania.—Ordo O. F. Min. Prov. Valentinae, 1907.

F. **Apparitionis B. Mariae V. de Podio,** Titul. monasterii O. S. Bened. Observ. Cassinensis, Barbastri in Aragonia.—Off. approb. 6 Dec. 1890; in civitate Barbastri dp. 2 cl.; in dioec. Barbastri dp. maj.; e decr. 20 Jan. 1899 vero in universa dioecesi dp. 1 cl.—Inventa est imago a. 1100 a pastore quodam in amygdalo arbore; festum concessit Gregorius XVI.—Gump. 905.—Off. propr.—Faci 189.

F. **B. Mariae V. tit. Divini Pastoris Matris,** dp. 2 cl. in universo Ordine Capuccinorum; itemque Hispali in Hispania. — Primitiva imago Matris Divi Pastoris (Divina Pastora) colitur Hispali in ecclesia Capuccinorum SS. Justae et Rufinae, quae facta est centrum devotionis et agitur ibi festum ritu dp. 1 cl. oct. e decreto 26 Maji 1920. Concessum est festum pro Hispali a Pio VII Papa, hac Dominica Divi Pastoris agendum. —Idem festum dp. maj. in Calendario Minimorum, e concess. 20 Dec. 1850. Agitur etiam in dioec. Malacensi (Malaga), Gadicensi et alibi in Andalucia, in dioec. Teneriffe, Feretrana, Tudertina (Todi), Teatina (Chieti), in prov. eccl. S. Ludovici, Chicagiensi, Dubuquensi, Milwaukiensi et S. Fidei in America Septentr., in Ordine SS. Trinitatis (1910) etc. —Hoc festum est Titulare Congreg. B. Mariae Divi Pastoris Matris O. Capucc.—Archiv.—Calend.

F. **Coronationis B. Mariae V. de Valle Catamarcensi,** in dioec. et prov. civili Tucumana in Argentina, dp. 1 cl. oct., quia Patr. Princ. e decr. 27 Aug. 1907. in dioec. Saltensi dp. 2 cl. oct.; alibi in Argentina dp. maj. (ante Cal. reformat.) Saeculo XVII imago S. Mariae Immaculatae inventa est in spelunca a colona hispano; in domum illata illico infulsit miraculis. Anno 1688 a colonis regionis Tucumanae in patronam electa est. Dom. II Paschatis 1891 incoronata est a Capitulo Vaticano. Festum concessum est pro die 16 Dec. 23 Aug. 1890, quo coronari debuerat; per decr. 17 Jan. 1891 translatum est ad Dom. II post Pascha, pro dioecesi Saltensi.—Off. propr. v. 16 Dec.

F. **B. Mariae V. de Guadalupe** (Mexic.) in dioec. Paranà et S. Fidei (Titul. Cathedr.) in Argentina, in omnibus ecclesiis Societatis Divini Verbi in America Latina; dp. maj. in dioec. Granatae (Hisp.). — Ordo 1896, et apud Praedicatores in Argentina (1902).—Calend.

F. **B. Mariae V. a Capileira,** dp. 1 cl. oct., ut Patr. Princ. pagi Capileira in dioec. Granatae (Hisp.).—Ordo Granatae 1896.

F. **B. Mariae V. Divinae Gratiae** vulgo "**de Monserrate**", vel "**de la Montaña**", Patr. Princ. Civitatis Caceres, dioec. Cauriensis (Coria) in Hispania, dp. 1 cl. oct. in sola civitate.—Ordo Cauriae 1907.—Electa est in Patronam 19 Oct. 1905; quae electio confirmata est 1 Feb. 1906, quo die etiam institutum est festum.—Archiv.—Ordo Congreg. Pret. Sanguinis 1912.

F. **B. Mariae V. a Pueblito**, dp. 1 cl. oct. in sanctuario homonymo dioec. Queretaro in Mexico; ad hanc Dominicam translatum est festum die 3 Julii 1903 e Dom. IV post Pascha. In dioec. dp. 2 cl. (Cal. Quaeretari 1912).—Colitur imago in pago (pueblito) S. Francisci prope Queretarum. Pluries lacrimas fudisse et vultus speciem immutasse traditur. Provincia PP. Observantium de Mechoacan S. Mariam de Pueblito in Patronam elegit (18 Sept. 1787).—Florencia 148.—Ant. M. de Padua 609.

Patrocinium B. Mariae V., dp. maj. in ecclesia Collegii Canon. Regul. Hegemonopoli, dioec. S. Hippolyti (St. Poelten) in Austria, approb. a. 1897. Ecclesiae Collegiatiae Hegemonopolitanae (Herzogenburg) unitum est sanctuarium B. Mariae V. in montanis Salapulcae fundatum saeculo XII.—Maurer-Kolb, 324, 355.

F. **SS. Reliquiarum B. Mariae V.** in Proprio Ruthenensi (Rodez) a. 1824, nunc vero (Propr. 1876) f. Reliquiarum in genere Dom. IV post Pascha. In officio 1824 hymni et unum Responsorium canuntur de S. Maria, reliqua officii de Reliquiis Sanctorum. Cupiaci in dioec. Ruthenensi servatur velum B. Mariae V. ex Oriente allatum.—N. D. de France III 178. — cf. Hymnos e Brev. Ruthenensi saec. XV apud Dreves, Anal. Hymnica XI 26.—Koenig 22, 26, 54.

F. **B. Mariae V. de Pietate**, dp. maj. Olettae, in ecclesia S. Andreae dioec. Adjacensis (Ajaccio, Corsica), ex indulto 1 Febr. 1820. Imago B. Mariae V. Dolorosae ibi sudoris guttas fudisse traditur.—N. D. de France VII 499.—Archiv.

Solemnitas Annuntiationis B. Mariae V. h. D. Dom. fiebat olim Parisiis apud moniales N. D. des Blancs Manteaux. Off. pr. a. 1827; Bibl. Boll. Idem festum in breviario antiquo Nanceiensi et Tullensi a. 1825, assignatum e 25 Mart.—Item in Brev. Remensi 1822, sol. maj.—Bibl. Insulensis.

F. **B. Mariae V. de Rubeto**, dp. 1 cl. pro Basilica Josselini; dp. maj. in tota dioec. Venetensi (Vannes) in Brittannia minore, e concess. 1 Julii 1894.—Archiv.—Imago inventa est a. 808 et deposita in sacello S. Leodegarii, quod deinceps vocabatur "Notre Dame du Roncier". Ecclesia aedificata est a. 1400; imago incoronata 8 Sept. 1868.—N. D. de France IV 565.—Drochon 221.

F. **B. Mariae V. de Spina**, dp. 1 cl. oct. in civitate Bouchon, dioec. Verdunensis. Statua lignea antiquitus colebatur ibi; a. 1796 sanctuarium

solo aequatum est, sed nova ecclesia exstructa loco sacelli. Pius IX festum concessit.—N. D. de France VI 98.—Drochon 1201.

F. **B. Mariae V. de Bono Nuntio (Bonne Nouvelle)** Parisiis agitur in ecclesia homonyma, per Missam vot. sol. B. Mariae V. Consolatricis, ex indulto 1 Feb. 1899.—Archiv.—Semaine Relig. 9 Apr. 1910 et 29 Apr. 1911.—Sanctuarium a. 1563 aedificatum est, a. 1593 et iterum 1790 demolitum; tertia ecclesia exstructa est 1823-1828.—N. D. de France I 85.

F. **B. Mariae V. Cancellatae** Insulis (Lille) in Gallia hac Dominica agebatur ex a. 1229 vel 1270 cum solemni processione; v. Beissel, Wallf. 431.—Anno 1634 electa est in civitatis Patronam, dp. cum oct. v. Dom. ult Oct.

Feria II post Dom. II post Pascha:

F. **B. Mariae V. de Succursu**, dp. maj. in archid. Bononiensi (Bologna), in Cathedrali d. 2. d.—Cal. Bol. approb. 6 Apr. 1914.—v. Dom. II post Pascha.

Feria III post Dom. II post Pascha:

F. **B. Mariae V. cognomento de Gulphis**, dp. 1 cl. in conventu O. F. M. Claromonte (Chiaramonte), dioec. Syracusanae in Sicilia; dp. maj. in dioecesi.—Ordo O.F.M. 1844; O. Conventual. Sicil. 1846; Ordo Syracus, 1887.—Tempore iconomachorum e CPoli imago allata est Camerinam in Sicilia et in colle vicino (Chiaramonte) cultui exposita. Festum tempore Philippi IV Hispaniarum et Siciliae Regis (m. 1665) institutum. Sign. II 254.—Cal. Syracus. approb. 3 Dec. 1914.

Feria VI post Dom. II post Pascha:

F. **Commendationis B. Mariae V.**, dp. in Brev. Monasteriensi (Münster) 1597.—Bibl. Campi Sancti Teuton., Romae.—Item a. 1536 in capitulo generali Venloensi O. Canon. Regul. August. pro conventibus Hollandiae, Belgii et Flandriae ordinatum est f. Compassionis (idem ac Commendationis) B.M.V.—Colven. I 206.—Item pro dioec. Ultrajectiensi (Utrecht) institutum a. 1514 a Friderico Episcopo.—Beissel II 366.

Sabbato post Dom. II post Pascha:

F. **Gaudiorum B. Mariae V.**, dp. 2 cl. in tota provincia ecclesiastica Quitensi (Ecuador) et dioec. Angelopolitana (Puebla de los Angeles) in Mexico.—Cal. 1890, 1900 et 1909.

Dominica III post Pascha:

F. **SS. Familiae, Jesu, Mariae, Joseph,** dp. 2 cl. in dioec. Chiapas in Mexico.—Off. propr. 1882.—v. Dom. III post Epiph. et Dom. II post Pascha.

F. **B. Mariae V. a Pariete,** dp. 1 cl. oct. in sanctuario homonymo Liveri, dioec. Nolanae; in dioec. dp. maj. 12 Martii (e conc. 15 Apr. 1904). In imagine in muro delineata Maria se manifestavit 12 Apr. 1524. —Sign 156.—Ordo Nol. 1912.

F. **B. Mariae V. de Suberito,** Patr. Princ. Civitatis Terlitii in Italia, dp. 1 cl. oct. in dioec. Terlitii (Terlizzi). Imago depicta in tufacea petra allata est e specu Suberiti ad Cathedralem Terlitinam.—Epist. Praesulis Melphictensis. Nunc agitur die 23 Apr. v. Dom. I Maji.

F. **B. Mariae V. Consolatricis Afflictorum,** dp. 1 cl. oct. Vilvordiae in Brabantia. Imago allata est a Sophia filia S. Elisabethae e Thuringia et dono data monialibus Vilvordiensibus. Hac die solemnis fit supplicatio, instituta a. 1575.—Colv. II 451.—Gump. 675.—Vierges miraculeuses 57.—Nunc festum fit fer. 2. sequ.

Compassionis B. Mariae V. festum Lovanii (Louvain) in abbatia S. Gertrudis cum supplicatione solemni.—Colv. I 207.—Item in Proprio Ruremondi (1605) cum officio pulcherrimo, institutum a. 1591.—Colv. I 207.—Item in Prop. Ruremondi, 1615.—Beissel (388) dicit, in dioec. Ruremondi a. 1700 esse actum hoc festum tertia feria VI post Pascha. (Geldrischer Liebfrauentag).

F. **Miraculorum B. Mariae V.** in monasterio Camberonensi in Hannonia, ubi imago a Judaeo perforata sanguinem fudit, 8 Apr. 1322. Festum institutum est a. 1324, aliis miraculis subsecutis. Translata est imago in ecclesiam S. Elisabethae in civitate Montium post a. 1793, ex quo tempore cessavit festum. — Colv. 8 Apr., 28 Aprilis. — Ricc. V 316.— Scherer 102.

F. **B. Mariae V. Matris Misericordiae** fit in parochiali ecclesia S. Margaritae loci "Poggio San Remo", dioec. Albengae in Liguria, per Missam vot. sol. B.M.V. e conc. 2 Apr. 1822.—Archiv.

F. **S. M. Armenorum** in proprio sanctuario per Missam vot. sol. Ferenti in dioec. Venusiae in Apulia.—Epist. priv. 1888.

F. **B. Mariae V. Gratiarum** fit in oratorio publico S. Stephani loci "Rivarolo Ligure", dioec. Genuae, per Missam vot. sol. B.M.V. e conc. 11 Martii 1890.—Archiv.

F. **Patrocinii S. Joseph,** dp. 2 cl. die 10 Sept. 1847 Pius IX ad universam extendit ecclesiam cum officio et Missa propriis.—Ex decreto S. R. C. 24 Julii 1911 ad ritum dp. 1 cl. cum oct. elevabatur sub titulo: **"Solemnitas S. Joseph Sponsi B. Mariae V., Confessoris, Ecclesiae Universalis Patroni."** Haec vero solemnitas per decretum 28 Octobris 1913 assignabatur Feriae quartae ante Dominicam III post Pascha.—Acta Sedis Apostolicae.

Feria II post Dom. III post Pascha:

F. **B. Mariae V. Consolatricis Afflictorum**, dp. 1 cl. oct., denuo concessum pro sanctimonialibus O. Carmel. Calceatarum Vilvordiae (cum officio pro dioec. Taurinensi concesso), ex indulto 11 Junii 1911.—Archiv. —v. Dom. III, p. Pascha.

Feria IV post Dom. III post Pascha:

F. **Festum Victoriae Christi de Judaeis et Paganis** hac feria, Mediante Pentecoste, per splendidam festivitatem et officium solemne peragitur a Graecis, Russis et aliis schismaticis et catholicis Orientalibus. Imperator olim hac die functionibus aderat in templo S. Mocii (CPoli). Canones et troparia festi istius canuntur per octiduum.—Nill. II 346.—Max. I 118.—Mz. Blumen Triodium 810.—Pentecostarium Graecum.

Festum **S. Tunicae Dni N. Jesu Ch.,** dp. 2 cl., habetur in Proprio Trevirensi (Trier) a. fere 1895. in Proprio antiquiore fiebat feris VI post Dom. in Albis. Apud Klein 49 vero et in Ordine 1912 celebratur Dom. IV post Pascha, quam vide. In Cal. Trevirensi a. 1914 approbato hoc festum feriae suae IV restitutum invenitur.—Rohault 252, 377.—Archiv.

Feria VI post Dom. III post Pascha.

F. **Spineae Coronae Dni,** dp. maj. in dioec. Briocensi (Saint-Brieuc). —Cal. 1912.

F. **Commemorationis Angustiae et Doloris B. Mariae V.** institutum fuit ad exstirpandam haeresim Hussitarum in concilio provinciali Coloniensi a. 1423, hac feria agendum in Germania et Bohemia. — Gihr, Sequ. 69.—Idem festum sub titulo Compassionis (off. pr.) dp. in Proprio Birgittanarum a. 1631.—Bibl. Boll.—Sanjul. II 365.—Beissel I 407, II 364.

MAJUS.

I

FESTUM **B. Mariae V. de Castello,** dp. 1 cl. oct. "in oppido Castrovillari; in dioec. Cassanensi dp. 2 cl. (Cassano in Calabria).—Cum Rogerius, Nortmannorum Dux, arcem Castrovillarem aedificare coepisset, a fossoribus inventa est haec imago in lapide tufaceo delineata. Unde loco arcis exstruxerunt ecclesiam; festum vetustissimum est. v. 25 Junii.—Ordo Cassani 1895.—Sign. Nap. 303.

Coronatio B. Mariae V. de Monte, hac die in sanctuario homonymo juxta Caesenam simplici commemoratione olim fiebat, e conc. 6 Maji 1823.—Archiv.—v. 4 Maji.

F. **B. Mariae V. de Populo** fit in ecclesia S. Severini loci Mezzocolle, dioec. Forocorneliensis (Imola) per Missam vot. sol. B. Mariae V., e decr. 8 Martii 1889.—Archiv.

F. **Nativitatis B. Mariae,** Virginis purae Matris Dei, juxta ritum ecclesiae nationalis Abyssiniae. Commemoratio illius prima die uniuscujusque mensis fit officio speciali in universa Abyssinia.—Ep. Rev. Baeteman C. M. missa ex Alitiena, 8 Dec. 1908. v. Synax. Arabo-Jacob. Patr. Or. XVI 348 ss.

Commemoratio N. Dnae, quia hodie locum habuit consecratio ecclesiae; festum in Deir Nahya (in Aegypto). Ita Cal. Abul' l'-Barakat Copticum saec. XV. Patr. Orient. X 245 ss.

F. **B. Mariae V. del Pueblito,** Patronae Almae Provinciae SS. Apostolorum O.F.M. Queretari in Mexico.—Cal. O.F.M. 1921.—Bibl. O. F.M. Ludovic. v. Dom. IV p. Pascha.

F. **B. Mariae V. ab Incarnatione** in ecclesia S. Petri pagi Lloret, dioec. Gerundinae (Gerona) in Hispania, per Missam vot. sol. B.M.V., ex indulto 15 Dec. 1889.—Archiv.

Memoria **Iconis B. Mariae V. Byzantinae (Wyzantijskaja)** in Menologio Russico.— Mz. II 242. — Apparuit imago a. 732; coram ea Petrus I Imperator gratias retulit Deo et Mariae post victoriam apud Poltavam. v. 7 Apr.—Sn. 254.

Translationis Iconis B. Mariae V. tit. Andronici (Andronikowa) annuntiatur h. d. in Menologio Russico. Colitur imago in asceterio monialium Wishnij-Wolotsek gubern. Tver, in memoriam adventus iconis, a. 1877, e Cathedrali SS. Trinitatis Petropolitana (Petrograd). — v. 22 Oct. et 8 Julii.—Mz. I 288.—De imagine B. Mariae V. Andronici Imp. v. Gump. 754. Fortassis de ea fit officium proprium in sanctuario suo.

Memoria **Iconis B. Mariae V. de Myroferis** vel **de Zarevo-Kokshaiska (Zarewo-Kokshaiskaja-Myronosytzkaja)** in Menologio Russico.—Colitur imago in pago homonymo gubern. Kasanensis. Imago B. Mariae V. cum mulieribus myroferis in lapide incisa apparuit Andreae Iwanowo agricolae die 1 Maji 1647.—Sn. 254.

F. **B. Mariae V. de Bono Consilio,** Lucae in eccl. S. Alexandri, ubi imago colitur ab icone Genestana depicta, per Missam vot. sol. B.M.V. —Guerra 280.

F. **B. Mariae V. "del Vago",** Toleti (Hisp.) in sacello homonymo, per Missam vot. sol. B.M.V. concessa 20 Apr. 1891.—Archiv.

II

Festum **B. Mariae V. Reginae Poloniae,** Patr. Princ. Leopolis in Galicia (Lemberg). — Anno 1908 institutum est festum pro Leopoli et Primislavia (Przemyshl) ritu dp. 1 cl. oct. agendum Dom. I Maji; die 2 Maji invenitur in Cal. approbato a. 1914; declarata in Patr. Princ. Leopolis 24 Apr. 1920. — Archiv. — v. Dom. I Maji et 1 Apr. — cf. Cal. Primislaviae 1916.

F. **B. Mariae V. Reparatricis,** ritu dp. 2 cl. hac die agendum, 1. Dec. 1903 et 9 Maji 1904 concessum est Societati Virginum B. M. V. Reparatricis, cum Missa tantummodo propria. In Cal. a. 1914 approb. est Titulare Instituti B. Mariae V. Reparatricis, dp. 1 cl. oct.—Festum Romae agitur in ecclesia S. Crucis Lucensium.—Diario Rom. 1908.

Conceptio B. Mariae V.—Calendarium metricum Athelstani Regis Angliae saec. IX VI Idus Maji ista annuntiat: "Concipitur Virgo Maria cognomine senis". cf. etiam 3 Maji. Sed ista rubrica semper remansit aliena a liturgia.—Beissel II 219.

Memoria **B. Mariae V. Smolenscensis (Putiwlskaja-Smolenskaja)** in Menologio Russico.—Colitur imago in monasterio Putiwlensi, in gubern. Kursk, ubi se manifestavit a. 1238.—Mz. II 247.—Sn. 256.

Memoria **Iconis B. Mariae V. tit. "Wutiwanskaja"** fit h. d. in Menologio Russico.—Mz. II 247.—Sn. 256.

III

INVENTIO S. CRUCIS, dp. 2 cl., festum universae Ecclesiae Latinae.—Chronicum Paschale Alexandrinum saeculi VII S. Crucem inventam esse contendit die 14 Sept. 320. (Traditio Orientalis: 6 Martii 326, Mz. II 29.) S. Crucem Christi sub Constantino esse inventam testis certus est S. Cyrillus in epistola ad Constantium Imperatorem de Apparitione Crucis (7 Maji 351). Modus inventionis in traditione fabulis obscuratus est. S. Ambrosius a. 395 in sermone funebri de Theodosio Imperatore narrat, S. Crucem a S. Helena Imperatrice esse repertam et ex

ejus titulo recognitam. Mirum videtur, Eusebium et peregrinam Burdigalensem de S. Ligno Hierosolymis servato et ejus cultu prorsus silere; de silentio Eusebii, cultus reliquiarum inimici, v. Kraus, der hl. Rock zu Trier p. 159.—Grisar (Civ. Catt. 16 Junii 1906) docet, criteriis historicis certo constare, S. Crucem tempore Constantini Magni inventam esse.—De S. Ligno reperto per Protonicem Imperatricem saeculo primo v. Pennachi 41. Lucius-Anrich (p. 505) historiam inventionis per S. Helenam confictam esse contendit ad imitationem historiae Protonices. Pennachi vero narrationem Protonices nonnisi post tempora Constantini esse concoctam demonstrat.—Liturgice S. Crux Hierosolymis celebrabatur una cum memoria Dedicationis Ecclesiarum Resurrectionis et S. Crucis, 13 et 14 Sept.—Dies 3 Maji est anniversarius relationis S. Crucis Hierosolymam per Heraclium Imperatorem a. 628, postquam a. 614 a Persis, S. Civitate expugnata, in Persiam abstracta est. Anno 636, post mortem Heraclii Imp. divisa est crux in undeviginti partes; hoc est initium magnae illius divisionis reliquiae SS. Crucis. Rohault, p. 57.—Primo invenitur hoc festum die 3 Maji in Lectionario Silensi (Silos) a. 650, sub titulo " Dies S. Crucis "; paulo post in tota Gallia celebrabatur sub titulo " Inventionis S. Crucis ".—In Oriente Inventio commemoratur die 6 Martii; festum 3 Maji est solemnitas occidentalis, festum 14 Sept. vero solemnitas ecclesiae Hierosolymitanae. Romae Inventionis festum invenitur saeculo IX, Exaltationis vero exeunte saeculo VII (sub Sergio Papa, 687-701)—W. W. V 221.—Cabral, cum die S. Parasceves a. 1500 naves ad Brasiliam appellasset, totam regionem S. Cruci dedicavit, unde festum Inventionis Crucis est dp. 1 cl. oct. in tota Brasilia. (Festum "Boni Jesu"), e decreto 31 Maji 1826 (ad preces imperatoris Brasiliae).—Duchesne 264—Pennachi—Lucius-Anrich 505 ss. —Kellner, 236.—Buchberger, I 503.—W. W. VII 1074.—Rohault 45 ss.

F. **SS. Cruoris Dni N. Jesu Chr. (Saint-Sang),** dp. 1 cl. cum officio proprio in dioec. Brugensi (Bruegge) in Flandria. Reliquiam S. Cruoris Brugam attulit a. 1148 Theodoricus comes Flandriae.—Off. prop. —Jox, 45 ss.—Nunc festum agitur Feria II post 2 Maji.

Magnum Mariae Virginis festum annuntiatur hac die in Festologio (Feilire) hiberno S. Aengussii anni 800; in Martyrologio Tallachtensi a. 790 vero habetur: **"Mariae Virginis Conceptio";** ista addit scholiasta: " haec inceptio ejus, ut alii putant; sed in Februo mense vel Martio facta est illa, quia post VII menses nata est."—O'Hanlon, V 102.—Bradshaw Society vol. 29, p. 129.—Haec memoria in libris Celtorum inventa nunquam transiit in liturgiam.—Bishop 5.

F. **B. Mariae V. Kievo-Cryptensis (Kijewo-Petsherskaja)** in Russia, h. d., emortuali S. Theodosii Hegumeni Kioviae. Imago Transitus Deiparae, a 1073 allata e Constantinopoli ex ecclesia Blachernarum, colitur in ecclesia principali monasterii Kievo-Cryptensis. — Mrt. 121— Mz. 253—Sn. 257.

Memoria **B. Mariae V. de Svena (Swjenskaja-Petsherskaja)** in Menologio Russico.—Imago colitur in monasterio ad Swenam flumen, non procul ab oppido Briansk. Depicta est per B. Alypium ab icone Kievo-Cryptensi et Svenam delata a. 1228. A. 1288 Romanus, Cernigoviae Dux, coram ea visum recepit. In ipso sanctuario proprium officium hac die concini videtur.—Mrt. 121—Mz. II 253—Sn. 263.

Commemoratur hac die apud Russos alia imago **B.M.V. Cryptensis** (Petsherskaja), quae a. 1085 "angelorum manibus" delineata est in muro juxta altare ecclesiae Obdormitionis Mariae in monasterio Kievo-Cryptensi. —Mz. II 255—Sn. 261.—Ostendit imago Reginam Coeli cum SS. Theodosio et Antonio Kioviensibus coram ea genua flectentibus.—Insuper Mz. II 255 in Menologio suo commemorat h. d. festum iconis **B. Mariae V. Jaskino-Cryptensis** (Jaskinskaja).—Sn. 256.

IV

F. **SS. Sindonis Dni N. Jesu Ch.**, dp. 1 cl. cum oct. (post reformationem Calendarii sine oct. seu dp. maj.) in dioec. Pedemontis, Sardiniae et Sabaudiae.—Institutum est sub Carolo II Duce Sabaudiae (1489-1496) pro Sabaudia in honorem ectypi S. Sindonis, quod colebatur Camberii (Chambéry) ex a. 1453. Festum approbatum est a Julio II a. 1506. Quae sindon, seu imago Salvatoris demortui primo cultui exposita est a. 1356 in ecclesia collegiata Liriacensi, dioec. Trecensis (Troyes); post varia discrimina a Duce Sabaudice comperata est a. 1452; a. 1578 Taurinum delata, ubi nunc colitur in capella regali, nigro marmore decorata. —Cf. U. Chevalier, Origine du Saint-Suaire de Lirey-Chambéry-Turin.—Agitur festum hac die, concomitans Inventionem S. Crucis.—Dreves, Anal. hymn. IX 24 v. Prosam jussu Caroli II compositam; v. hymnos ib. XII 23.—W. W. XI 334.—C. E.—Rohault 241 ss.—v. 20 Junii, quo die Trecis (Troyes) fit festum S. Sindonis.

F. **Spineae Coronae Dni N. Jesu Ch.**, concomitans festum S. Crucis in Cal. Ratisbonensi saec. XV; Lechner 234. — Anno c. 1500 agebatur etiam in dioecesibus Germaniae Septentrionalis et Scandinaviae; in Ordine Hispaniae a. 1640 Hispali (Sevilla), Conchae (Cuenca), Segunti, Compostellae.—Bibl. Boll. In Cal. Hispalensi 1507 (Weale I) festum est 2ae dignitatis. — Item in Brev. Sarisburiensi (Salisbury) in Anglia 1514, in dioec. Curiensi (1595), Constantiensi (Konstanz), Quinque Ecclesiarum (Fünfkirchen) etc. — Grotefend II. — Post Reformationis perturbationes periit festum in Germania; adhuc invenitur in Hispania: Granatae in sola capella regali (24 Mart. 1914), Conchae (27 Feb. 1914), Oveti (17 Apr. 1814). v. 11 Aug.—Archiv.—Rohault, 199 ss.

Susceptio S. Coronae Domini, dp. maj. in Proprio Claromontano (Clermont) a. 1862 et 1905; in Diurnali Claromontano a. 1823, et in Cal. approb. 27 Martii 1914. Claromonte colitur una ex spinis Coronae Christi.—Archiv.

F. **SS. Lanceae et Clavorum** fiebat olim hac die in dioecesi Osnabrugensi in Germania.—v. Propr. 1652.—Grotefend II 142.

F. **Inventionis Pueri in Templo** agebatur h. d. a monialibus B. Joannae Valesiae tit. Annuntiationis ritu dp. cum octava.—Colv. 4 Maji. —Bal. 234.

Festum Rosarum signatur h. d. In Calendario Melchitarum (Patr. Or.); synaxarium hoc modo explicat rationem festi: "Maria primam rosam obtulit Sanctae Elisabeth hac die in pago Khuarizim." In recentioribus calendariis Melchitarum hoc festum agitur die 15 Maji et idem esse videtur ac festum Deiparae ad Aristas.

F. **B. Mariae V. de Rosa** in ecclesia parochiali Burgi S. Margaritae agebatur hac die ex anno 1774 per aliquod tempus, sed annuente Clemente XIV translatum est ad Dom. V post Pascha.—Pitto Liguria Mar. Riva Orient. 129.—Ricc. II 160.

Coronationis B. Mariae V. de Jubino, dp. maj. Calatiphimi in dioec. Mazariensi in Sicilia.—v. Dom. IV Sept.—Cal. Mazar. 1887.

Coronationis B. Mariae V. de Monte, dp. maj. in sanctuario S. Mariae de Monte juxta Caesenam.—Cal. Caesenae 1918.—Archiv. v. 1 et 14 Maji.

F. **B. Mariae V. de Ara Coeli,** dp. 1 cl. Lucenae in Hispania.—Ordo Carmel. Prov. Baeticae, 1914. v. Dom. I Maji. Imago depicta est ab illa, quae colitur Romae in altari majore ecclesiae S. Mariae in Ara Coeli.

F. **Miraculi S. Mariae de Monte Serrato** per Missam vot. sol. B. M. V. fit h. d. in sanctuario homonymo prope civitatem Fornoles, archid. Caesaraugustanae (Zaragoza), in memoriam miraculi novem processionum, quae hac die anni ignoti (saec. XII) convenerunt eodem momento, ut iconem nuper inventam honorarent.—Faci II 45.

F. **B. Mariae V. Veteris Caesaraugustanae** agitur h. d. in civitate Burgi (El Vurgo), archid. Caesaraugustanae (Zaragoza).—Imago vetustissima e Caesaraugusta allata esse videtur tempore alicujus persecutionis et colitur Burgi in parochia S. Michaelis in eremitorio proprio.—Faci II 22.

Commemoratio B. Mariae V., cujus Dos est Anglia; f. simplex in omnibus Angliae dioecesibus. Antiquitus Anglo-Saxones S. Dei Genitricem tanto honore prosecuti sunt, ut Anglia "Dos Mariae" vocari mereretur. Unde praesules Westmonasterii adunati totum regnum S. Mariae et S. Petro apostolo dedicaverunt, die 29 Junii 1893. Diem anniversarium hujus consecrationis, e facultate Apostolica 13 Junii 1893 data, designavit Herbertus Card. Vaughn quartum Maji, diem festum Bb. Joannis Fisher et Thomae Moore Mm. Commemoratio fit in Missa tantum.—v. Decretum in folio proprio, Archiv. S. R. C. Reg. 1893.—v. Ferr. Locrius VIII (Summa Mar. XI 1076)—T. E. Bridgett, 1 ss.

Memoria **Iconis B. Mariae V. Starorussicae (Starorusskaja)** in Menologio Russico. — Colitur imago in civitate Staroja-Russa, gubern. Novogorodiae e saec. X. Tempore pestis a. 1570 translata est in monasterium Tichwinense, sed a. 1888 reddita est suae ecclesiae.—Mz. II 258. —Sn. 269.

Translatio Corporis S. Annae, dp. maj. in dioecesi Aptensi in Gallia.—Ad latus Cathedralis Basilicae aedificato sacello proprio pro recipiendis reliquiis S. Annae, translatum est corpus die 4 Maji 1664.—v. Propr. Aptense 1877.—Durand 245.

V

F. **S. Coronae Dni** propter festum S. Monicae assignatum h. d. (e 4 h.) in dioecesibus Toletana, Burgensi, Complutensi (Alcalà), Segorbiensi, Cauriensi et Majoricensi in Hispania.—v. Calend.—Item in dioec. Abulensi, Cal. Hispan. 1718.—Bibl. Boll.

F. **Imaginis Dni N. Jesu Ch. Spinis Coronati de Misericordia** agitur in conventu monialium B.M.V. de Mercede, civit. Arcos de la Frontera, archid. Hispalensis (Sevilla), dp. maj., e concessione 25 Aug. 1911. —Archiv.

Coronatio Iconis B. Mariae V. ad Pontem Augutii (Agozzo), dp. maj. in dioec. Narniensi in Umbria.—Ordo 1895 et 1915.—Sanctuarium erectum est in honorem iconis delineatae in pariete habitationis rudissimae civitatis Narniae. Traditum est a Caesare Boccanera Episcopo post annum 1889 Patribus Salvatorianis.—Vera Roma.—Ordo Soc. Divini Salvat. pro domo Narniae 1909.

F. **Apparitionis B. Mariae V. de Leporinis** agebatur olim h. d. in civitate Nonae in Dalmatia ejusque diecesi (v. Festa dell' Apparizione della B. Vergine delle Leporine. Zadar. 1906). Institutum est festum a. 1517 in memoriam apparitionis B.M.V. a. 1516 factam. Anno 1648 translata est imago in Cathedralem Jadrensem, sed postea suo sanctuario est reddita. Festum nunc agitur feria II Rogationum.

Compassionis B. Mariae V., f. simplex III lect. in Brev. Upsalensi (Suecia) a. 1496, tanquam festum concomitans festa S. Crucis et S. Coronae.—Grotefend.

Encaenia SS. Deiparae Cyri, ita h. d. in Synaxario Matutini Menaea Graeca. — Cyrus Panopolites ex praefecto urbis CPolitanae factus episcopus Smyrnae, templum S. Mariae, quod Cyri dicitur, CPoli exstruxit. Cypressus, in qua nescio quis iconem Deiparae occultaverat, immenso coruscans lumine perinde atque fax ardere visa est et ingens miraculorum vis ab obscura et latente efficacia manavit. Unde quis arborem conscendit et iconem invenit. Quapropter Cyrus in apparitionis loco pulcherrimum Dei Genitrici construxit delubrum.—Fam. Mariana, Maracci p. IV, s. V, c. III 24. (Summa Aurea X 838.)—Mrt. 123.

F. **S. Joseph, Sponsi Mariae,** solemne minus, in Breviario Meldensi (Meaux) 1852.—Bibl. Boll.

VI

F. **S. Coronae Dni,** dp. in Cal. Hispanico a. 1640 pro Carmelitis Hispaniae.—Bibl. Boll.

"Crux in Coelo" signatur hac die in Menologio Jacobitico saec. IX (Patr. Or. X); idem est ac festum Graecum Apparitionis S. Crucis, 7 Maji.

Egressio Noe de Arca, signatur hac die in Martyrologio S. Aengussii Hibernico.—Bradshaw Coll. vol. XXIX.

F. **B. Mariae Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Pisciensi (Pescia) in Etruria.—Prop. 1873, Cal. 1902 et Cal. 3 Dec. 1913;—elevatum ad dp. 2 cl. 9 Dec. 1914. Officium propr. concessum est a. 1902. Imago prodigialis et vetusta colitur in aede SS. Petri et Pauli in foro maximo. Cal. Pisciense 1912. Agebatur olim Dom. V post Pascha. Ordo 1888.

F. **B. Mariae V. a Miraculis,** olim agebatur Panormi (Sicilia) in sanctuario proprio; nunc vero fit Dom. II Maji. Imago ibi a. 1548 miraculis infulsit; pauper quidam, hernia laborans, subito sanatus est.—Gump. 674.—F. M.

F. **B. Mariae V. Reginae Prophetarum,** agitur Florentiae (Firenze) in ecclesia "di Rifredi".—Giglio Fiorentino 1909, p. 58.—Antiquissima imago colitur in altari Joannis "della Robbia".

Memoria **B. Mariae V. de Rosario** per Missam vot. sol. de Rosario fit in civitate Casigliano, dioec. Caputaquensis, e decr. 20 Maji 1904.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Bethlehem,** Patr. Princ. civitatis Almansae, dioec. Murciae (Prov. Albacete) in Hispania. — Ordo O. F. M. prov. S. Gregorii, 1907.

F. **B. Mariae V. de Planis** agitur in sanctuario proprio juxta civitatem Albacete in regno Murciae (Hisp.) in memoriam miraculi facti a. 1632, die 5 Maji, quo caecus coram icone ista visum recepit. Cum miraculum die 6 Majo publicatum fuerit, anniversaria solemnitas hac die celebratur.—Castellar, II 118 et 121.

VII

F. **S. Coronae Dni,** totum duplex in Breviario S. Crucis, Coloniae 1665; dp. maj. in conventu monialium O. Praed. monasterii S. Catharinae, Granatae (Hisp.).—Cal. approb. 24 Junii 1913.—Invenitur hoc festum etiam in Breviario Praedicatorum a. 1740, assign. e 4 h. — Bibl. Boll.—Archiv.—Bibl. Semin. Colon.

Apparitio S. Crucis in Coelo, festum Ecclesiae Graecae et filiarum, cum officio pleno. — Tempore S. Cyrilli Crux lucida in coelo apparuit, 7 Maji 351, ex quo tempore, vel saltem e saec. V. celebratum est festum.— Nill. I 7 Maji.—Mx. I 194.—Conybeare, Rit. Arm. 525.

Inventio Clavorum, cum officio Crucis agitur in Breviario Mozarabico Card. Ximenes.—v. Brev. Mozarabicum, Patr. Lat.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Venusina (Venosa) in Apulia.—Ordo 1888.

F. **Gaudiorum B. Mariae V. (Quinque Gaudiorum)** in additionibus Coloniensi et Molani ad Usuardum.—Agebatur festum Coloniae cum officio solemni, quod vidi in Bibl. publ. Coloniae a. 1909.—Bal. 236.— F. M.

Memoria **Iconis B. Mariae V. de Zyrovicio** (Shirowitzkaja) in Menologio Russorum.—Imago colitur in monasterio homonymo in gubernio Grodno in Lithuania. Ibi de arbore pendens inventa est a. 1191 (Maltzew), vel inter 1470 et 1480 (Martinow). Magna devotione hanc iconem colebat S. Josaphat P. M. Ectypon servatur Romae in ecclesia B.M.V. de Pasculo.—v. 7 Sept.—Mrt. 278—Mz. II 270—Ricc. V 220—Sn. 275— Rudnicki 485—Gump. 771.—F. M.

Memoria **Iconis B. Mariae V. Lubicensis (Ljubitshskaja)** in Menol. Russico.—Imago servatur in civitate Ljubic, gubern. Cernigoviae, in ecclesia Resurrectionis. Ectypon a. 1690 translatum est in cathedralem S. Sophiae Kioviam.—Mz. II 270.—Sn. 276.

VIII

F. **SS. Trinitatis ob Conversionem Gothorum,** dp. maj. pro universa Hispania concessum a Leone XIII a. 1891, in memoriam conversionis Gothorum ab Arianismo ad fidem Catholicam sub Reccaredo Rege a. 591.—Propr. Hisp.—In Propriis reformatis deest hoc festum.

Hac die in Synaxario Abyssino, Harris, 425, signatur **Ascensio Dni.** v. Synax. Arabo-Jacob. Patr. Or. XVI.

F. **S. Clavi Dni** agebatur olim Lauduni (Laôn), tam in Cathedrali, quam in ecclesia abbatiali S. Vincentii, in honorem Clavi Dni ex Oriente allati.—Rohault 346.—De Clavis Dni, v. Rohault, 169.

Commemoratio **Liberationis Urbis Aurelianensis,** festum Dni, in Cathedrali Aurelianensi (Orléans) dp. maj., in urbe dp. minus, extra urbem semid. officium mixtum, partim de Dedicatione, partim de S. Cruce, ut 3. Maji in Brev. Aurelian. Brev. Aurelianense 1701 et 1827.—In novo Proprio (1914) f. simplex; in memoriam urbis liberatae ab Anglis per B. Joannam d'Arc, 8 Maji 1429.—N. D. de France I 325.

F. **B. Mariae V. de Recuperatione** Aureliae in sanctuario proprio. Liberationem Urbis in sanctuario N. Dame de la Recouvrance esse actam

sub officio B. Mariae V. cum officio et hymnis propriis, patet ex Chevalier, Repert. Hymnol. I 577 et Proprio N. D. de Recouvrance Aureliae a. 1764. —Exstructa est capella post a. 1429 in turri ubi constitit imago SS. Dei Matris Miraculorum, dum civitas oppugnaretur ab Anglis. — N. D. de France I 328.

Coronatio B. Mariae V. de Succursu, dp. 2 cl. in dioec. Ilcinensi (Montalcino) in Etruria; incoronata est 8 Maji 1718.—Ordo Ilcin. 1888. —Concessum est festum a Pio VII Papa. Declarata est S. M. de Succursu in Patr. Princ. Ilcini, 27 Aug. 1913, unde f. 8 Maji dp. 1 cl. oct.—Cal. approb. 17 Nov. 1914.—F. M.

Susceptio seu Translatio Imaginis B. Mariae V. de Victoria, dp. maj. Romae in ecclesia homonyma Patrum Carmelitarum;—v. Dom. II Nov. — Imaginem e Bohemia transtulit Romam P. Dominicus Carmelita; Romae cultui exposita est in ecclesia S. Pauli 8 Maji 1622.— Gump. 352.—Colv. h. d.—F. M.—Cal. Carm. Prov. Rom. 1846. 1910.

F. **B. Mariae V. Gratiarum**, dp. maj. in dioec. Fori Cornelii (Imola).—Cal. approb. 17 Dec. 1913.—v. Dom. II Maji.

F. **B. Mariae V. Gratiarum** signatur inter festa patronalia dioecesis Grosseti in Etruria, in Annuario Catholico, 1924, p. 475.

F. **B. Mariae V. Reginae Matris Pietatis ab Aqua**, Patr. min. princ., dp. maj. in Cal. Ariminensi (Rimini) 19 Junii 1914.—v. Dom. V p. Pascha.

F. **B. Mariae V. Rosarii de Valle Pompejana** fit per Missam vot. sol. B. Mariae V. de Rosario concessam pro omnibus sacerdotibus celebrantibus in sanctuario proprio juxta Pompejos ad sinum Neapolitanum. Una Missa solemnis medianocte. — Imago B. Mariae Virginis inter SS. Dominicum et Catharinam genuflexos a. 1875 cultui exposita est; aevo nostro sanctuarium B.M.V. Vallis Pompejanae celeberrimis Italiae sanctuariis accensendum est.—Beissel, Wallf. 411.—Archiv.

Memoria B. Mariae V. h. d. per Missam vot. sol. fit in civitate Sinalunga, dioec. Pientinae (Pienza) in Etruria.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum**, dp. 1 cl. oct. Gandiae in dioec. Valentina (Hisp.) in ecclesia monialium O. F. Min. e conc. 15 Maji 1888.— Archiv.—Cal. O.F.M. prov. Valentinae 1908.

F. **B. Mariae V. tit. de la Antigua**, dp. 1 cl. cum oct. Orduñae in Hispania (prov. Burgos) in collegio Patrum Societatis Jesu.—Ordo S. J. prov. Aragoniae, 1907, dp. 2 cl. (Pmp.) in civitate.

F. **B. Mariae V. de Misericordia**, dp. 1 cl. cum oct. in sanctuario proprio apud Borjam in dioec. Tarasoniensi (Tarazona) in Aragonia. Imago inventa est a. 1449 inter ruinas ecclesiae vetustae et translata a. 1540 in ecclesiam collegiatam S. Mariae de Borja.—Sanj. III 369.—Faci II 170.—Beissel Wallf. 453.

F. **B. Mariae V. a Cassiope,** dp. maj. in dioec. Corcyrensi (Corfù). —Ordo 1912. — Cal. approb. 26 Nov. 1914. Sanctuarium S. Mariae in civitate Cassiope celeberrimum est in insula Corcyrae.

Festum Deiparae apud Syros. In nota ad Calend. Ritus Syriaci puri in f. S. Joannis Apostoli, 8 Maji, ista refert Nilles: " Plures codices venerationi Joannis Evangelistae jungunt commemorationem Deiparae, Evangelio diei assignato: **" Stabat juxta Crucem "** (Joann. XIX)— Nill. I 475.—In Martyrologio Rabban Slibha (Anal. Boll. 27, 181): 8 Maji: **Joannes Evangelista et Dei Genitrix et Arsenius.**—F. M.

IX

F. **Spineae Coronae Domini,** dp. maj. agitur h. d. in conventu S. Clarae, Gelsae in Aragonia.—Cal. O.F.M. Prov. Arragoniae et Cantabriae, 1911.

F. **B. Mariae V. Almae Flandriae Dominae**, dp. maj. Gandavi in ecclesia N. Dnae de Flandria, Patrum Soc. Jesu, ex indulto 24 Aug. 1892. —Confraternitas Parisiensis pro conversione peccatorum in templo N. Dnae de Flandria a Patr. Jesuitis instituta est; imago ibi collocata est primocoronata in Belgio (9 Maji 1860)—Archiv.—Cal. S. J. Prov. Belgae 1905 et 1908.

F. **B. Mariae V. tit. de Regno**, dp. 1 cl. oct. Titul. et Patr. Princ. Oppidi Ardara, dioec. Bisarchiensis in Sardinia, ubi imago colitur prodigiis clara. S. M. de Regno est Compatrona Princ. dioec. Otherionensis (Ozieri); in recentibus Calendariis festum est dp. maj. in universa Sardinia.—Archiv.

Coronatio Iconis B. Mariae V. in Coelum Assumptae, dp. maj. in dioec. Amerina (Amelia).—Ordo 1895.

F. **B. Mariae V. de Ponte,** Titul. ecclesiae propriae in dioec. Uritana (Oria) in Apulia, dp. 1 cl. oct. — Propr. Uritanum 1847 in Bibl. Montis Cassini O.S.B.

F. **B. Mariae V. tit. del Bosco (Madonna del Bosco)** h. d. signatur in Calendario "Ricordo di Caravaggio" 1901. Colitur imago S. M. del Bosco in parochia Spini (Spino d'Adda) dioec. Laudensis, coram qua icone orans captivus e potestate militum liberatus est.—Maggia.—Zanella IV 457.

F. **B. Mariae V. de Neira** fit per Missam vot. sol. B.M.V. in civitate Artazcor, dioec. Pampelunae, ex decr. 12 Febr. 1897.—Archiv.

Apparitio et Translatio S. Mariae de Laguna festo proprio agitur in sanctuario N. Dnae de Laguna O.F.M. civitatis Campeche in Mexico. Inventa imago mense Majo 1649 in pago Xampolol et die 9 Maji translata est in civitatem Campeche.—Florencia, Zodiaco Mar. 25.

F. **B. Mariae V. a Miraculis,** dp. maj. in dioec. S. Flori in Gallia. —Ordo 1895.—Colitur imago Mauriaci, ubi inventa est a Theodichilde filia Chlodovaei Regis a. 507; loco sacelli a saec. XII–saec. XV aedificata est basilica magnifica. Incoronata est imago a. 1855. Festum jam medio aevo agebatur.—N. D. de France II 346.—Drochon 966.—Guerin V 423.

X

F. **S. Coronae Dni,** dp. maj. in dioec. Caesaraugustana (Zaragoza) in Hispania.—Cal. Caesaraug. approb. 24 Feb. 1914.—Item in Cal. Terulensi 1911.—Archiv.

F. **Primae Translationis Almae Domus B. Mariae V.** e Nazaret Tersactum in Dalmatia (Croatia); Tersacti dp. 2 cl.—Ordo O.F.M. Prov. Croatiae 1907; in universa Croatia et Dalmatia dp. maj.; Kunae in Dalmatia Titulare Conventus dp. 1 cl. oct.—Ordo O.F.M. Prov. Dalmatinae S. Hieronymi 1907.—Concessum est festum a. 1717 a Clemente XI cum officio ut die 10 Dec. mutatis mutandis. Advenisse traditur alma domus 10 Maji 1291; sed a. 1294 translata Lauretum in Italia.—cf. 10 Dec.—Colv. 9 Maji.—Klein 52.—F. M.

Coronatio Imaginis B. Mariae V. de Misericordia, dp. maj. in dioec. Savonae et Naulensi in Liguria; incoronata est imago ab ipso Pio VII Papa, 10 Maji 1815;—v. 18 Martii.—Cal. approb. 17 Apr. 1914.—F. M.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Ripana (Ripatransone) in Piceno, in honorem iconis prodigiis clarae.—Ordo 1895, 1897 et 1904.

F. **B. Mariae V. Dolorosae de Eremitorio (Romitello),** dp. 1 cl. hac die celebrari in sanctuario proprio "del Romitello", juxta Borcettum, archid. Montis Regalis (Monreale) in Sicilia, me edocuit Rev. Balthas. Safina, hujus sanctuarii custos. Ibi imaginem Matris corpus Filii demortui sustinentis, a. 1464 pictam, non sine miraculosis manifestationibus a. fere 1490 deposuit in eremitorio suo B. Julianus Majali, "Patriae Pater", O. S. Benedicti. Incoronata est imago die 27 Augusti 1922.—La Madonna del Romitello, Palermo, 1922.

F. **B. Mariae V. de Victoria,** Titul. eccl. propr. in civit. "Monte i Giovi", dioec. Genuae, dp. 1 cl. oct., ex indulto 2 Maji 1908; die 2 Apr. 1891 S. Rit. C. pro hac die concesserat Missas votivas B. Mariae V.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Misericordia** per Missam vot. sol. B.M.V. agitur in sacello sororum B. Mariae V. de Misericordia in dioec. Platensi in Argentina (Amer. meridion.), e conc. 22 Junii 1899.—Archiv.

Memoria **Iconis B. Mariae V. Kievo-Bratensis (Kijewo-Bratskaja)** in Synaxario Menologii Russici. Recolitur imago in monasterio Bratensi apud Kioviam. Anno 1662 a Tartaris e civitate Vishgorodensi

sublata et in Dnjeper flumen projecta, a monachis Bratensibus accepta et in ecclesia Theophaniae cultui exposita est.—Mz. II 287.—Sn. 277.

XI

Festum **SS. Miraculosi Sacramenti,** dp. in dioec. Augustana (Augsburg). Anno 1198 in ecclesia S. Crucis, die 28 Maji, hostia in carnem vivam mutata esse fertur; in ecclesia S. Crucis festum agebatur hac die usque ad reformationem; postquam ecclesia ab haereticis sublata est, SS. Sacramentum transferebatur in monasterium Chiemsee, sed 10 Maji 1635 ecclesiae S. Crucis reconciliatae redditum est. In universa dioecesi festum die 11 Maji celebratur ex anno 1667.—Hoeynck, 321.—Cal. Augustanum 1914 et 1916.

F. **Hostiae Miraculosae,** dp. maj. in dioec. Bredae in Hollandia. v. Cal. Bredae a. 1914 approbato.—Archiv.—v. Dom. II post Pascha.

F. **S. Sindonis Dni N. Jesu Chr.,** dp. maj. in dioec. Niciensi (Nizza).—Cal. Nic. 9 Maji 1914 approbatum.—Archiv.—v. 4 Maji.

F. **S. Spineae Coronae,** dp. maj. in Proprio O. Militaris S. Joannis a. 1793.—Bibl. Boll. et in archidioec. Toletana.—Cal. 17 Apr. 1914; in Cal. dioec. Burgos, 16 Maji 1914 et in Cal. Petricorensi (Perigord) 24 Apr. 1914.—Calend.

F. **B. Mariae V. tit. Liberatricis,** dp. maj. in dioec. Tuscanensi (Toscanello) in Etruria, conc. 3 Sept. 1830.—Archiv.—Ordo 1901.—Cal. 10 Jan. 1914.

F. **B. Mariae V. Matris Divinae Providentiae,** Patr. Princ. Civit. et Dioec. Fossanensis in Pedemonte, dp. 1 cl. oct.—Cal. Fossani 2 Martii 1914 approbatum. Idem festum dp. maj. in Vicariatu Apostolico de Kenya (Cal. 1910 approb.).—v. Dom. II Maji.

F. **B. Mariae V. de Fraxino,** Titul. Ecclesiae O.F.M. Piscariae (Peschiera sul Lago), dioec. Veronensis, dp. 1 cl. oct, ubi colitur imago miraculosa B.M.V. de Fraxino.—Ordo O.F.M. prov. Venetae 1901 et 1908.

Apparitio B. Mariae V. de Misericordia, dp. 1 cl. oct. in sanctuario homonymo Castelli Leonis, dioec. Cremonensis, ubi Dei Mater mulieri apparuit 11 Maji 1511.—Ricc. I 297.—Maggia-Zanella, IV 213.—F. M.

F. **B. Mariae V. Fontis Gratiarum,** dp. maj. Tricarici in Italia.—Cal. 17 Dec. 1913 et Cal. 1920. v. Dom. III Nov. et Dom. I Maji.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Ferentina, e conc. 23 Sept. 1852.—Ordo Ferentini 1893.—F. M.—v. Dom. II Maji.

B. Mariae V. ritu dp. maj. recitatum esse officium Melphicti (Molfetta) ab immemorabili, nescio sub quo titulo, patet ex decreto 3 Febr. 1824.—Archiv. S. Rit. C.

F. **B. Mariae V. de Bono Consilio,** dp. maj. in dioec. Fanensi (Fano) in Piceno.—v. Ordo 1888.—F. M.

F. **Translationis Almae Domus Lauretanae Tersactum,** dp. maj. assign. h. d. e 10 hujus in dioec. Lesinae in Dalmatia, ubi 10 Maji agitur festum S. Prosperi M. dp. 2 cl.—Klein, 53.

F. **B. Mariae V. Auxilii Agonizantium,** dp. 2 cl. in Cal. Congregationis Presbyterorum S. M. de Tinchebray a. 1917. ibidem: f. B.M.V. de Consilio, Transl. Domus Lauretanae et f. B.M.V. Gratiarum (9 Junii). Archiv.

F. **B. Mariae V. de Misericordia,** dp. maj. apud Oblatos B. Mariae V. Immaculatae.—Cal. 17 Dec. 1913.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Immaculatae de Aparecida,** dp. 2 cl. in dioec. S. Pauli in Brasilia (Cal. 1914), Tanbati (Cal. 11 Maji 1914) et alibi in Brasilia. Item in Republica Uruguayana, 1914. — Archiv. — v. Dom. I Maji.

F. **Gaudiorum B. Mariae V.,** dp. maj. in dioec. S. Joannis de Cuyo in Argentina.—Off. pr. 1904.

Natalis Constantinopolis, sive " Encaenia hujus a Deo Custoditae Urbium Reginae ", sub officio B. Mariae V., festum universalis Ecclesiae Graecae. Urbem Byzantinam solemniter Dei Genitrici a Constantino Magno dicatam esse 11 Maji 330 sequiores tradunt Graeci; antiqui vero scriptores nihil habent de tali ceremonia. Russi et Rutheni hoc festum non agunt. — Nill. I, 11 Maji. — Mrt. p. 126. — Max. 195. — Colven. 11 Maji.—Bal. 241.—cf. Locrium (Summa Aurea XI 1072).—F. M.

XII

F. **Apparitionis S. Crucis in Golgotha** ("Apparitio Crucis in medio coelo in urbe Jerusalem sub pontificatu S. P. N. Cyrilli Ep.") h. d. qui est 7 Maji in Cal. Juliano agitur in Synaxario Abyssiniae, Harris 426, quod est festum Graecorum 7 Maji. — Harris. — Syn. Arabo-Jacob. Patr. Or. XVI 377.

F. **Prodigiorum B. Mariae V. tit. Matris Misericordiae,** Arimini (Rimini) in ecclesia propria, dp. 1 cl. oct.; in Congreg. Missionariorum de Pret. Sanguine (Cal. 1900 et Cal. appr. 23 Julii 1914) dp. maj.; item in dioec. Ariminensi (1899).—Imago B. Mariae V. in ecclesia S. Clarae oculos movere visa est 11 Maji 1850; unde Pius IX Papa concessit festum pro die anniversaria.—Durand 93—Rudnicki 371—Beissel, Wallf. 412.—F. M.

Translatio B. Mariae V. de Glara in sanctuario homonymo, Regii Lepidi in Aemilia, fit per Missam vot. sol. B. Mariae V.—Ordo Regin. 1888.—Translata est imago 12 Maji 1619. v. 29 Apr.—F. M.

Humilitatis B. Mariae V. festum, concessum pro dioec. Salfordiensi in Anglia a. 1884.—cf. Off. pr. Angliae.

Dedicatio Ecclesiae SS. Deiparae Decimanae, quae locum habuit Kioviae in Russia sub S. Wladimiro a. 966 hac die memoratur a Maltezew II 299. Kioviae in ecclesia propria agitur cum solemnitate sub officio B. Mariae V.—Max. I 195.

F. **S. Mariae Reparatricis** per Missam vot. sol. fit hac die Romae in ecclesia S. Crucis Religiosarum S. Mariae Reparatricis. — Semaine de Rome, 1904, p. 464.

XIII

F. **S. Spineae Coronae Dni,** dp. maj. in dioec. Bellunensi, 1914.—Archiv.

Dedicatio S. Mariae ad Martyres Romae (Pantheon) in pluribus dioecesibus medio aevo agebatur ritu simplici sub antiphona plurimorum Martyrum; interdum vero, ut videtur, B. Mariae Virg. v. Grotefend III 136. Cal. Atrebatis 1491, Weale 311. Hac die Romae in ecclesia S. Mariae ad Martyres (Rotunda) f. Dedicationis templi pagani in ecclesiam christianam per Bonifatium IV, 13 Maji 607, sub officio Dedicationis Ecclesiae, dp. 1 cl. oct.—Ordo S. M. ad Martyres 1911 et 1921.—Colv. h. d.—Beissel I 56, qui hanc memoriam f. S. Mariae reputat.

Dedicatio S. Mariae ad Martyres, dp. 2 cl. sub officio proprio B. M. V. pro dioecesi patriarchali Lisbonensi; dp. 1 cl. oct. vero Lisbonae in ecclesia homonyma. — Alphonsus I Lusitaniae rex ecclesiam exstruxit in honorem B. Mariae V. et christianorum militum qui in oppugnatione Lisbonae contra Mauros ceciderunt a. 1147, assignato festo Dedicationis ad 13 Maji, quo Romae fit Dedicatio S. Mariae ad Martyres. Anno 1851 Pius IX Papa sub officio B. Mariae V. praesens festum concessit.—Propr. Portug. 1892. — Pro dioec. Olinda in Brasilia dp. maj. ex decr. 3 Julii 1903.—Pimentel 14.—Anaquim 156, 163.—F. M.

F. **S. Mariae ad Martyres,** dp. maj. sub officio B. Mariae V. fit h. d. in dioec. Polycastrensi.—Ordo 1889.—Idem est f. Titulare ecclesiae O. F. M. oppidi Forni, dioec. Nuorensis in Sardinia, dp. 1 cl. oct.—Ordo O. F. M. Prov. Sardiniae, 1919.—F. M.—Polycastri a. 1914 festum expunctum est.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. maj. in universo Ordine Eremitarum S. Augustini. Hoc festum originem duxisse videtur ab ecclesia Augustinianorum Panormi, S. M. de Succursu.—Ibi a. 1306 primo apparuit S. Dei Genitrix P. Nicolao conventus Priori; deinde a. 1315 cingulo aureo ornata, quo lumbos cinxit mulieri paralyticae. Quod cingulum mulier obtulit in ecclesia S. M. de Succursu, unde confraternitas Cincturatorum (Dom. post 28 Aug.). Festum et officium concessa sunt pro Augustinianis Siciliae 4 Februarii 1804 et die 24 Martii ejusdem anni extensa ad uni-

versum ordinem. Saccae in Sicilia S. Maria de Succursu titularis est ecclesiae Augustinianorum, dp. 1 cl. oct.—Cal. O. Erem. S. Aug. provinciae Siciliae 1841.—Archiv.—Haydt, Mariale Augustinianum, 1707, p. 257 ss. —Gump. 622.—F. M.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. maj. Bononiae in ecclesia homonyma, e conc. 1 Mart. 1817.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Gratia,** dp. maj. Corati in Apulia. — Propr. Prov. Tranensis 1830.—Ordo Tranensis 1888.—F. M.

F. **B. Mariae V. de Gratia,** dp. maj. in dioec. Ripatransone (assign. e 10. h.).—Cal. Approb. 10 Dec. 1913.—Ordo 1914. Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Faventina (Faenza). Cal. appr. a. 1914.—v. Dom. II Maji.

F. **B. Mariae V. Matris Gratiarum,** dp. maj. Pedemonte in dioec. Suessana (Sessa).—Cal. approb. 10 Oct. 1914.—ibidem Dom. III Maji duae Missae de Beata.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. maj. in dioec. Pratensi in Etruria.—Ordo 1888.—F. M.

F. **Imaginis B. Mariae V.,** quam in hac ecclesia veneramur, dp. maj. Turicchii (Turicchi) dioec. Faesulanae in Tuscia, in ecclesia Capuccinorum.—Cal. Capucc. Tusciae 1845. Bibl. Boll.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj., conc. 11 Maji 1819 pro dioec. Andriae in Apulia (imago miraculis clara colitur in Cathedrali Canosae).—Archiv.

F. **Coronationis B. Mariae V. Reginae Sanctorum Omnium,** dp. maj. Anconae.—Cal. approb. 28 Martii 1914.—v. Dom. I Maji.—Archiv.

F. **Patrocinii B. Mariae V. de Oropa,** dp. maj. in dioec. Bugellensi (Biella). — Cal. 1912; Cal. appr. 29 Jan. 1914. v. Dom. ult. Aug.—Archiv.

F. **Coronationis B. Mariae V. de Monte,** dp. maj. Caesenae; Cal. 6 Julii 1914. e 1. Maji. ibidem. f. B. Mariae V. tit. Auxilii Christianorum dp. maj. 24 Maji.—v. 4 et 14 Maji.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. Desertorum,** dp. maj. in dioec. Segobricensi in Hispania.—Cal. 17 Apr. 1914.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Divini Pastoris Matris,** dp. maj. in dioec. Cuernavacae in Mexico. 1911; item in Societate Mariae.—Cal.—F. M.

Commemoratio **B. Mariae V. tit. de Planctu,** dp. maj. in dioec. Sebenicensi in Dalmatia.—Klein, 54.—Cal. 1912.

F. **Patrocinii B. Mariae V.** dp. 2 cl., procuratori Generali Presbyterorum SSmi Sacramenti concessum, 10 Nov. 1920.—Archiv.

F. **Humilitatis B. Mariae V.** dp. maj. in Proprio Missionariorum Soc. Mariae (B. Ludovici de Monfort); Off. Pr. 1899.—Archiv.

Lactatio S. Bernardi annuntiatur hac die in Menologio Cisterciensi auctore Henriquez. Evenisse hanc lactationem S. Bernardi per Reginam Coelorum die 13 Maji Castilione in dioec. Divionensi (Dijon) tradunt, sive saltem tradebant, Cistercienses. Quamvis Hamon (N. D. de France, VI 396) dicat, totum Ordinem Cisterciensium anniversarium istud proprio festo celebrasse, nunquam in liturgiam talis fabula recepta est.—F. M.

Dedicatio Templi SS. Deiparae Dominatricis Mundi, sub officio B. Mariae V. fit in insula S. Glyceriae apud Heracleam. Sic e Proprio Graeco S. Glyceriae.—Bibl. priv. Revmi Maximiliani Principis Saxoniae. —Lit. I 196.

Memoria Immaculatae Reginae Nostrae in locis Diaconissae (CPoli).—Max. I 196. v. 28 Julii.—Mrt. 13 Maji.

XIV

F. **S. Spineae Coronae Dni,** dp. maj. in dioec. Nicosiae in Sicilia. —Cal. approb. 17 Apr. 1914.—Archiv.

Coronatio B. Mariae V. de Monte, dp. maj. Caesenae in Aemilia. —Anno 1318 in sacellum S. Mauri juxta Caesenam allata est statua B. Mariae V., quam 1 Maji 1814, redux ab exilio Francogallo incoronavit ipse Pius VII Papa.—Ricc. II 333.—Ordo Caesenae 1898 et 1911. v. heri et 4. Maji.—F. M.

F. **B. Mariae V. de Monte.** In Annuario Catholico 1924, p. 485 inter festa patronalia dioecesis Faliscodunensis (Montefiascone) signatur haec festivitas his verbis: In pago Martae ad ripam lacus Vulsinii celebritatem quandam habet festum B. Mariae V. de Monte (14 Maji) per processionem characteristicam afferentium fructus terrae, quae vocatur "Barrabata" (da certi umorismi coi quali veniva un tempo accompagnata).

F. **B. Mariae V. de Bonaria,** dp. maj. in ecclesiis Ordinis Mercedariorum in Italia.—Ordo 1898.—Secundum Cal. 1902 idem festum in omnibus ecclesiis totius Ordinis, excepto solo sanctuario B. Mariae V. de Bonaria super Calarim in Sardinia, ubi festum celebratur die 24 Aprilis. In urbe Bonaerensi (Buenos Aires) in America Meridionali hac die Titul. eccl. Mercedariorum, dp. 1 cl. cum oct.—Cal. Merc. 1903.

F. **Coronationis B. Mariae V. Drepanitanae,** dp. maj. Cal. approb. pro dioec. Drepanitana in Sicilia 1914.—Archiv. v. 16 Aug.

F. **B. Mariae V. de Pietate,** Titul. Ecclesiae Monialium Capuccinorum, Calari in Sardinia, dp. 1 cl. oct. (e Dom. II Maji).—Cal. O.F.M. Sardiniae 1919.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. maj. in dioec. Brictinoriensi (Bertinoro) in Aemilia.—Ordo 1895.—F. M.

F. **B. Mariae V. a Campiglione,** huic diei assignatum est pro dioec. Aversana, 19 Apr. 1912. e Dom. II Maji.—Archiv.

F. **Manifestationis Imaginis B. Mariae V. de Pace,** dp. maj. Ancarani in dioec. Asculana (Piceno) in ecclesia S. Simplicii, e concess. 3 Junii 1802.—Archiv. v. Dom. prox. 22. Oct.

F. **Apparitionis B. Mariae V. tit. di Pinè,** in sanctuario homonymo dioec. Tridentinae. Et tanquam dies festi signantur ibi dies 14 et 26 Maji, 26 Junii et 8 Septembris. — Imago B. Mariae V. de Pinè est depicta ab icone quae colitur Caravagii in Lombardi.—Annuario Cattolico p. 428.

F. **B. Mariae V. de Valle,** agitur in sanctuario homonymo extra muros villae de Saldana, dioec. Palentinae in Hispania, et vocatur " funcion de los 25 lugares ", quia 25 parochiae ad hanc solemnitatem conveniunt.—Postins 836.

F. **B. Mariae V. Divini Pastoris Matris,** dp. maj. in Proprio Ordinis Equestris S. Stephani (Etruria) 1844.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. Patronae Bavariae,** dp. 1 cl. oct. in omnibus Bavariae dioecesibus, concessum 13 Dec. 1916; missa et officium rythmicum concessum est, 12 Dec. 1917.—Mariae patrocinio Bavaria jamdudum addicta videtur; speciali modo in veteri praedio Hodingano (Altoetting) juxta Regiam constructum et postea splendidissime ornatum est sanctuarium SS. Dei Genitricis. Inter peregrinationes Bavariae eminent Ettalensis, Bambergensis et Monacensis in Hospitali Ducali. Maximilianus Dux Bavariae a. 1620 cum a proelio ad Montem Album victor cum suis Monachium rediisset, in Cathedrali coram statua Mariae gratias egit; quam statuam paulo post in forum principale super altam columnam transferri jussit, ubi colitur sub titulo Patronae Bavariae.—Archiv.—Solemnitas externa Dominica ante Pentecosten.

F. **B. Mariae V. de Gratia,** dp. maj. pro dioec. Cameracensi (Cambrai) e Dom. V post Pascha ad 14 Maji translatum est (incoronatio locum habuit die 14 Maji 1894), die 2 Martii 1912; e dp. maj. ad. dp. 2 cl. elevatum est die 26 Febr. 1919. — Archiv. Imago Nostrae Dominae de Gratia, " a S. Luca picta ", Roma Cameracum allata est a. 1440 et cultui exposita in Cathedrali (capella SS. Trinitatis) a. 1452. Ex anno 1682, quando civitas Flandrica a Gallis occupata est, imago ista in processione Voti Ludovici XIII portabatur per urbis plateas, die 15 Aug. Anno 1793 imago furori rebellium subtracta et cultui reddita est a. 1802 solemni processione.—N. D. de France II 383.

F. **B. Mariae V. ab Agris (Champs),** dp. maj. in dioec. Sagiensi (Séez); dp. 2 cl. in Cathedrali.—v. Cal. Sagiense approb. 11 Maji 1914. —v. Dom. V post Pascha.

Memoria **B. Mariae V. de Jaroslavia (Jaroslawskaja)** in Menologio Russico.—Imago colitur in ecclesia S. Crucis monasterii SS. Redemp-

toris, Jaroslaviae in Russia. Coram ea a. 1823 mulier visum recepit; vocatur etiam S. M. de Crypta, quia depicta est ab icone Kievo-Cryptensi. —Mz. II 307—Sn. 278.

Memoria **B. Mariae V. de Terebina (Terebinskaja)** in Menologio Russico.—Extat imago in eremo Terebinae ad Wolgam fluvium, in gubernio Twerensi.—Mz. II 307—Sn. 278.

XV

Revelatio Iconis Achiropitae in Camulianis, e tribus codicibus Graecis affert h. d. Martinovius p. 128;—v. 9 Aug.—Est imago Christi, non B. Mariae V.

F. **B. Mariae V. de Spicis (ad Aristas, propter Custodiam Seminum)** apud Syros ritus puri, f. 1 cl.—Idem festum apud Maronitas **(Commemoratio Dnae N. Mariae)** et apud Chaldaeos Catholicos.—Nill. I 476, 488; II 683.—In Martyrologio Rabbani Slibhae (183): **Festum Dei Genitricis ad Aristas. " Mater Dei, occasione spicarum ";** Menol. et Martyr. Antiqua Patr. Or. X 53. **" Mater Dei, quae protegit aristas ".** Patr. Or. X 57. Est autem ista Syrorum antiquissima solemnitas festum devotionis, quo pro messis ubertate populi vota offeruntur Mariae, sicut die 15 Jan. pro incolumitate seminum. Secundum apocrypha " ab ipsis apostolis " constituta est festivitas una cum festis 26 Dec., 15 Jan. et 15 Aug.—Sub titulo **" Mater Dei "** signatur hoc festum in Menologio Jacobitico saec. IX (Patr. Or. X). Simile festum Melchitae celebrant die 1 Junii, sed in honorem S. Joannis Baptistae, titulo " Festum Spicarum " et hac die spicas offerunt in ecclesiis suis.—In alio Menologio Jacobitico saec. IX die 15 Maji signatur **" Obitus Mariae "** (ib.).—Lucius-Anrich 521 ss.—Journal of Sacred Literature VII 152 ss.—F. M.

F. **B. Mariae V. de Flore,** dp. maj. in dioec. Aquipendiae (Acquapendente) in Umbria, in honorem iconis quae colitur Onani in dioec. Aquipendiae.—Off. pr.—Cal. 1912.--F. M.—dp. 1 cl. cum oct. in ecclesia propria.

F. **B. Mariae V. Matris Gratiarum,** dp. maj. in archid. S. Severinae in Calabria.—Ordo 1901.

F. **B. Mariae V. de Populo,** Patr. Princ. Fori Pompilii (Forlimpopoli) v. Cal. approb. a. 1914.—v. Dom. III Maji.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Gratia,** dp. maj., concessum pro dioec. Placentina (Piacenza), 29 Julii 1829.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Gratia,** dp. maj. pro clero et civitate Volaterrae conc. 25 Julii 1829.—Archiv.—Idem festum in Cal. Volterrano approb. 27 Aug. 1914.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Cattarensi in Dalmatia, in honorem iconis B. Mariae V. Gratiarum, quae colitur in sanc-

tuario de Skrpjel.—Inventa est imago a. 1452 in summitate rupis; ibidem a. 1630 exstructa est ecclesia; die 15 Maji 1654 civitas Cattarensis, precibus coram hac icone fusis liberata est a Turcarum aggressione. Concessum est festum 2 Martii 1815.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Gratia,** Lauduni (Laôn) in ecclesia Soc. Jesu. —Cal. S. J. in Gallia 1883. Bibl. Boll.

F. **B. Mariae V. de Portu,** dp. 2 cl. in dioec. Claromontana (Clermont) in Arvernia (Cal. approb. 27 Martii 1914).—Pro ecclesia homonyma in civitate Claromontana institutum est hoc festum a. 1616 a Joachim episcopo in gratiarum actionem pro cessatione frigoris hiemalis. Anno 1618 semel in tota civitate celebratum, ab anno 1619 in solo sanctuario N. D. de Portu agebatur, sed a. 1692 pro tota civitate restitutum est. Cum imagine a. 1793 periit et festum, sed a. 1905 instauratum ritu dupl. 1 cl. in civitate Dom. II Maji agendum.—Archiv. S. R. C.—N. D. de France II 101.— Drochon 987.— Desolmes, N. D. du Port, Clermont, 1900.—Gump. 670.—Beissel, Wallf. 424.—F. M.

F. **B. Mariae V. de Succursu** celebrari h. d. in parochia Reculey, dioec. Bajocensis (Bayeux), contendit Drochon p. 172.—Primum sanctuarium aedificatum est a. 1828, recondens statuam Coelorum Reginae angelis stipatae; nova basilica dedicata est a. 1875.—N. D. de France V 230.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. hac die Salfordiae in Anglia. —Cal. 1908.

F. **B. Mariae V. de Bono Consilio,** dp. maj. in tota Bohemia.—Klein 56.

Memoria supersanctae Reginae Nostrae extra Muros (CPolis) v. apud Martinow, 128; "**in Periteichismate**" apud Max. I 196.

XVI

Dedicatio Archidioeceseos Bracarensis (Braga) **SS. Cordi Jesu,** dp. 2 cl. sub officio SS. Cordis Jesu, in dioec. Bracarensi in Lusitania, ex indulto 23 Jan. 1907.—Off. propr. Brac. 1908.—Dicata est archidioecesis Bracarensis SS. Cordi Jesu die 16 Maji 1906.—Archiv.—Off. pr.

F. **B. Mariae V. de Castro** tit. **S. Mariae Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Vastallae (Guastalla) in Italia.—Ordo 1889, 1894 et Cal. approb. 21 Nov. 1914.—F. M.

F. **B. Mariae V. de Misericordia** festum Romae in sacello Religiosarum vulgo Ospidaliere della Misericordia ad S. Joannem in Laterano.—Omnes Missae de Beata. 7 Martii 1889.—Archiv.—v. Schneider, Decr. S. C. Indulg. p. 276.—F. M.

XVII

Inventio S. Crucis in Jerusalem signatur ad diem X Marer, i. e. 17 Maji, in Calendario antiquo Armeno apud Conybeare, 528.

F. **B. Mariae V. de Miraculis,** dp. maj. Tramutulae, dioec. SS. Trinitatis Cavensis (Potenza) O.S.B.—Off. et Cal. 1907 et 1909. Incoronata 17 Maji 1923 (statua antiqua).

F. **Coronationis Iconis B. Mariae V. tit. Tempestatis,** dp. maj. Tolentini in ecclesia S. M. Novae, ubi iconem incoronavit Pius VII Papa redux ab exilio, 17 Maji 1814.—Cal. Tol. 1887 et 17 Apr. 1914.—F. M.

F. **Coronationis Iconis B. Mariae V. de Columna,** dp. maj. Tolentini in ecclesia S. Francisci Seraphici; incoronata est imago 17 Maji 1814 ab ipso Pio VII Papa.—Cal. Tolent. 1887; festum concessum est 14 Junii 1815.—Archiv. F. M.

F. **Coronationis Iconis B. Mariae V. de Misericordia,** dp. maj. in dioec. Trejensi (Treja) in Piceno.—Etiam ista imago, quae colitur in Cathedrali Trejensi, Tolentini incoronata est a Pio VII Papa, 17 Maji 1814. Concessum est festum 28 Martii 1815.—Archiv.—Cal. Trejae 1895 et Cal. approb. 13 Aug. 1914.—Archiv.

XVIII

In Synaxario Abyssiniae (Harris 426) hac die "**Descensio Spiritus Sancti** in discipulos in parte elevata Sion". Syn. Arabo-Jacob. Patr. Or. XVI 393.

F. **B. Mariae V. de Vite,** dp. maj. in dioec. Barensi; imago colitur Carbonarae et ab antiquioribus (Gump., Haydt) perperam vocatur **S. M. de Vita;** v. 20 Maji.—F. M.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** assignatum e Dom. IV post Pascha in dioec. Vastensi.—Ordo 1890.—F. M.

F. **B. Mariae V. "dell' Alno",** dp. maj. Canzani, dioec. Aprutinae (Teramo) ex indulto 10 Martii 1892. Apparuit ibi SS. Dei Mater quatuor abhinc saeculis.—Archiv. S. R. C.

XIX

Renovatio Imaginis SS. Crucifixi, dp. maj. Mexici in ecclesia S. Teresiae O. Carm. Vetusta imago SS. Crucifixi die 19 Maji 1621, tempore magnae tempestatis, subito luce circumfusa renovata est in pago Cardonal apud Ixmiquilpam in Nova Hispania; eodem anno Mexicum translata est, ubi sub titulo "El Señor de Santa Teresa" magno in honore habetur.—Cal. O. Carmel Hips. 1895.—Velasco, Milagrosa Renovacion de Cristo S. N. Crucificado in S. Teresa la Antigua, Mexico 1846.—De Padua, I 13.

Commemoratio S. Joseph Sponsi B.M.V. dp. in Cal. S. Fidei in Neogranatensi die 9 Dec. 1875 approbato. v. 19 Jan.

XX

F. **B. Mariae V. titul Matris Domini,** dp. 1 cl. oct., Protectricis Terrae Latertiae (Laterza), dioec. Matheranae in Lucania (nunc Acheruntinae). Apparuit ibi Dei Mater manifestans imaginem in muro depictam, die 9 Maji 1650; electio in patronam approbata est 12 Martii 1727; officium et festum approbata sunt 8 Martii 1825.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum, tit. "delle Vedute",** dp. 1 cl. oct. in ecclesia collegiata S. M. delle Vedute et S. Rochi loci Fucecchio (Vedute), dioec. S. Miniatis in Etruria. Imago translata est e nemore in templum novum et incoronata 20 Maji 1830; lectio VI festi approbata est 18 Nov. 1917.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. de Bethlehem,** Tit. ecclesiae O. Fratrum Conventualium apud Sassarim in Sardinia, dp. 1 cl. oct.—Epist. e Sassari 19 Feb. 1901.

F. **B. Mariae V. de Vite,** ritu dp. maj. in Cathedrali et archid. Barensi olim hac die, non 18 Maji, actum esse v. J. Haydt, Mariale August. 1707.—Imago colitur Carbonarae in dioec. Barensi.—v. 18 Maji.

F. **B. Mariae Consolatricis Afflictorum,** Patr. Princ. loci Sampocho, dioec. Cordubensis (Cordova) in Hispania, ex indulto 28 Apr. 1915.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. de Monclus** agitur in sanctuario homonymo ad Cincam flumen, juxta civitatem Medianorum, dioec. Barbastri in Aragonia; sanctuarium vetustissimum, imago lignea.—Faci II 499.

XXI

F. **S. Spineae Coronae,** dp. maj. in dioec. Valvae et Sulmonis.—Cal. approb. 19 Dec. 1913.—Archiv.

Festum **Miraculi (Teammer) B. Mariae Apparentis** in Metemac (Debre-Metemac) celebratur in ecclesia nationali Abyssiniorum.—Apparuit SS. Dei Mater in monte Metemacensi in Aegypto cum multis angelis, ut eorum ministerio Christianos eriperet de Mahumetanorum oppressionibus. Festum per dies quinque protrahitur et celeberrimum est in civitate Gondar, ubi extat ecclesia sub hoc nomine dicata. Tertia die solemnitatis recolitur festum Ingressus SS. Familiae in Aegyptum.—Ita mihi rescripsit e civitate Alitiena Rev. P. Baeteman C. M. a. 1908.—Deest festum Teammar apud Harris; ejus loco memoria mensilis S. Mariae V. p. 426.

F. **B. Mariae V. de Vladimiria (Wladimirskaja)** celebratur h. d. ab universa Ecclesia Russiae in memoriam liberatae Moscoviae a Tartarorum Crimensium invasione, a. 1521, invocata Deipara in icone Vladimiriae. Imago, a. " S. Luca picta ", a. 450 e Jerusalem translata CPolim, saeculo XII a Luca Chrysobergo patriarcha dono data Georgio Dolgorucki Duci et collocata in coenobio monialium civitatis Wishgorod.—Ita traditio

Russorum. Revera imago ista non est antiquissima, quia non est delineata secundum typum antiquum et severum Odigitriae, sed prae se fert typum Graecum recentiorem, quem Russi vocant " Umilenie " i. e. Teneritudinis: Puer caput applicat ad genam Matris et brachiis amplectitur collum ejus. Ejusdem generis est imago Tanaica (Donskaja); Cazanensis vero ectypon est Odigitriae.—Anno 1155 haec imago a S. Andrea Duce collocata est in monasterio Bogoljubensi ad Kljasmam ab ipso fundato, sed a. 1160 translata est Vladimiriam. Anno 1395 advecta Moscoviam, ubi colitur in Cathedrali Obdormitionis.—v. 23 Junii et 26 Aug. Mz. II 339.—Festum etiam a Serbis receptum est.—Max. I 198.—Sn. 279-299.—Beissel, Wallf. 391, ubi perperam vocatur: " **Madonna archiducis Vladimirii** ".—F. M.

Memoria **B. Mariae V. de Orania (Oranskaja)** in Menologio Russico.—Icon extat in ecclesia propria monasterii Oranoje-Pola, in gubernio Novgorodiae Inferioris (Nishni-Nowgorod). Picta est a. 1629 Moscoviae, in pago Botshejewo miraculis infulsit, unde in monte Slavenensi aedificatum est monasterium.—Mz. II 343.—Sn. 291.

Memoria **Iconis B. Mariae V. de Monte Nigro (Wladimirskaja-Krasnogorskaja)** in Menologio Russico.—Recolitur imago in monasterio Russico Montis Nigri quo a. 1603 allata est e coenobio Kewrolensi ad flumen Pineza. Duo miracula v. apud Mz. II 344.—Sn. 293.

F. **B. Mariae V. Divini Pastoris Matris,** dp. maj. in dioec. Brundusina, Sarnensi, Crotonensi, Dianensi, Uxentina (1878), Gravinensi. Cal. —E Dom. ult. Sept. ad diem 21 Maji assign. pro Neapoli, 30 Maji 1820. —Archiv.—F. M.

F. **B. Mariae V. de Bono Nuntio (Bonne Nouvelle),** dp. maj. in dioec. Nanceiensi.—Ordo 1919.—Imago N. Dnae de Bona Nova e saec. XIV colebatur in ecclesia S. Georgii civit. Nanceiensis et titulum accepit cum a. 1525 puella muta et surda Antonio Duci Lotharingiae victoriam de haereticis annuntiaret. Ecclesia S. Georgii a. 1742 demolita, imago translata est in Cathedralem.—Drochon, 1166.

XXII

Inventio Crucis signatur h. d., in festo SS. Constantini et Helenae in Menologio Jacobitico a. 675, et in aliis saec. IX et saec. XI. (Patrol. Orient. X p. 32, 42 et 49.)

F. **B. Mariae V. Divini Pastoris Matris,** dp. maj. in dioec. Cavensi.—Ordo 1889.—F. M.

F. **B. Mariae V. de Bono Succursu,** dp. maj. in dioec. Nanceiensi (Gallia).—Ordo 1919.—Sanctuarium B.M.V. de Bono Succursu a. 1476 exstructum est a Renato II Duce Andegavensi in memoriam victoriae de Carolo Temerario; miraculis clarissimum evasit; annis 1738-1741 Stanislaus Rex Poloniae et Dux Lotharingiae novam aedificavit ecclesiam et ibi

collocata imago vetustissima B. Virginis Auxiliatricis, quae incoronata est 22 Maji 1865.—Drochon, 1161.—Archiv.

Memoria **Deiparae in locis Sophianis** CPoli olim observata est.—v. Max. I 198.

XXIII

Miraculum SS. Crucifixi, agitur Romae in ecclesia S. Marcelli P. M. (per Missam vot. sol. S. Crucis), ubi 23 Maji 1519 imago Crucifixi inter flammas permansit incolumis.—Diario Romano.—Imago ista Romae celeberrima est. Anno 1921 ipse interfui processioni, qua capitulum Vaticanum hanc imaginem per basilicam S. Petri et extra eam, magna populi turba comitante, circumferebat.—Diar.

F. **Imaginis Dni N. Crucifixi** in civitate Aren, dioec. Urgellensis in Aragonia; colitur imago in ecclesia collegiata et agitur festum sub duplici praecepto.—Faci I 139.

F. **B. Mariae V. de Monte** agi solebat h. d. Genuae in ecclesia homonyma O. F. Minorum per Missam vot. sol. B. Mariae V.; per decr. 15 Junii 1905 translata est solemnitas ad Dom. ult. Maji.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Gravinae.—Propr. offic. vetustum et Cal. 1905.

F. **B. Mariae V. Reginae Pulchrae Dilectionis,** dp. 2 cl. in dioec. Pampelunensi (Hisp.).—Cal. 1910.

F. **B. Mariae V. tit. de Marcuello** in monte "Assillamado" agitur h. d. in proprio sanctuario per Missam vot. sol. B.M.V. (in civitatibus Sarsae et Linas) fortassis etiam per officium dp. maj. in breviario, in memoriam impetratae pluviae post processionem rogativam 23 Maji 1646 vel 1648 et iterum a. 1722. Sanctuarium exsurgit inter ruinas prisci oppidi Marcuello, dioec. Oscensis (Huesca) in Aragonia.—Faci II 413.—F. M.

Descensio B. Mariae V., dp. 2 cl. Cuszi in Peruvia. Templum erectum est a. 1664 sub nomine "Triumphi", ubi S. Dei Mater benigne descendens apparuit. Festum agebatur ante a. 1914; sublatum in reformatione Calendarii; pro Cuzco restitutum est 20 Junii 1919.—Archiv.

Coronatio B. Mariae V. de Bono Occursu, dp. maj. in dioec. Vapincensi (Gap) in Gallia. — Ordo 1895. — Imago recolitur in oppido Laus, ubi saepius apparuit Deipara saeculo XVIII. Incoronata est imago 23 Maji 1855. — N. D. de France, VII 308. — Durand 56. — Riccardi V 496.—Rudnicki 338.—Guérin V 216.—Cal. Vapin. approb. 27 Apr. 1914. F. M.—Durand 65.—Guérin, V, 216.

F. **B. Mariae V. Miraculorum,** dp., concessum 17 Nov. 1674 pro monasterio S. Clarae Recollectorum, dioec. Massiliensis.—Anal. Jur. Pont. VII 1188.—F. M.

XXIV

F. SS. **Salvatoris,** dp. cum off. propr. in Breviario Sarisburiensi (Sarum, Salisbury) in Anglia, 1514.—Bibl. Musaei Brittan. — v. etiam Grotefend II, 2, 89.

F. **Adventus Christi Domini in Aegyptum ("Introitus Dni in Terram Aegypti"),** de praecepto apud Coptos, Aethiopes, Abyssinios, Vallis Niliacae.—Nill. II 702.—In Fastis Ecclesiae Alexandrinae, ib. II 719: **Adventus in Aegyptum et Commemoratio SS. Familiae";** v. Harris 227. Eadem die secundum Calendarium Julianum, i. e. die 19 Maji, in Synaxariis Syrorum Jacobitarum: **Occisio Infantium et Fuga Dni in Aegyptum.** — Baumstark 179. — Copti et Abyssinii S. Familiam fuga ex Heliopoli (Mehsab) Koskuam (El Moharrag, in Aegypto superiore) perrexisse credunt. Ibi hac die (seu 25 Maji?), secundum Apocrypha, Jesus baculum aridum in oleam crescere jussit, quae olea adhuc viget in "Buk apud Moharrag" (Donehoo, Apocryphal Life of Christ, 107).—Abyssinii S. Familiam usque ad Meroen et in ipsam Abyssiniam profectam et ibi per annos tres et menses sex versatam esse credunt (Harris 394). Communis et sanior traditio fert, S. Familiam Heliopoli et Cahirae commoratam esse. — De La Fuente 123. In Synaxario Arabo-Jacobitico (Patr. Orient. XVI) hac die festum annuntiatur sub titulo "**Reditus benedicti Dni N. Messiae e terra Aegypti**". Secundum lectionem hujus synaxarii Joseph cum Maria, Puero et S. Maria Salome perrexit in Basatah, deinde in Minyah Sammanud, deinde trajecerunt flumen et venerunt in Djebel et Natrun et El Achmunein, ubi manserunt. In reditu per El Moharragh perrexerunt in Misr et El Mataryeh, ubi laverunt puerum in fonte; deinde ex El Mahammah profecti sunt in Terram sanctam.

F. B. **Mariae V. tit. Auxilium Christianorum,** dp. maj. Romae et, ante reformationem Calendarii in universo fere Orbe Latino.—Institutum est 16 Sept. 1815 in memoriam felicis reditus Pii Papae VII Romam, 24 Maji 1814, post longam et tristissimam captivitatem. Dupl. 2 cl. apud Barnabitas (1908) in Societate Divini Salvatoris (Ordo 1909) et in Societate S. Francisci Salesii dp. 2 cl.—Est festum Patronale, totius Australasiae, dp. 1 cl. oct. — Ordo Cleri Saec. Australasiae 1888. — Festum est Patronale dioec. Serenae (Cal. 1914) et Archid. Scopiensis in Albania (Cal. 1914). In reformatione calendariorum, 1913-1914 hoc festum e plurimis calendariis expunctum est. Hanc solemnitatem retinuerunt: dioeceses Savonae (1914), Ravennae (1914), Cenomanum (1917), Trecensis (1914), Pictaviensis, Meldensis (1920), Parisiensis, S. Claudii (1914) etc.; inter familias religiosas: O. Servorum Mariae, Eudistae (1920), Ordo Constantinianus (1919), Societas Missionum Parisiensis (1914), Pia Societas S. Francisci Salesii (Patr. Princ.), Barnabitae, Augustiniani ab Assumptione (1914) etc. Archiv.—F. M.—Guérin VI 148.

F. **B. Mariae V. de Bono Succursu,** tit. **Auxilii Christianorum,** dp. 2 cl. in archid. Rotomagensi (Rouen).—Cal. 24 Martii 1914.—Sanctuarium N. D. de Bon-Secours in civitate Blosseville fundatum est ante saeculum XIII; a. 1840 ecclesia magnifica exstrui coepta est. Off. festi est off. Auxilii Christianorum, lectiones vero propriae sunt. Die 12 Feb. 1919 sanctuarium elevatum est ad dignitatem Basilicae minoris. Archiv.—Drochon 129.

F. **B. Mariae V. de Albis,** tit. **Auxilii Christianorum,** dp. 1 cl. oct. cum officio proprio agitur in sanctuario Pontlevoy, dioec. Blesensis. Sanctuarium saeculo XI fundatum, a. 1793 solo aequatum est. Post bellum civile reaedificatum et a. 1829 praesens festum institutum est ad imitationem festi a. 1815 a Pio VII Papa inauguranti.—N. D. de France I 161.

F. **B. Mariae V. de Stella,** dp. maj., sub officio B. Mariae V. Auxilii Christianorum, sed cum lectione VI propria, 12 Dec. 1921 approbata pro archidioecesi Spoletana. Juxta pagum Castelrinaldi imago Mariae in muro depicta, indice voce coelesti, inventa est a quodam puerulo a. 1861; paulo post juvenis aegritudine oppressus coram ista icone orans subito sanitati restitutus est. Quod primum miraculum cum alia sequerentur, imago die 8 Maji 1862 cultui tradita et coram ea primo missa celebrata est die 24 Mai 1862. Templum novum in loco inventionis exstructum est, quod evasit sanctuarium principale archidioecesis Spoletanae.—Sign. I 151.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Fulginatensi (Foligno) in Italia.—Cal. approb. 17 Jan. 1913.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Providentia,** pro oppido "Val d'Uxò", dioec. Derthonensis (Tortona) restitutum a S. Rit. C., 21 Oct. 1913.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Audientia,** Patr. Princ. loci Sambuco in Sicilia, dp. 1 cl. oct.—Ordo Capucc. Panormi 1921. v. Dom. III Maji.

F. **B. Mariae V. de Strata,** dp. maj. pro universo Societate Jesu; Cal. approb. 12 Maji 1920; Romae, in ecclesia Jesu, dp. 2 cl.—Officium concessum est 19 Jan. 1890 Dom. II Junii agendum. Pro externa solemnitate Romae in ecclesia Jesu duae missae dicuntur de B.M.V. de Strata Dom. II Junii.—Archiv.

XXVI

F. **Insignis Miraculi SS. Corporis Christi,** dp. maj. in dioec. S. Claudii in Gallia.—Cal. approb. 9 Maji 1914.—Archiv.

Apparitio B. Mariae V. de Caravaggio, dp. 1 cl. cum oct. in sanctuario proprio dioec. Cremonensis, in dioec. vero dp. 2 cl. — Ordo 1920.—Placentiae in eccl. S. Francisci, dp. maj. (Ordo Placentiae 1902); in dioec. Laudensi (Pavia, conc. 11 Sept. 1907); dp. 2 cl. Neapoli in

ecclesia Barnabitarum.—Festum institutum est pro solo sanctuario a. 1492, in memoriam apparitionis B. Mariae V. 26 Maji 1492. Incoronata est imago 29 Sept. 1708.—Ricc. I 308.—Sign. II 101.—Gump. 40.—Beissel, Wallf. 399.—Cal. Crem. approb. 29 Dec. 1913.—F. M.

F. **B. Mariae V. Miraculorum,** dp. 1 cl. oct. in ecclesia O. F. Minorum, Collesani, dioec. Cephaluditanae (Cefalù) in Sicilia.—Cal. O.F.M. prov. Messanae 1900. — Festum agebatur olim die 27 Aprilis; per decr. 22 Nov. 1857 translatum est ad 26 Maji.—Archiv. S. Rit. C.—Campanis nullo movente sonantibus haec imago se manifestavit 27 Aprilis 1571 in ecclesia Annuntiationis; S. M. Miraculorum electa est in patronam; die 26 Maji 1643 imago sudorem fudit copiosum.—Pitrè 486.

Memoria **Iconis B. Mariae V. de Lacu Seligero** (Seligerskaja) in Synaxario Menologii Russici.—Imago colitur in monasterio S. Nili, in insula lacus Seligeri in Russia. Alterum festum 7 Dec.—Mz. II 363.—Sn. 299.

In Missali Aboensi (Abo) in Finlandia, a. 1488, hac die notatur: **Missa votiva de Maria.** Ibidem 23 Febr. et 20 Nov. annuntiatur: " Missa votiva " sine objecto.—Grotef. II 218.

XXVII

Anniversarium Coronationis Imaginis della Steccata, dp. maj., Parmae in ecclesia S. M. della Steccata Ordinis Militaris S. Georgii (Ordinis Constantiniani). Incoronata est imago 27 Maji 1601; festum agitur ex anno 1602. — Cal. Ord. Constantiniani 1843. — Cal. approb. 16 Febr. 1914. Bibl. Boll.—Archiv.—Imago ista, aliunde huc allata apud omnes in summa aestimatione est tanquam miraculosa et Parmensium gloria. Templum antiquitate praeclarum ad tantam opulentiam pervenit, ut saeculo XVII in annos singulos centum virgines hinc dotem accipiant.—Gump. 344.

Memoria **B. Mariae V. Perdolentis** fit h. d. in civitate " Montegiorgio ", dioec. Firmanae (Fermo), in ecclesia collegiata S. Joannis. Omnes Missae de Matre Dolorosa, e conc. 26 Martii 1822.—Archiv.

XXVIII

F. **Miraculosi Sacramenti,** dupl., institutum a. 1199 ab Udalscalco Episcopo pro ecclesia S. Crucis in civitate Augustae Vindelicorum (Augsburg); ab anno 1667 festum fit die 11 Maji in tota dioecesi. v. Hoeynck 321.

Coronatio S. Mariae a Salve, dp. 2 cl. in dioec. Alexandrina in Pedemonte. Cal. Alexandrinae approb. 14 Julii 1914. e Dom. ult. Maji. —Col.

Patrocinium B. Mariae V. ab Igne, dp. maj. in dioec. Fori Livii (Forlì). Ex voto pro gratiarum actione fit processio.—Cal. 1898 et 1912. —Archiv.—v. 4 Febr.

F. **B. Mariae V. a Campiglione,** huic diei assignatum est pro dioec. Aversana, 19 Apr. 1912. e Dom. II Maji.—Archiv.

F. **Manifestationis Imaginis B. Mariae V. de Pace,** dp. maj. Ancarani in dioec. Asculana (Piceno) in ecclesia S. Simplicii, e concess. 3 Junii 1802.—Archiv. v. Dom. prox. 22. Oct.

F. **Apparitionis B. Mariae V. tit. di Pinè,** in sanctuario homonymo dioec. Tridentinae. Et tanquam dies festi signantur ibi dies 14 et 26 Maji, 26 Junii et 8 Septembris. — Imago B. Mariae V. de Pinè est depicta ab icone quae colitur Caravagii in Lombardi.—Annuario Cattolico p. 428.

F. **B. Mariae V. de Valle,** agitur in sanctuario homonymo extra muros villae de Saldana, dioec. Palentinae in Hispania, et vocatur " funcion de los 25 lugares ", quia 25 parochiae ad hanc solemnitatem conveniunt.—Postins 836.

F. **B. Mariae V. Divini Pastoris Matris,** dp. maj. in Proprio Ordinis Equestris S. Stephani (Etruria) 1844.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. Patronae Bavariae,** dp. 1 cl. oct. in omnibus Bavariae dioecesibus, concessum 13 Dec. 1916; missa et officium rythmicum concessum est, 12 Dec. 1917.—Mariae patrocinio Bavaria jamdudum addicta videtur; speciali modo in veteri praedio Hodingano (Altoetting) juxta Regiam constructum et postea splendidissime ornatum est sanctuarium SS. Dei Genitricis. Inter peregrinationes Bavariae eminent Ettalensis, Bambergensis et Monacensis in Hospitali Ducali. Maximilianus Dux Bavariae a. 1620 cum a proelio ad Montem Album victor cum suis Monachium rediisset, in Cathedrali coram statua Mariae gratias egit; quam statuam paulo post in forum principale super altam columnam transferri jussit, ubi colitur sub titulo Patronae Bavariae.—Archiv.—Solemnitas externa Dominica ante Pentecosten.

F. **B. Mariae V. de Gratia,** dp. maj. pro dioec. Cameracensi (Cambrai) e Dom. V post Pascha ad 14 Maji translatum est (incoronatio locum habuit die 14 Maji 1894), die 2 Martii 1912; e dp. maj. ad. dp. 2 cl. elevatum est die 26 Febr. 1919. — Archiv. Imago Nostrae Dominae de Gratia, " a S. Luca picta ", Roma Cameracum allata est a. 1440 et cultui exposita in Cathedrali (capella SS. Trinitatis) a. 1452. Ex anno 1682, quando civitas Flandrica a Gallis occupata est, imago ista in processione Voti Ludovici XIII portabatur per urbis plateas, die 15 Aug. Anno 1793 imago furori rebellium subtracta et cultui reddita est a. 1802 solemni processione.—N. D. de France II 383.

F. **B. Mariae V. ab Agris (Champs),** dp. maj. in dioec. Sagiensi (Séez); dp. 2 cl. in Cathedrali.—v. Cal. Sagiense approb. 11 Maji 1914. —v. Dom. V post Pascha.

Memoria **B. Mariae V. de Jaroslavia (Jaroslawskaja)** in Menologio Russico.—Imago colitur in ecclesia S. Crucis monasterii SS. Redemp-

toris, Jaroslaviae in Russia. Coram ea a. 1823 mulier visum recepit; vocatur etiam S. M. de Crypta, quia depicta est ab icone Kievo-Cryptensi. —Mz. II 307—Sn. 278.

Memoria **B. Mariae V. de Terebina (Terebinskaja)** in Menologio Russico.—Extat imago in eremo Terebinae ad Wolgam fluvium, in gubernio Twerensi.—Mz. II 307—Sn. 278.

XV

Revelatio Iconis Achiropitae in Camulianis, e tribus codicibus Graecis affert h. d. Martinovius p. 128;—v. 9 Aug.—Est imago Christi, non B. Mariae V.

F. **B. Mariae V. de Spicis (ad Aristas, propter Custodiam Seminum)** apud Syros ritus puri, f. 1 cl.—Idem festum apud Maronitas **(Commemoratio Dnae N. Mariae)** et apud Chaldaeos Catholicos.—Nill. I 476, 488; II 683.—In Martyrologio Rabbani Slibhae (183): **Festum Dei Genitricis ad Aristas. "Mater Dei, occasione spicarum";** Menol. et Martyr. Antiqua Patr. Or. X 53. **"Mater Dei, quae protegit aristas".** Patr. Or. X 57. Est autem ista Syrorum antiquissima solemnitas festum devotionis, quo pro messis ubertate populi vota offeruntur Mariae, sicut die 15 Jan. pro incolumitate seminum. Secundum apocrypha "ab ipsis apostolis" constituta est festivitas una cum festis 26 Dec., 15 Jan. et 15 Aug.—Sub titulo **"Mater Dei"** signatur hoc festum in Menologio Jacobitico saec. IX (Patr. Or. X). Simile festum Melchitae celebrant die 1 Junii, sed in honorem S. Joannis Baptistae, titulo "Festum Spicarum" et hac die spicas offerunt in ecclesiis suis.—In alio Menologio Jacobitico saec. IX die 15 Maji signatur **"Obitus Mariae"** (ib.).—Lucius-Anrich 521 ss.—Journal of Sacred Literature VII 152 ss.—F. M.

F. **B. Mariae V. de Flore,** dp. maj. in dioec. Aquipendiae (Acquapendente) in Umbria, in honorem iconis quae colitur Onani in dioec. Aquipendiae.—Off. pr.—Cal. 1912.—F. M.—dp. 1 cl. cum oct. in ecclesia propria.

F. **B. Mariae V. Matris Gratiarum,** dp. maj. in archid. S. Severinae in Calabria.—Ordo 1901.

F. **B. Mariae V. de Populo,** Patr. Princ. Fori Pompilii (Forlimpopoli) v. Cal. approb. a. 1914.—v. Dom. III Maji.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Gratia,** dp. maj., concessum pro dioec. Placentina (Piacenza), 29 Julii 1829.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Gratia,** dp. maj. pro clero et civitate Volaterrae conc. 25 Julii 1829.—Archiv.—Idem festum in Cal. Volterrano approb. 27 Aug. 1914.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Cattarensi in Dalmatia, in honorem iconis B. Mariae V. Gratiarum, quae colitur in sanc-

tuario de Skrpjel.—Inventa est imago a. 1452 in summitate rupis; ibidem a. 1630 exstructa est ecclesia; die 15 Maji 1654 civitas Cattarensis, precibus coram hac icone fusis liberata est a Turcarum aggressione. Concessum est festum 2 Martii 1815.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Gratia,** Lauduni (Laôn) in ecclesia Soc. Jesu. —Cal. S. J. in Gallia 1883. Bibl. Boll.

F. **B. Mariae V. de Portu,** dp. 2 cl. in dioec. Claromontana (Clermont) in Arvernia (Cal. approb. 27 Martii 1914).—Pro ecclesia homonyma in civitate Claromontana institutum est hoc festum a. 1616 a Joachim episcopo in gratiarum actionem pro cessatione frigoris hiemalis. Anno 1618 semel in tota civitate celebratum, ab anno 1619 in solo sanctuario N. D. de Portu agebatur, sed a. 1692 pro tota civitate restitutum est. Cum imagine a. 1793 periit et festum, sed a. 1905 instauratum ritu dupl. 1 cl. in civitate Dom. II Maji agendum.—Archiv. S. R. C.—N. D. de France II 101. — Drochon 987. — Desolmes, N. D. du Port, Clermont, 1900.— Gump. 670.—Beissel, Wallf. 424.—F. M.

F. **B. Mariae V. de Succursu** celebrari h. d. in parochia Reculey, dioec. Bajocensis (Bayeux), contendit Drochon p. 172.—Primum sanctuarium aedificatum est a. 1828, recondens statuam Coelorum Reginae angelis stipatae; nova basilica dedicata est a. 1875.—N. D. de France V 230.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. hac die Salfordiae in Anglia. —Cal. 1908.

F. **B. Mariae V. de Bono Consilio,** dp. maj. in tota Bohemia.— Klein 56.

Memoria supersanctae Reginae Nostrae extra Muros (CPolis) v. apud Martinow, 128; "**in Periteichismate**" apud Max. I 196.

XVI

Dedicatio Archidioeceseos Bracarensis (Braga) **SS. Cordi Jesu,** dp. 2 cl. sub officio SS. Cordis Jesu, in dioec. Bracarensi in Lusitania, ex indulto 23 Jan. 1907.—Off. propr. Brac. 1908.—Dicata est archidioecesis Bracarensis SS. Cordi Jesu die 16 Maji 1906.—Archiv.—Off. pr.

F. **B. Mariae V. de Castro** tit. **S. Mariae Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Vastallae (Guastalla) in Italia.—Ordo 1889, 1894 et Cal. approb. 21 Nov. 1914.—F. M.

F. **B. Mariae V. de Misericordia** festum Romae in sacello Religiosarum vulgo Ospidaliere della Misericordia ad S. Joannem in Laterano.— Omnes Missae de Beata. 7 Martii 1889.—Archiv.—v. Schneider, Decr. S. C. Indulg. p. 276.—F. M.

XVII

Inventio S. Crucis in Jerusalem signatur ad diem X Marer, i. e. 17 Maji, in Calendario antiquo Armeno apud Conybeare, 528.

F. **B. Mariae V. de Miraculis,** dp. maj. Tramutulae, dioec. SS. Trinitatis Cavensis (Potenza) O.S.B.—Off. et Cal. 1907 et 1909. Incoronata 17 Maji 1923 (statua antiqua).

F. **Coronationis Iconis B. Mariae V. tit. Tempestatis,** dp. maj. Tolentini in ecclesia S. M. Novae, ubi iconem incoronavit Pius VII Papa redux ab exilio, 17 Maji 1814.—Cal. Tol. 1887 et 17 Apr. 1914.—F. M.

F. **Coronationis Iconis B. Mariae V. de Columna,** dp. maj. Tolentini in ecclesia S. Francisci Seraphici; incoronata est imago 17 Maji 1814 ab ipso Pio VII Papa.—Cal. Tolent. 1887; festum concessum est 14 Junii 1815.—Archiv. F. M.

F. **Coronationis Iconis B. Mariae V. de Misericordia,** dp. maj. in dioec. Trejensi (Treja) in Piceno.—Etiam ista imago, quae colitur in Cathedrali Trejensi, Tolentini incoronata est a Pio VII Papa, 17 Maji 1814. Concessum est festum 28 Martii 1815.—Archiv.—Cal. Trejae 1895 et Cal. approb. 13 Aug. 1914.—Archiv.

XVIII

In Synaxario Abyssiniae (Harris 426) hac die **"Descensio Spiritus Sancti** in discipulos in parte elevata Sion". Syn. Arabo-Jacob. Patr. Or. XVI 393.

F. **B. Mariae V. de Vite,** dp. maj. in dioec. Barensi; imago colitur Carbonarae et ab antiquioribus (Gump., Haydt) perperam vocatur **S. M. de Vita;** v. 20 Maji.—F. M.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** assignatum e Dom. IV post Pascha in dioec. Vastensi.—Ordo 1890.—F. M.

F. **B. Mariae V. "dell' Alno",** dp. maj. Canzani, dioec. Aprutinae (Teramo) ex indulto 10 Martii 1892. Apparuit ibi SS. Dei Mater quatuor abhinc saeculis.—Archiv. S. R. C.

XIX

Renovatio Imaginis SS. Crucifixi, dp. maj. Mexici in ecclesia S. Teresiae O. Carm. Vetusta imago SS. Crucifixi die 19 Maji 1621, tempore magnae tempestatis, subito luce circumfusa renovata est in pago Cardonal apud Ixmiquilpam in Nova Hispania; eodem anno Mexicum translata est, ubi sub titulo "El Señor de Santa Teresa" magno in honore habetur.—Cal. O. Carmel Hips. 1895.—Velasco, Milagrosa Renovacion de Cristo S. N. Crucificado in S. Teresa la Antigua, Mexico 1846.—De Padua, I 13.

Commemoratio S. Joseph Sponsi B.M.V. dp. in Cal. S. Fidei in Neogranatensi die 9 Dec. 1875 approbato. v. 19 Jan.

F. B. **Mariae V. Agonizantium,** dp. maj. concessum 26 Sept. 1878 pro dioec. Lyciensi (Lecce) in Salentinis.—Off. pr. Lyc.—F. M.

Commemoratio Deiparae Virginis miraculosae, quae cum processione solemni festive celebratur, Walcuriae in Belgio.—Auctuarium Molani: Natales Sanctorum Belgii, auct. Arnoldo Raissio (Can. S. Petri Duaci). S. Maternus Walcuriae ecclesiam S. Mariae dedicasse fertur; alia solemnis memoria fit feris IV Pent.

Memoria **Iconis B. Mariae V. de Nicaea (Nikaiskaja)** in Menol. Eccl. Orthodoxae, Mz. II 371.—Secundum traditionem Russorum se manifestasse traditur imago Nicaeae tempore prosecutionis a. 304; in honorem ejus Patres Concilii Nicaeni a. 325 troparium composuisse dicuntur.—Sn. 300.

Memoria **Iconis B. Mariae V. de Antiochia (Antiochijskaja)** in Menol. Russico.—Sn. 299.—Mz. 371.—Russi agunt festum huius imaginis in anniversaria die magni terraemotus a. 526. v. comm. sequ.

XXIX

"Terrae Motus Antiochiae" signatur h. d. in Menologio Jacobitico a. 675. (Patr. Orient. X 33.) Quo terrae motu, anno 526, tota civitas Antiochena eversa est et circa 250,000 hominum in viis et domibus perierunt. In alio Menologio signatur: **" Memoria veterum Catastropharum Antiochiae ".**

F. **Dni N. Jesu Christi Spinis Coronati,** dp. maj. in Proprio Xyliani (Scigliani), dioec. Neocastrensis (Nicastro) in Calabria, 1915; et in Cal. 9 Dec. 1913 approbato.

In Synaxario Abyssino, Harris 427: **Commem. Nativitatis Dni;** v. 29 Jan.

F. **B. Mariae V. Matris Dei** tit. **de Tocon** in terra Langa, communitatis Darocae, archid. Caesaraugustanae (Zaragoza) in Hispania.—Se manifestavit imago tempore Alphonsi I Regis, ubi proprium ei aedificatum est templum; festum institutum est a. 1669 in gratiarum actionem pro obtenta pluvia, 29 Maji 1699; fundata est etiam confraternitas sub titulo " Esclavos de Maria ".—Faci, 35.—F. M.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. maj.—Cal. Cenedae 1888.

Miraculorum B. Mariae V. Burgidolensis, dp. 1 cl. oct. in proprio sanctuario, dioec. Bituricensis (Bourges); in dioecesi vero dp. maj. 31 Maji.—N. D. de France II 35.—Colv. I 364.

F. **Iconis B. Mariae V. Matelicensis (Matelikijskaja),** quae se manifestavit a. 991;—apud Mz. II 375—Sn. 300.

Memoria **Iconis B. Mariae V. tit. Refugii (Vadis) Peccatorum et Coeli Reginae** praeter aliud festum 7 Martii agitur h. d. in monasterio Odrinae, dioec. Orloffensis in Russia.—v. 7 Martii.—Sn. 191.

Memoria **Iconis B. Mariae V. tit. Oculi Nunquam Dormientis** in Menologio Russico. Imago colitur in parvo monasterio Rhybynsk in Russia; inscriptio haec est: "Ego dormio, sed cor meum vigilat".—Idem festum in civitate Uglicensi in honorem iconis, quam dono dedit ecclesiae a. 1848 Lebedewa vidua.—Sn. 300.—Ibidem (p. 302) imago SS. Salvatoris "Oculi Nunquam Dormientis" (Jesus juvenis cum angelo et Matre sua; juxta Eum duo Seraphim monstrant Passionis instrumenta).

XXX

F. **B. Mariae V. de Rosis,** ab anno 1446 agebatur h. d. in sanctuario Albani, Bergomi suburbii. A. 1810 festum interiit, sed a. 1877 restitutum est; a. 1880 Dom. III post Pentecosten assignatum pro dioecesi; a. 1900 vero translatum ad Dom. IV (28) Januarii.—Ricc. V 45.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Europa,** dp. maj. in dioec. Gibraltar.—Imago colitur in ecclesia O. S. Benedicti in puncto Europae.—Cal. Gibral. 1912. —v. Dom. infra Ort. Ascensionis.

Desponsationis B. Mariae V. f. hac die in martyrologio Carthusiae Bruxellensis.—v. Boll. in Praetermissis ad h. d.—Stadler IV 165.—F. M.

Memoria **Iconis B. Mariae V. Constantinopolitanae de Borovo (Zesarsko-Borowskaja)** in Menologio Russico. Imago colitur in ecclesia Transfigurationis pagi Uswjat, in gubernio Witebsk; ectypus est iconis cujusdam CPolitanae et miraculis inclaruit a. 1859, dum morbus Asiaticus saeviret.—Mz. 377.—Sn. 303.

XXXI

F. **N. Dnae de Corde Jesu** (Patronae rerum difficilium et desperatarum), dp. 1 cl. oct. apud Missionarios SS. Cordis Jesu Exoldunenses (Issoudun), dioec. Bituricensis (Bourges).—Ordo 1907.—Idem festum: Romae in ecclesia "Tor de' Specchi" (Cal. 11 Martii 1890); item Titulare Ecclesiae O. F. Minorum Coloniae, dp. 1 cl. oct. (Cal. O.F.M. Prov. Saxoniae S. Crucis, 1905); dp. maj. in Prov. O. F. M. S. Antonii in Brasilia (Ordo 1907).—Item Patr. min. princ. dioec. Triventinae, dp. maj. (Cal. 1915); item Titul. eccl. Capuccinorum Verviers, in Belgio, dp. 1 cl. oct.—Idem festum, Patronale Congregationis Missionariorum SS. Cordis Jesu in Cal. 29 Dec. 1913 approbato annuntiatur sub titulo: **B. Mariae V. Matris Gratiarum (N. D. de Sacro Corde Jesu).**—Archiv.—Objectum hujus festi est omnipotentia supplex, qua pro jure materno omnia pollet Maria apud sacratissimum Cor Filii sui. Anno 1863 Exolduni fundatum est sodalitium N. D. de Corde Jesu.—Durand, 145—Drochon, 398—Guérin VI 319—Beissel, Wallf. 428—N. D. de France II 31. v. 31 Julii.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. 1 cl. oct. Titul. Provinciae O.F.M. in Sardinia cum officio approbato pro Coenobitis Custodiae S. Bonaventurae de Urbe, 8 Apr. 1908.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. Reginae Apostolorum,** dp. 2 cl. Romae in pontificali Seminario SS. Apostolorum Petri et Pauli pro Missionibus Exteris, 1916; dp. maj. in Societate Missionis ad Afros de Lugduno (Cal. 1 Dec. 1913).

F. **B. Mariae Gratiarum (Immaculatae Gratiarum),** dp. maj. apud Oblatos Immaculatae Conceptionis; apud Missionarios Societ. Mariae B. Ludovici Grignon de Montfort; item in dioec. Adjacensi (Ajaccio) et Vivariensi.—Cal.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. 1 cl. oct. Titul. ecclesiae Novitiatus Congreg. Pretios, Sanguinis Dni, Burkettsville, archid. Cincinnatensis (Americ. Sept.), ubi colitur imago N. D. Gratiarum. In tota Congregatione dp. maj.—Cal. 1912.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in Cal. Societatis Sacr. Auxiliatorum Animarum in Purgatorio, approb. a. 1909 et 1914.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Matris Scholarum Piarum,** dp. 2 cl. apud Piaristas; lectiones novae approbatae sunt 22 Aug. 1917.—Archiv.—Sacram hanc iconem veneratus est Tusculi (Frascati) S. Joseph Calasanctius, ut pueri velut sub oculis dulcissimae Matris pietate et literis excolerentur. Exstat imago in templo S. Mariae Assumptae. — Cal. approb. 12 Feb. 1914.—Solemnitas externa Dom. III Maji.—In reformatione Calendarii Piaristae oraverant, ut festum celebrare possent die 6 Sept., sed S. Rit. C. illud assignavit diei 31 Maji; pro qua die concessum est dioecesi Tusculanae 22 Aug. 1917.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Bono Consilio,** dp. maj. pro dioec. Sarzanae, ex indulto 2 Aug. 1825.—Archiv.

F. **S. Mariae de Conadomini,** Patronae min. princ., dp. maj. in dioec. Calatayeronis (Caltagirone) in Sicilia.—Cal. approb. 3 Dec. 1913. —Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** Titul. ecclesiae prop. CC. RR. Excalceatorum SS. Crucis et Passionis Christi, Aesii (Jesi) in Italia, dp. 1 cl. oct. Off. et M. pr.—Ordo 1911.—Idem festum dp. maj. in Recessu Passion. Ceccani, dioec. Ferentinae, ex indultu 30 Maji 1905.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. Divini Pastoris Matris,** dp. maj. in dioec. Hydruntina (Otranto) in Salentinis.—Ordo 1899.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Lugani (Helvetia). —Cal. 1912 et Cal. approb. 13 Feb. 1914.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Turri** fit h. d. Urbini in ecclesia propria; omnes Missae de Beata, a conc. 23 Sept. 1890.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum** fit h. d. Cataniae in Sicilia, in ecclesia S. Cajetani e conc. 14 Apr. 1891.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Perpetuo Succursu,** dp. maj. Varceni (Guarcino) in dioec. Alatrina (B.M.V. del Riparo); in reliquis dioec. Alatrinae ecclesiis Dom. ante Festum S. Joannis Bapt.—Ordo 1898.

Memoria **B. Mariae V. de Valle** fit h. d. per Missam vot. sol. B.M.V. in sanctuario Vallis Mariae (Mariental) in Alsatia, in memoriam erectionis illius ecclesiae in basilicam minorem, e decr. 1 Apr. 1892, quod executioni demandatum 31 Maji 1892.—Archiv.—Rudnicki 90.—Schuetz III, 335.

F. **B. Mariae V. Reginae Sanctorum Omnium et Matris Pulchrae Dilectionis,** dp. 2 cl. conc. pro universa Hispania, 21 Julii 1870. Quod festum adoptatum est a plurimis Americae hispano-latinae dioecesibus; item in prov. eccl. S. Ludovici et Milwaukiensis dioecesibus (conc. 26 Apr. 1897); apud CC. RR. Scholarum Piarum, conc. 10 Apr. 1907.—dp. maj. apud Missionarios Immaculati Cordis B.M.V.—Objectum hujus festi videtur esse imago B.M.V. de Capite, quae Illiturgi (Andujar) celebratur Dom. ult. Aprilis, quamvis nihil de hac icone in lectt. II nocturni. Festum istud sublatum est in reformatione Calendarii a. 1914 et ipsi substitum f. B.M.V. Omn. Gratiarum Mediatricis, a. 1921.

F. **Purissimi Cordis B. Mariae V.,** dp. maj. in dioec. Rupellensi (LaRochelle) in Gallia.—Off. prop.

F. **B. Mariae V. tit. Matris Sanctae Spei,** dp. maj. in dioec. S. Brioci et Trecorensi (Bretagne).—Festum concessum est a Leone XIII in favorem confraternitatis S. M. de S. Spe, fundata a. 1847, ad obtinendam per interventum Deiparae salutem Galliae, conversionem peccatorum, perseverantiam justorum et bonae mortis gratiam. Anno 1853 pulcherrimum simulacrum B.M.V. de Spe cultui traditum est in sanctuario Briocensi et incoronatum est a Cap. Vaticano 30 Julii 1865.—Drochon 193.—N. D. de France IV 504.—F. M.—Guérin VII 657.

F. **Reparationis Imaginis B. Mariae V. de Tolerantia (N. D. de Souffrance)** Parisiis in ecclesia Ss. Gervasii et Protasii (Epist. Rev. P. Gauthier parochi 1908). Hymnos pro hoc festo composuit Simon Gourdan a. 1741. — Chevalier, Report. hymn. II 234. — Anno 1538 Parisiis haereticus quidam caput amputavit imagini B. Mariae Virginis, in platea prope ecclesiam S. Antonii; quae imago a Francisco Rege translata est in ecclesiam Ss. Gervasii et Protasii.—N. D. de France I 120.—Bal. 273.—Colv. h. d.

F. **Miraculorum B. Mariae V. Burgidolensis,** dp. maj. in dioec. Bituricensi (Bourges).—Die 29 Maji 1187 miles quidam victus tesserarum ludo, lapidis ictu in statua Mariae cum Puero, infantis brachium fregit, e quo vulnere subito sanguis profluit. In sanctuario proprio f. agitur die 29 Maji, in dioecesi vero hac die. In Brev. Bituricensi 1510 dp., in Liturgia Gallicana suppressum, sed a Pio IX restitutum est.—Colv. I 364.—N. D. de France II 42.—Drochon 383.—Guérin I 348.—Beissel, Wallf. 425.—F. M.

F. **B. Mariae V. Omnium Gratiarum Mediatricis,** dp. 2 cl. in universo Belgio, in Hispania et alibi. Festum cum officio proprio ad preces Emi Card. Mercier concessit Benedictus Papa XV die 12 Jan. 1821. Off. 31 Martii Mechliniae impressum 1921, omnibus petentibus conceditur.—Maria vocatur " Mediatrix ", " quia Mediatorem peperit Dei et hominum, nempe Christum " (Idiota). Item est Mediatrix nostra. quia " per ejus manus Deus ordinavit dare ea, quae dat humanae naturae (Gerson).—Summa Aurea IX 1452.—"Omnis gratia, quae huic saeculo communicatur, dicit S. Bernardinus, triplicem habet processum: nam a Deo in Christum, a Christo in Virginem, a Virgine in nos ordinatissime dispensatur." Preuss-Pohle, Mariology, 130.—S. Alphonsus (contra Muratorium) Mariam vocat " Dispensatricem Omnium Gratiarum ".

FESTA MOBILIA MAJI.

Dominica proxima Calendis Maji.

F. **B. Mariae V. de Bonaria** per Missam vot. sol. B.M.V. de Bonaria (24 Apr.) agitur in Oratorio B.M.V. de Bonaria Caesaraugustae in Hispania (Zaragoza), ex indulto 18 Feb. 1899.—Archiv.

Sabbato ante Dom. I Maji.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** Patr. Princ. Civit. et Dioec. Veliternae (Velletri) (e Dom. I Maji)—Cal. Velit. 1915. — Archiv. — Per decr. 22 Martii 1916 Dominicae I Maji festum istud restitutum est.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** Patr. Princ. Civitatis S. Severi, dp. 1 cl. oct. (e Dom. I Maji)—Cal. 12 Dec. 1913 approbatum.—Archiv.—Annuario d'Italia, 1924, p. 960.

F. **B. Mariae V. de Quintiliolo,** dp. maj. (e Dom. I Maji) in dioec. Tiburtina. In dioec. Dom. I Maji omnes missae de B.M.V. de Quintiliolo. —Cal. appr. 23 Julii 1914.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. Matris Pietatis,** dp. maj. in dioec. Auximana (Osimo) in Piceno.—Cal. Auxim. 30 Apr. 1914.—Archiv.

F. **Maternitatis B. Mariae V.** Titul. Cathedr. Portus Allegri in Brasilia (e Dom. I Maji)—Cal. appr. 15 Maji 1914.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Bono Consilio,** dp. maj. in Proprio Quiti in republica Aequatoriana, 1902.—Archiv.—Off. prop.

Dominica I Maji.

Anniversarium Coronationis Infantis Jesu (S. Bambino), Romae in ecclesia S. M. de Ara Coeli, fit hac Dominica ex indulto 19 Maji 1908. — Archiv. — Statua ista Infantis Jesu saeculo XVII sculpta est de ligno ex horto Olivarum Hierosolymitano et allata Romam a. 1647. Cultu eximio eam prosequuntur Romani. Incoronata est Dom. I Maji 1896.—

Chandlery, Pilgrim Walks 177.—De ecclesia S. M. de Ara Coeli v. Armellini 540.—Album, Vera Roma, 1897.

Pretiosissimi Sanguinis Dni N. Jesu Ch., dp. 1 cl. in dioec. Interamnensi (Terni).—Ordo 1906.—Reliquia advenit a. 1651 et recolitur in ara maxima Cathedralis Interamni.—Ordo Interamn. 1909.

F. **S. Spineae Coronae Dni,** dp. maj. in dioec. Valvensi et Sulmonensi.—Off. prop. 1886.

F. **Inventionis S. Crucis Dni,** dp. 2 cl. in dioec. Paderbornensi, assign. e 3 Maji.—Off. Prop. 1884.

F. **B. Mariae V. Divini Pastoris Matris,** dp. maj. in tota Etruria et alibi in permultis dioecesibus ante reformationem Calendariorum 1913-1914. — v. Dom. I post Pascha. Pro Etruria concessum 10 Jan. 1801. Officium novum approb. pro Etruria 10 Jan. 1802. v. Propr. Liburnense. —F. M.

F. **B. Mariae V. Fontis Gratiarum,** ritu dp. maj. concessum pro dioecesi Tricarici (Italia), 14 Junii 1815; in Cal. approb. 16 Julii 1913: duae missae de B.M.V. Fonte Gratiarum.—Imago miraculosa Matris Gratiarum Fontis colitur Tricarici in ecclesia Cathedralis filiali.—Archiv.—v. Dom. III Nov.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. maj., die 5 Martii 1805 concessum pro ecclesia S. Mariae in Platea, Anconae in Piceno. In Proprio Anconitano vero tanquam concessionis dies pro universa dioecesi habetur 1 Martii 1807.—Archiv.

Coronatio Iconis B. Mariae Miraculorum Andriae, Patr. Princ. Civitatis Andriae, dp. 1 cl. oct. in tota dioecesi.—Propr. Andriae 1884.—Incoronata est imago Dom. I Maji 1857, unde S. Maria sub hoc titulo electa est in Patronam et festum institutum 14 Aug. 1858. Icon sacra picta esse traditur post Concilium Ephesinum et in sacello S. Margaritae apud Andriam cultui exposita. Sed Saracensi milites Friderici II Imperatoris eremitas ita vexabant, ut locum desererent.—v. 10 Martii et Sabb. ult. Aug.—Lo Jodice, S.M. de' Miracoli, Napoli 1888.—Signor. Nap. II 278. —F. M. Nunc festum agitur Fer. II post istam Dominicam.

F. **B. Mariae V. de Victoria,** dp. 1 cl. oct. in oppido Montis Romani, dioec. Cornetensis.—Ordo Corneti 1901.—In Cal. approb. 16 Mart. 1915, duae missae tantum, omisso officio.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. Mutycae (Modica) in Sicilia, in ecclesia Soc. Jesu.—Ordo S. J. Prov. Sicilae. 1845. Bibl. Boll.

F. **B. Mariae V. de Pietate,** dp. maj. in dioec. Auximi in Piceno, e conc. 30 Junii 1893.—Archiv.—Nunc agitur Sabbato ante istam Dominicam.

F. **B. Mariae V. de Libera,** Patr. Princ. pagi Carani, dioec. Suessanae (Sessa) in regno Neapolitano, dp. 1 cl. oct.—Ordo Suessan. 1895.

F. **B. Mariae V. de Casaluce,** Patr. Princ. Aversae in regno Neapolitano, dp. 1 cl. oct.—Imago colitur in monasterio Coelestinorum terrae Casaluce prope Aversam; a Rogerio Sanseverino tempore Caroli I Andegavini allata est ex Oriente. Incoronata est 13 Sept. 1801.—Sign. Nap. II 126.—Gump. 268.—F. M.—v. 9 Sept.

F. **S. Mariae V. Liberatricis de Valverde,** Patr. Princ. Corneti Tarquinii.—In Cal. approb. 16 Martii 1915 duae missae h. D., translato officio ad 11 Maji.—Archiv.—Annuario Eccl. 1915.

Translatio Imaginis B. Mariae V. de Quintiliolo, dp. 2 cl. Tibure (Tivoli) in ecclesia Capuccinorum; dp. maj. in dioecesi.—Ordo Tiburt. 1900.—Sanctuarium istud exstructum est inter ruinas villae Quintilii Vari juxta Tiburem ad fauces Anienis; S. Maria sub hoc titulo patrona est agricolarum tempore messis.—Bartolini, Bozzetti popolari, Roma, 1898, p. 196.—v. Sabb. ante hanc Dominicam. Annuario Cattolico, 1924, p. 486.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. maj. in archidioec. Lucensi (Lucca), ex indulto 16 Julii 1828 in honorem iconis B. Mariae V. servantis puellum a diaboli furore (v. Dom. II Maji); a. 1510 in ecclesia S. Frigidiani cultui tradita est et incoronata 7 Sept. 1687, ex quo tempore f. fiebat Dom. I Sept., sed postea huic Dominicae assignatum.—F. M.—Guerra 116.

F. **B. Mariae V. de Bono Consilio** agi apud Italo-Graecos Calabriae me edocuit cl. Nilles. v. Fasti Mariani 90.

Solemnitas B. Mariae V. Matris Gratiarum, Patr. Princ. Velitrarum (Velletri) dp. 1 cl. oct. in dioec. Ostiensi et Veliterna (Ordo 1888). Imago ex Oriente allata colitur in Cathedrali Veliterna ex anno 1026. Incoronata 2 Maji 1682 et electa in Patronam a. 1802. v. 26 Aug. —Vera Roma 1898.—Confirmatum est festum 13 Feb. 1802.—Archiv.—A. 1914 assignatum est Sabbato, sed suae Dominicae restitutum 22 Martii 1916.—F. M.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** Patr. Princ. civit. Neptuni (Nettuno), dioec. Albanensis, concessum 7 Dec. 1819, dp. 1 cl. oct.; in dioecesi dp. maj. Archiv.—F. M.—Nunc agitur feria III insequente.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Grosseti in Etruria; Ordo 1910; in Cal. approb. 18 Junii 1913 2 missae de Beata.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum Matris,** dp. maj. in dioec. Laquedoniae (Lacedonia).—Cal. 1903 et 1910.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj., conc. 12 Nov. 1831 pro dioec. Tiferni (Città di Castello).—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Scala,** Patr. Princ. Civit. Massafrae, dioec. Castellanetae, dp. 1 cl. oct.—Ordo 1889; v. 20 Feb.—F. M.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. 2 cl. Gallicani in dioec. Praenestina (Pallestrina).—Ordo Praen. 1908 et 1910.—Incoronata est imago 10 Sept. 1905.—Festum concessum est ritu dp. maj. 9 Dec. 1831; officium et ritum dp. 2 cl. indulsit Pius X Papa a. 1909.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Suberito,** Patr. Princ. Terlitii, dp. 1 cl. oct.—Ordo 1900. v. Dom. III post Pascha.

F. **B. Mariae V. de Itria** seu **de Constantinopoli** fit Romae in ecclesia propria ad Viam Tritonis, per Missam vot. sol. B.M.V. Allata est imago a mercatoribus Siculis saec. XVI et incoronata 26 Jan. 1651.—Bomb. III 97.—F. M.

Miraculi B. Mariae V. de Columna festum fit h. D. per Missam vot. sol. B.M.V. in sanctuario B.M.V. del Pilone, dioec. Taurinensis (Torino) in memoriam miraculi quod evenit 29 Apr. 1644.—Colom. 1898.—Ricc. II 111.—Colomb. 30.

F. **B. Mariae V. de Visito** secundum Gumpenberg, 1136, hac Dom. agitur Messanae (Messina) in sanctuario proprio.—F. M.

Ibidem f. **S. Mariae de Stella,** in sacello homonymo, a. 1608 exstructo ab Alphonso Scaramiglio praefecto castelli Guelfoniani in gratiarum actionem pro servata vita sua in naufragio "Armatae" Philippi II Hisp. Regis.—Gump. 1139.—F. M.—Sampieri.

F. **B. Mariae V. tit. Stellae Maris** per unam Missam vot. sol. B. M.V. concessum est 6 Maji 1801 pro ecclesia S. Mariae in Capella, Romae. —Omnes Missae cum ora. propria 2 Maji 1802.—Archiv. v. Dom. II Maji.

F. **B. Mariae V. de Misericordia** in ecclesia homonyma loci Magione, dioec. Perusinae (Perugia); omnes Missae de Beata, e conc. 22 Apr. 1823.—Archiv.

F. **B. Mariae V.** fit h. D. per unam Missam sol. vot. B.M.V. in Oratorio proprio ad triremes Centumcellarum (Civitavecchia), ex indulto 6 Maji 1823. Missa propria concessa est 10 Maji 1826.—Archiv.

F. **S. Mariae della Libera,** per Missam vot. sol. B.M.V. fit h. D. Terracinae in ecclesia propria.—Cal. Capucc. 1920.

F. **S. Mariae V. tit. Sanctae Spei,** per Missam vot. sol. B.M.V. fit h. D. in civitate Ottajano, dioec. Nolae, e conc. 11 Junii 1823.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. de Ara Coeli,** Patr. Princ. civitatis Lucenae, dioec. Cordubensis, dp. 1 cl. oct. ex indulto 18 Julii 1851.—Archiv.—Imago ectypon est iconis quae colitur Romae in Colle Capitolino et translata est Lucenam a. 1562.—Archiv.—Nunc festum agitur die 4 Maji.

F. **B. Mariae V. de Monte Serrato,** dp. maj. in dioec. Saltensi et Tucumana in Republica Argentinae.—Off. propr. 1902; Cal. 1909.

F. **B. Mariae V. vulgo "de Aparecida",** dp. 1 cl. oct. in sanctuario proprio dioec. S. Pauli in Brasilia (Ordo Congreg. SS. Redempt. pro Germania Superiore 1911). In prov. ecclesiastica S. Pauli et provincia S. Sebastiani·Fluminis Januarii (Off. prop. 1904 et 1907), dp. maj. loco Dom. V post Pascha, quam vide.—Archiv.

F. **Maternitatis B. Mariae V.,** dp. maj. in dioecesibus Lusitaniae e conc. 22 Jan. 1751. Idem festum in plurimis dioecesibus Americae Lusitanae; festum titulare Cathedralis S. Petri Fluminis Grandis in Brasilia, dp. 1 cl. oct.; item in dioec. S. Angeli in Vado et Urbaniae in Italia et in dioec. Conchensi (Hispan.) 1909. Post reformationem Calendariorum a. 1914 canitur una Missa de Maternitate in dioecesibus Lusitanis. —Archiv.—F. M.—Cal. Piae Societ. Missionum, 1910.

F. **B. Mariae V. Auxilii Agonizantium,** dp. maj. in dioec. Nictheroyensi in Brasilia.—Cal. 1894.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Bono Successu** agebatur olim Bruxellis in eccl. Patrum Augustinianorum, dp. cum oct. ab Urbano VIII concessum, in memoriam translationis iconis homonymae Bruxellam Dom. I Maji 1626; imago ista ante Reformationem colebatur Aberdone in Scotia. A. 1814 translata est in ecclesiam N. D. de Finisterrae, sed festum non amplius agitur.—Epist. Parochi N. D. de Finis terrae, 25 Aug. 1907.—Colv. II 452.—Vierges miracul. 89.—F. M.

F. **Patrocinii B. Mariae V.,** dp. 2 cl. in dioec. Carnutensi (Chartres) in Gallia.—Off. pr. Carnut. 1864.—Idem festum dp. maj. in dioec. Albengae.—Ordo 1895.—F. M.

F. **Purissimi Cordis B. Mariae V.,** dp. 2 cl. in Congregatione Anglica O.S.B., dp. maj. in dioec. Nicaena (Nizza) in Gallia et alibi.—F. M.

F. **B. Mariae V. de Gratia,** dp. maj. in dioec. Bellovacensi (Beauvais) et Claromontana (Clermont) in Gallia.—Ordo 1910.

F. **B. Mariae V. tit. Reginae Poloniae,** dp. 1 cl. in archid. Leopolitana (Lemberg) in Galicia. Festum sub titul Maternitatis agebatur olim die 1 Aprilis; sed ex indulto 25 Nov. 1908 translatum est pro Leopoli ad Dom. I Maji; Cal. Leopol. 1910. — item pro omnibus Galiciae ecclesiis mense Julio 1909.—Archiv.—Imago B. Mariae V. titulo Reginae Poloniae colitur in Cathedrali Leopolitana quatuor abhinc saeculis.—v. 1 Apr.—Nunc (e 1914) agitur die 2 Maji, q. v.

Apparitio B. Mariae V. de Lourdes, dp. maj. Ragusae in Dalmatia, in domo saltem Soc. Jesu.—Ordo S. J. prov. Venetae 1903.—Bibl. Boll.

F. **S. Mariae Rosarum,** Totum Duplex, conc. 21 Aug. 1903, pro Provincia Baetica Ord. Praedicatorum.—Ordo Praed. Hisp. 1907.—Idem festum B.M.V. de Rosis concessum est pro Praedicatoribus Aragoniae 22 Aug. 1820 et extensum ad Praedicatores dioec. Aci-Reale in Sicilia, 8 Feb.

1825 (v. Solemn. SS. Rosarii B.M.V. in Cal. O. P. prov. Sicilia 1900).—Festum Rosae B. Mariae V. cum officio ut Dom. I Octobris invenitur in Cal. O. P. Prov. Baeticae et Aragoniae 1921. — Idem festum sub titulo "SS. Rosarii B. Mariae V." cum officio proprio, diverso ab officio Dom. I Oct., agitur in dioec. Oriolensi (Orihuela) in Hispania. Refertur in lectionibus II nocturni historia de SS. Dei Matre S. Dominicum Rosarium edocente.—Off. propr. Prov. Valentinae 1902.

F. B. **Mariae V. Gratiarum,** dp. 2 cl. in multis hospitalibus O. S. Joannis de Deo.—Epist. Rev. P. Modesti Alexii conventus Brixiae (Brescia Pilastroni), 5 Feb. 1903.

F. B. **Mariae V. de Miraculis,** dp. maj. in Cal. Societatis Mariae 1890.—F. M.

Prima Feria III Maji.

F. B. **Mariae V. de Via Bona et de Pace** agitur in sanctuario pagi Antipoli dioec. Manilae in Philippinis insulis.—Allata imago a. 1626 ex Acapulco in Mexico; electa est in Patronam navigantium 8 Sept. 1653 et saepius a ducibus Hispanis in itineribus Acapulcum deducta est.—Album de la Virgen de Antipolo, quod opus benigne mihi transmisit Revmus Jer. Harty olim Manilae Archiepiscopus.

Prima Feria VI Maji.

F. B. **Mariae V. de Victoria,** dp. 2 cl. in dioec. Jaciensi in Aragonia, in memoriam victoriae de Mauris et recuperatae civitatis hac feria a. 758 seu 760. Jaca prima inter civitates Hispanas jugum Saracenorum excussit. In proprio sanctuario festum est dp. 1 cl. oct. Off. pr. Caesaraugustanae prov. et Cal. Jacae approb. 29 Martii 1914.—Faci II 476.—De la Fuente 239.

Primo Sabbato Maji.

F. **Sacrorum Capillorum B. Mariae V.,** dp. 2 cl. in dioec. Messanensi (Messina) in Sicilia.—Cal. 1802 et 1888.—Servantur capilli in ipsa Cathedrali, a Sancio de Rhedia dono accepti.—Schuetz, II 803.—F. M. (ubi f. perperam 5 Maji). Koenig, 47.

F. B. **Mariae V. de Fonte,** Patr. dioec. Cupersanae (Conversano) in Apulia.—Cal. Cupersan. approb. 18 Martii 1914.—Archiv.—v. Dom. II Maji.

F. B. **Mariae V. Gratiarum,** Titul. eccl. Soc. Jesu Antwerpiae, dp. 1 cl. oct.—Die 18 Oct. 1913 e Dom. infra Oct. Ascensionis assignatum est feriae VI infra oct. Ascensionis; die 1 Aug. 1919 vero primo Sabbato Maji.—Archiv.

F. B. **Mariae V. de Bono Consilio,** dp. maj. in archid. Quitensi (Ecuador).—Cal. 1909 et 1910.—Archiv.

Feria II post 2 Maji.

Pretiosissimi Sanguinis Dni N. Jesu Ch. (SS. Cruoris), dp. 1 cl. in dioec. Brugensi (Bruegge), ass. e 3 Maji. — Cal. approb. 21 Julii 1914. Idem festum dp. 2 cl. in abbatia O.S.Ben. S. Andreae de Zwenternen.—Archiv. S.R.C.

Dominica infra Octavam Inventionis SS. Crucis.

F. **SS. Salvatoris Dni N. Crucifixi,** dp. 1 cl. oct., Patr. parochiae S. Martini civitatis S. Petri de Arena juxta Genuam, sub officio SS. Redemptoris.—Translata est imago Crucifixi in ecclesiam S. Martini 5 Maji 1722. Festum ritu dp. maj. concessum est 22 Dec. 1818 et approbatum 26 Martii 1822. Elevatum est ad ritum dp. 1 cl. oct. 11 Maji 1910. In reformatione Calendarii a. 1914 sublatum est officium, sed die 1 Apr. 1917 restitutum est ex indulto apostolico ritu dp. 2 cl.—Archiv.

Feria II post Dom. I Maji.

F. **B. Mariae V. Miraculorum Andriae,** Patr. Princ. civ. et dioec. Andriae in Apulia, dp. 1 cl. oct. (e Dom. I Maji) Cal. Andriae approb. 9 Febr. 1914. v. Dom. I Maji.

Feria III post Dom. I Maji.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** Patr. Princ. Neptuni in Latio, dp. 1 cl. oct.—Ordo Passionist. 1921. e Dom. I Maji.

F. **B. Mariae V. de Itria,** dp. 2 cl. Sciaccae, dioec. Agrigentinae, apud moniales O. S. Ben. asceterii quod vocatur "Monastero Grande", conc. 20 Nov. 1821.—Archiv.—Ex epist. Rev. Antonii Campisi archipresb. S. M. Magdalenae de Sciacca (1921).

Sabbato ante Dom. II Maji.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** Patr. Princ. Corae in dioec. Veliterna. —Cal. 1915. v. Dom. II Maji. Archiv.

F. **B. Mariae V. del Cantone,** dp. 2 cl. in Cal. Mutilano (Modigliana), 30 Apr. 1914. v. Dom. II Maji. Archiv.

F. **B. Mariae V. de Sterpeto,** Patr. Princ. dioec. Baruli in Apulia, dp. 1 cl. oct. — Cal. Barul. approb. 14 Febr. 1914. v. Dom. II Maji. Archiv.

F. **B. Mariae V. de Capite Columnarum,** dp. 1 cl. in dioec. Crotonensi (Cotrone) in Calabria (e Dom. II Maji).—Cal. 1914.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Desertorum,** Patr. Princ. Civit. Valentiae in Hisp., dp. 1 cl. oct.—Cal. Valentiae 4 Maji 1914.—Archiv. v. D. II Maji.

F. **B. Mariae V. Divinae Gratiae tit. de Argeme,** Patr. Princ. civit. Cauriensis in Hispania, dp. 1 cl. oct.—Cal. Cauriense 24 Apr. 1914. —Archiv. v. Dom. II Maji.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in Cal. Quiti (Ecuador) 1902.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** Patr. min. princ. Ordinis S. Hieronymi. —Cal. approb. 20 Julii 1914.—Archiv.—v. Dom. II Maji.

Dominica II Maji.

F. **Ecce Homo,** dp. 1 cl. oct. sub officio Passionis Dni, Titul. eccl. Congreg. SS. Redemptoris Panormi (Sicilia). — Ordo 1910. — Schuster-Holzammer II 472.

F. **SS. Redemptoris,** dp. maj. in asceterio B. Mariae V. "ante Saecula", e conc. 22 Apr. 1822.—Archiv.

F. **SS. Trinitatis pro Conversione Gothorum,** dp. 2 cl. in dioec. Tudensi in Hispania.—Ordo 1898.—v. 8 Maji.

F. **SS. Crucifixi de Bona Morte** per Missam vot. sol. de Cruce fit Florentiae (Firenze) in ecclesia S. Mariae de Tussi.—Giglio Fiorentino 59.

F. **S. Spineae Coronae,** dp. 2 cl. in dioec. Bellunensi.—Cal. 1898 et 1908.

F. **B. Mariae V. del Cantone,** dp. 2 cl. in dioec. Mutilana (Modigliano) in Apennino Etrusco.—Off. pr. 1888.—Nunc fit Sabbato praecedente.

F. **B. Mariae V. de Capite Columnarum,** dp. 1 cl. in Calendario Crotonensi (Cotrone) 1911.—Nunc festum fit Sabbato ante Dom. II Maji.

F. **B. Mariae V. de Campileone,** Titul. Eccl. Carmelitarum et Patronae civitatis Calvani in dioec. Aversae prope Neapolim, dp. maj. cum oct. maj.—Ordo Carmel. Neapol. 1910, dp. 2 cl. in dioecesi Aversae (ex decreto 31 Jan. 1896, antea dp. maj.). Miracula initium sumpserunt a. 1483. Incoronata est imago Dom. II Maji 1805.—Sign. Nap. II 130.—F. M.

F. **B. Mariae V. de Fonte (de Fonte Pietatis),** Patr. Princ. dioec. Cupersanensis (Conversano) in Apulia, dp. 1 cl. oct. ex decr. 26 Nov. 1900 (8 Nov. 1901). Antiquitus colebatur haec imago Monsummani in dioec. Cupersani; incoronata a. 1883 et 1890, et a. 1900 electa in Patronam. — Ante a. 1902 festum agebatur ritu dp. 2 cl. Imago allata esse traditur ex Africa a Simplicio Episcopo.—Archiv.—Off. pr. 1904.

F. **B. Mariae V. Matris Divinae Providentiae,** Patronae Princ. Civitatis et Dioecesis Fossanensis in Pedemonte, dp. 1 cl. oct.—Ordo 1895. —Colitur Cussanii, ubi 8 Maji 1521 Maria apparuit surdo et muto. Anno 1875 decorata est titulo Matris Divinae Providentiae, a. 1884 electa in Patronam et a. 1890 incoronata. Nunc festum fit die 11 Maji.—Colomb. 146.—F. M.

F. **B. Mariae V. tit. Mater Pietatis,** dp. 2 cl. Romae in ecclesia S. Ignatii.—Ordo S. J. prov. Roman. 1900 et 1909.—Cultus translatus est ex oratorio de Caravita.—Bomb. I 147.

F. **Purissimi Cordis B. Mariae V.** dp. maj. in dioec. Sarsinae in Aemilia.—Ordo 1888.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** Patr. Princ. Cori et Castri Portiani in dioec. Veliterna, dp. 1 cl. oct. Nihil de hoc festo in aliis ecclesiis dioeccesis. Ordo 1888.—F. M.

Coronationis Imaginis B. Mariae V. Reginae Sanctorum Omnium, dp. 2 cl. in dioec. Anconae, v. Dom. infra Oct. Nativit. B.M.V.—Incoronata est imago a Pio VII Papa, 13 Maji 1814, festum concessum est ritu dp. maj. 29 Jan. 1815; elevatum ad dp. 2 cl. 22 Julii 1815.—Sign. II 129.

F. **B. Mariae V. Puteo,** Patr. Princ. pagi Lauri, dioec. Suessanae (Sessa) in regno Neapolitano, dp. 1 cl. oct.—Ordo Suessan. 1895.

Apparitio S. Mariae de Succursu, dp. 1 cl. oct. in ecclesia propria civit. S. Cassiani in dioec. Lucensi (Lucca). A. 1480 agricola quidam filiolo maledixit dicens: Tollat te diabolus. Comparuit daemon puerum rapturus; mater autem acclamavit Mariam, quae subito apparens fugavit diabolum. — Guerra 116. Festum in dioecesi dp. maj. Dom. I Maji.—F. M.

F. **B. Mariae V. de Myrtis (delle Mortelle),** Patr. Princ. pagi "Villafranca Sicula", dioec. Agrigentinae, dp. 1 cl. oct.—Imago inventa est in myrteto juxta Villafrancam; ibi exstructum est sanctuarium, ubi colitur ectypon; imago nunc exstat in ecclesia parochiali.—Pitrè 406.

F. **B. Mariae V. de Monte,** Patr. Princ. Racalmuti, dioec. Agrigentinae, dp. 1 cl. oct. Allata est imago marmorea e Libya ab Eugenio Gioeni de Castronovo.—Pitrè 422.

F. **Coronationis B. Mariae V. de Misericordia,** dp. maj. in dioec. Nolana, ex indulto 15 Dec. 1885.—Ordo Nolae 1895.—v. Dom. II Julii.

F. **B. Mariae V. de Misericordia,** dp. maj. in dioec. Drepanensi (Trapani).—Ordo 1895 et 1911.—Imago in Monte Eryce, d. Drepanensis.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. 1 cl. oct. Neapoli in ecclesia Patr. Hieronymitarum (S. Maria delle Grazie a Capanopoli). Ordo Congreg. SS. Petri de Pisa, Neapoli 1854. Imago delineata "al fresco" in pariete capellae, incoronata est 24 Nov. 1853; electa in Patronam totius Congregationis Hieronymitarum B. Petri de Pisis, dp. maj. (Epist. ex eccl. S. Onuphrii, Romae, 23 Sept. 1908).—Sign. Nap. II 118.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. Cal. Cerviae 1827, et Cal. Cesenae 1898.—Archiv.

F. B. **Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Fori Pompilii (Forlimpopoli) 1827, ejusdem forte objecti ac praecedens festum.

F. B. **Mariae V. Gratia,** dp. maj. in dioec. Forocorneliensi (Imola) (Ordo 1904, dp. 2 cl.). — Anno 1408 post supplicationem ad hanc imaginem habitam civitas liberata est a peste; alia processio instituta est contra pestem Dom. II Maji 1529, unde hoc festum institutum est, 20 Mart. 1802.—Gump. 823.—F. M.

F. B. **Mariae V. Gratiarum,** dp. 2 cl. in monasterio S. Humilitatis Vallis Umbrosae.—Ordo Vallisumbrosae 1902.

F. B. **Mariae V. Gratiarum,** Faventiae Patronae, dp. 2 cl. in dioec. Faventina.—Hac Dominica a. 1420 civitas a peste liberata est post rogativam processionem cum hac imagine; die 18 Maji 1630 in patronam electa est et praesens festum institutum.—Ricc. II 314.—Gump. 83.—Sign. I 134.—Beissel, Wall. 400.—F. M. Festum nunc fit feria II insequente.

F. B. **Mariae V. Gratiarum** in ecclesia monachorum Cisterciensium juxta castellum "Foce", dioec. Amerinae (Amelia) in Umbria.—Mazzia-Zanella VII I 611. — Dom. II (13) Maji 1629 imago depicta in muro capellinae "del Beccio", magno labore a virginibus translata in castellum Focianum, ubi a. 1715 fundatum est monasterium.

F. B. **Mariae V. de Sterpeto,** Patr. min. princ. civitatis Baruli in Apulia, dp. 2 cl. in conventu Baruli.—Ordo O. F. Min. prov. Lyciensis 1846.—Nunc festum agitur Sabbato ante Dom. II Maji.—Archiv.—Annuario d'Italia, 1924, p. 1066.

Coronationis Imaginis B. Mariae V. tit. Montis, dp. maj. in terra Calderolae dioec. Camerini.—Ordo 1888.—Confraternitatem S. Mariae de Monte instituit B. Franciscus de Calderola, qui et imaginem dono dedit, quam incoronavit Pius Papa VII 17 Maji 1814 Tolentini in ecclesia S. Nicolai. Conc. f. 26 Martii 1816.—Archiv.—F. M.

F. B. **Mariae V. tit. Regina Coeli,** dp. maj. Thermis in Sicilia in ecclesia Soc. Jesu.—Cal. S. J. in Sicilia 1840 et 1845.—Bibl. Boll. (Sedes festi probabiliter est prima Dom. libera Maji.)

F. **Cordis B. Mariae V.,** dp. maj. concessum pro dioec. Pisaurensi (Pesaro) 9 Aug. 1806.—Archiv.

F. B. **Mariae V. Auxiliatricis (Adjuva cito)** h. D. (per M. vot. sol.?) agitur in pago Rivarotta dioec. Astensis in Pedemonte.—Colitur ibi imago S. Mariae de " Viattosto " e saec. XIV.—Colomb. 128.

F. B. **Mariae V. Auxiliatricis** a clero Mutiliani, dioec. Lucanae agitur (in parochia Ss. Hippolyti et Cassiani); omnes Missae de Beata.—Archiv.

F. S. **Mariae de Suffragio;** Missa de Beata, in pago Colonella, dioec. Ripanae del Tronto (Ripatransone); indult. 18 Mart. 1833.—Archiv.

Memoria **B. Mariae V. de Saxo** in sacello homonymo, dioec. Faesulanae (Fiesole) per Missam vot. sol. B.M.V. Ibi a. 1490 apparuit Maria duabus puellis.—Ep. Rev. Caeremonarii Cathedr. Faesulanae, a. 1888.—F. M.

F. **B. Mariae V. de Bono Consilio** h. Dom. celebrari Romae in ecclesia homonyma, in via Tusculana, ut f. titulare, cum novena, v. Diario Rom. 1921, p. 243.

S. Mariae Gratiarum f. Romae in ecclesia S. Pauli de Regula.—Inventa imago in pariete delineata, a. 1623; vir quidam a spiritu maligno obsessus coram ea nuper inventa sanatus est. Incoronata a. 1651.—Bomb. III 109.

F. **B. Mariae V. tit. Salutis Infirmorum,** per Missam vot. sol. B. M.V. saltem agitur h. d. Romae in ecclesia S. Luciae della Tinta.—Diaria Rom.—Bomb. III 155.

F. **B. Mariae V. de Pietate,** Romae in Oratorio del Caravita. Omnes Missae de Beata, ex indulto 14 Apr. 1893.—Colebatur imago in ecclesia S. Rochi ad Tiberim, qua destructa (1646) a. 1670 collocata est in oratorio del Caravita Soc. Jesu, ubi incoronata est 6 Febr. 1677.—Bomb. I 147.—F. M.

F. **B. Mariae V. de Strata** per M. vot. sol. de Beata agitur h. D. in oppido Giarre, dioec. Jaciensis (Aci-Reale) in Sicilia, e conc. 26 Aug. 1901.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Miraculis,** assignatum e 6 Maji, per Missam vot. sol. B.M.V. agitur Panormi (Palermo) in ecclesia homonyma ad portum Panormitanum. Ita me edocuit Rev. Perricone par. Panormitanus a. 1901. Imago mense Majo 1548 miraculis effulsit, liberando subito hominem quendam ab herniae malo.—Gump. 674.—F. M.

F. **B. Mariae V. tit. Stella Maris,** Nautarum Patronae, Romae in ecclesia S. Mariae in Capella, ubi erecta est pia unio sacerdotum a S. Paulo de Cruce instituta. Omnes Missae de Beata, ex indulto 21 Feb. 1834; vel alia Dom., etiam Junii celebrandum: 21 Apr. 1834.—Archiv.

F. **S. Mariae de Ulmo;** una Missa de Beata, Fabiani, dioec. Sarzanensis in Etruria, e conc. 26 Nov. 1806.—Archiv.

F. **B. Mariae de Oropa,** duae Missae de Beata, in dioec. Bugellensi (Biella) in Pedemonte.—Cal. 1913.—In Annuario 1924 h. Dom. signatur inter festa patronalia dioce. Bugellensis (p. 207). v. Dom. ult. Aug.

F. **B. Mariae V. Gratiarum** per Missam vot. sol. B. Mariae V. Capranicae in Etruria in ecclesia Assumptionis, ex indulto 23 Apr. 1909.—Archiv.

Commemoratio B. Mariae V. per M. vot. sol. B.M.V. pro ecclesia parochiali prope Ardeam in dioec. Albanensi, conc. 21 Apr. 1893.—Archiv. S. R. C.

F. **B. Mariae V. Gratiarum** Florentiae in oratorio homonymo. Missa fieri videtur de S. M. Gratiarum.—Giglio Fiorentino 1909, p. 59.

F. **B. Mariae V. Matris Desertorum,** seu **de los Desamparados,** Patr. Princ. Civitatis Valentiae in Hispania, dp. 1 cl. oct. in civitate, extra civitatem dp. maj.; idem festum Dertusae (Tortosa) 1910, in dioec. Segorbe 1910, in universa Peruvia et Bolivia, in dioec. Verae Crucis, Oaxacae, Tehuantepec, Campeche etc. Anno 1400 confraternitas ad colligendos infantes expositos et desertos Dei Matrem sibi in patronam elegit et imaginem fieri jussit quae summo in honore habetur Valentiae; eam trium angelorum manibus factam esse fert traditio popularis. A. 1667 Mater Desertorum electa est in patronam civitatis et regni Valentini. — De la Fuente 339.—Sanj. III 98.—Beissel, Wallf. 473.—F. M.

F. **B. Mariae V. Matris Gratiarum Divinarum,** vulgo **de Argeme,** Patr. Princ. Civitatis Cauriensis (Coria) in Hispania, dp. 1 cl. oct. in sola Civitate Cauriensi in Extremadura. Imago in sanctuario unam horam a civitate distante, colitur e saeculo XIII. Electa est in Patronam 7 Maji et 11 Dec. 1900. Confirmata est electio et festum concessum 2 Junii 1901.—Archiv. S. R. C.—Ordo Cauriens. 1907. Ex anno 1903 f. fiebat feria II insequente, postea translatum in Dominicam.—Nunc fit Sabbato ante Dom. II Maji.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. de Semon,** in sanctuario homonymo in colle juxta civitatem Acered dioec. Tarasionensis in Aragonia sito. Ibi colitur imago lignea, inventa paulo post expulsionem Maurorum.—Faci II 175. —F. M.

F. **B. Mariae V. Divini Pastoris Matris,** dp. maj. in dioec. Saltensi et Tucumana in Argentina; item in dioec. S. Angeli in Vado et Urbaniae in Piceno.—Cal.

F. **B. Mariae V. de Monte Serrato,** dp. maj. in dioec. Platensi in Argentina.—Off. pr. 1899. v. Dom. post 25 Apr.

F. **B. Mariae V. de Bono Consilio,** dp. cl. concessum pro dioec. Tlascalae in Mexico, 21 Apr. 1891. Archiv.

F. **Maternitatis B. Mariae V.,** dp. maj. inter officia pr. S. Martini de Cucujaes O.S.B. Abbatia in Lusitania.—Off. pr.

F. **B. Mariae V. de Vaccis** in sanctuario proprio apud Abulam (Avila) in Hispania, ubi inventa est imago in publico boum vaccarumque stabulo.—Gump. 191.—F. M.

F. **B. Mariae V. de Sanitate,** dp. 1 cl. oct. in sanctuario Nostrae Dnae de Ponte Isarae (Pontoise), dioec. Versaliensis in Gallia. E saeculo XII colitur ibi statua lignea B. Mariae V.—Off. de Communi.—Epist. 7 Nov. 1907.—Drochon 42.—Beissel, Wallf. 440.—N. D. de France I 371.

F. **Miraculorum B. Mariae V.,** solemne majus, in Brev. Silvanectensi (Senlis) 1776.—Bibl. Boll.—Institutum est festum saeculo XII in

gratiarum actionem pro liberata civitate a malo ardentium. Festum cum dioecesi interiisse videtur.—N. D. de France V 377.—F. M.

F. **B. Mariae V. de Numismate,** dp. 2 cl. in civitate Ragusae in Sicilia (dioec. Syracusanae), e conc. 24 Apr. 1907.—Archiv.

Secunda Feria III Maji.

F. **B. Mariae V. de Virtutibus,** dp. in Alberti Villa (Aubervilliers) apud Parisios.—Off. propr. N. Dnae Virtutum 1769. Bibl. Musaei Brit. —Item ibidem in Proprio ecclesiae parochialis S. Germani "en Laye". Imago hac feria a. 1338 copiosum fudit sudorem et plurimis effulsit miraculis.—N. D. de France, I 100.—Festum nunc agi videtur Dom. II Maji. —Drochon, 29.—F. M.

Secundo Sabbato Maji.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Quitensi (Ecuador). Cal. 1900 et 1911.

Feria II post Dom. II Maji.

F. **B. Mariae V. de Campilione,** dp. maj. in Cal. Aversae approb. 14 Feb. 1914.—Archiv. v. D. II Maji.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** Patr. min. princ., dp. maj. in Cal. Faventiae (Faenza) approb. 5 Dec. 1913.—Archiv.—v. Dom. II Maji.

Commemoratio B. Mariae V. Gratiarum, 1 cl. oct. in sanctuario ipso de Argeme dioec. Cauriensis, e conc. 6 Junii 1902.—Archiv.—v. Dom. II Maji.

Dom. post 12 Maji.

F. **B. Mariae V. Divinae Providentiae,** dp. maj. in dioec. Segusiae (Susa) in Pedemonte.—Cal. Segus. 1886.—v. 11 Maji.

Dominica III Maji.

F. **Dni N. Spinis Coronati,** dp. maj. in dioec. Vicentina (Vicenza); spina de Corona Dni a S. Ludovico data est B. Bartholomaeo de Breganza, Episc. Vicetino et servatur in Cathedrali.—Off. pr. 1910.—Idem festum in dioec. Nicosiae in Sicilia.—Ordo 1846. Bibl. Boll.—Ordo 1888.

F. **B. Mariae V. Matris Dei Scholarum Piarum,** dp. 2 cl. in Cal. CC. RR. Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum, e conc. 10 Apr. 1907. —Off. pr. 1907.—Archiv.—Maracci, Fam. Mar. VII c. 44 (Sum. Aur. XI 595).—Clericos suos S. Joseph a. Calasanza sub Deiparae patronatu collocavit. Festum principale est festum S. Nominis B.M.V., dp. 1 cl. oct. et off. propr. De imagine Deiparae, quae colitur Romae in ecclesia S. Pantaleonis matrice Piaristarum, v. Bombelli III 73.—Incoronata est 25 Martii 1694.—Festum nunc fit die 31 Maji. Archiv.

Anniversarium Coronationis Imaginis B. Mariae V., dp. maj. Mantuae in ecclesia CC. RR. Excalc. SS. Crucis et Passionis Dni.—Ordo 1911.

F. **B. Mariae V. de Populo,** Patr. Princ. Fori Pompilii (Forlimpopoli), dioec. Brictinoriensis in Aemilia, in sola civitate, dp. 1 cl. oct. v. 9 Junii.—Off. propria Fori Pompilii 1827. Bibl. Boll.—Ordo Brictin. 1901.

F. **B. Mariae V. de "Pozzo Guacito",** dp. maj. in dioec. Monopolitana in Apulia.—Ordo 1888.—Imago colitur Fasani; festum concessum est 9 Martii 1824.—Archiv.—Ordo Monop. 1888.—F. M.

F. **B. Mariae V. Divini Pastoris Matris,** dp. maj. in dioec. Anconae, Prati, Pennae et Atrii.—Calend.

F. **B. Mariae V. tit. Noli me Tollere,** ritu dp. 1 cl. cum oct. h. D. agi in eccl. Fratrum Capuccinorum oppidi Sorse in Sardinia, die 19 Feb. 1901 me edocuit Rev. P. Jos. Gasparini Commiss. O.F.M. e civit. Turritana.

F. **Maternitatis B. Mariae V.,** dp. maj. in dioec. Aversana in regno Neapolitano.—Ordo 1833 et 1896.

F. **B. Mariae V. de Misericordia,** dp. maj. die 9 Jan. 1802 concessum est pro Terra S. Martinae, dioec. Tarentinae.—Archiv.

F. **B. V. Immaculatae** in dioecesi Aliphana celebrari, v. Ann. Cattolico 1924, p. 515.

F. **Patrocinii B. Mariae V.,** dp. maj. a. 1802 fiebat hac Dom. in dioec. Terracinae; 17 Martii 1802 translatum est ad Dom. II Nov.—Archiv.

F. **S. Mariae Gratiarum,** Titularis eccl. Artenae, dioec. Signiae (Segni) in eccl. collegiata. dp. 1 cl. oct. — Cal. O. F. M. prov. S. Michaelis, 1911.

F. **B. Mariae V. tit. Refugii Peccatorum,** dp. maj. in dioec. Mazariae (Mazzara) in Sicilia; Marsalae ubi imago B.M.V. de Refugio colitur, festum fit Dom. II Octobris.—Cal. Mazariae 1908.

F. **B. Mariae V. de Audientia,** Patr. Princ. civit. "Sambuca-Zabut", dioec. Agrigentinae (Girgenti), dp. 1 cl. oct.—Simulacrum marmoreum inventum est in monte S. Joannis et collocatum ab accolis in ecclesia B.M.V. de Monte Carmelo.—Pitrè, 432.

F. **B. Mariae V. tit. Gratiarum Matris,** Patr. Princ. pagi Pedemontis, dioec. Suessanae (Sessa), dp. 1 cl. oct.—Ordo Suessae 1895.—In Cal. 10 Oct. 1914 approbato festum fit die 13 Maji, Dom. III Maji duae missae tantum.—Archiv.

Memoria B. Mariae V. de Monte Carmelo in terra Castelvetere, dioec. Nusci, in Cal. approb. 3 Aug. 1914 duae Missae de Beata.—Archiv.

F. B. **Mariae V. Reginae Virginum** in ecclesia homonyma civitatis Maceratae in honorem iconis prodigialis. Missae omnes de Beata, e conc. 5 Martii 1890.—Archiv.

Inventio B. Mariae V. de Nemore (del Bosco) agitur h. D. in sanctuario juxta civitatem Niscemi, dioec. Platiensis (Piazza) in Sicilia. —v. Dom. III Aug.—Ejusdem tituli festum Spinatiolae, dioec. Venusinae agi benigne me edocuit Revmus Praesul Venusinus a. 1888.—Pitrè 527.

F. **B. Mariae V. de Portu** in civitate Claromontana (Clermont) tantum, dp. 1 cl. sine oct. e 15 Maji assignatum huic Dom. et denuo concessum a. 1905.—Archiv.—v. 15 Maji.—In Proprio Claromontano, 1908 dp. maj. in civitate.

F. **B. Mariae V. de Monte Serrato,** dp. maj. in dioec. Campecorensi (Campeche) in republica Mexicana.—Ordo 1908;—idem festum in Ordine Tulancingi (1903), Chilapae (1910) et Tehuantepec (1895 et 1911).—Cal.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. 2 cl. in dioec. Tlascalae et Angelopolis (Mexic.) e conc. 21 Apr. 1891.—Archiv.

Dominica IV Maji.

F. **Imaginis B. Mariae V. Matris Admirabilis de Suasia,** Civitellae in dioec. Brictinoriensi (Bertinoro) in Aemilia, dp. 2 cl. in dioec. dp. maj.—Colitur imago Romandiolae juxta Civitellam et miraculis infulsit saeculo XVI; e tempore terraemotus a. 1666 festum agi coepit die 22 Martii dp. maj.—novum festum pro hac Dom. et ritu dp. 2 cl. (Patr. min. princ.) conc. 15 Apr. 1823. — Archiv. Deletum in reformatione Calendarii, sed probaliter restitutum.—Annuario Cattolico, 1924, p. 444.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in eccl. S. Mariae juxta Avezzanum, e conc. 21 Apr. 1818.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj., conc. 5 Martii 1815 pro eccl. S. Mariae in Platea, civit. Anconae in Piceno.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. pro dioec. Cingulana cum officio proprio concesso PP. Augustinianis, indultum 8 Dec. 1818.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Petra Aquaria,** dp. maj. agebatur h. D. usque ad a. 1908 in sanctuario homonymo apud Alphabucelli, dioec. Marsorum; a. 1908 translatum est ad 27 Aprilis.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Luce,** dp. maj. in dioec. Uxentina (Ugento). —Cal. 1901, ex indulto 8 Julii 1891.—Archiv.

Incoronatio Imaginis B. Mariae V. de Fonte, dp. maj., quae evenit a. 1897 in dioec. Cupersanensi.—v. Dom. II Maji.—Cal. 1900 et 1904.

F. B. **Mariae V. Divini Pastoris Matris,** dp. maj. in honorem iconis miraculosae, sub officio Maternitatis concessum est pro Ponzano, dioec. Firmanae (Fermo), ex indulto 4 Maji 1824.—Archiv.

F. B. **Mariae V. de Guadalupe** (Mex.), dp. 1 cl. in dioec. Huaracensi in Mexico.—Cal. 1909.—Archiv.

F. B. **Mariae V. de Misericordia** agitur h. D. per M. vot. sol. B. M. V. in coenobio Praedicatorum civit. Bonaerensis (Buenos Aires) in Argentina, ex indulto 10 Feb. 1905; prius agebatur Dom. III post Pentecosten.—Archiv.

Sabbato ante Dom. ultimam Maji.

F. B. **Mariae V. de Patientia,** dp. 1 cl. oct., Neapoli in ecclesia propria. Incoronata est imago 8 Sept. 1888 et Missa propria approbata 14 Apr. 1920.—Archiv.

Dominicam ultima Maji.

F. **Dni N. Jesu Ch. Spinis Coronati,** dp. 2 cl. Scigliani (Xylianum), dioec. Neocastrensis (Nicastro) in Calabria. Ordo 1888.

F. **SSmi Crucifixi,** in terra Montallegre, dioec. Panormitanae (Palermo) in honorem imaginis prodigiosae.—Pitrè, 109.

F. **SSmae Familiae, Jesu, Mariae, Joseph,** dp. maj. in ecclesia S. M. infra Portas civit. Fulginatensis (Foligno), die 9 Maji 1913 huic Dom. assignatum est e Dom. I Junii.—Archiv.

F. B. **Mariae V. tit. Stellae Matutinae,** dp. maj. Off. pr. in dioecesibus olim unitis Compsana (Conza) et Campaniensi.—Ordo 1895.

F. B. **Mariae V. tit. Gratiarum,** Patr. Princ. civit. S. Catharinae Villaermosae, dioec. Caltanixectae in Sicilia, dp. 1 cl. oct. — Allata est imago e Caltanixecta a messoribus; sacellum exstructum est in loco manifestationis tit. "Zotta di S. Maria"; imago vero translata est in ecclesiam S. Catharinae.—Pitrè p. 520.

Translatio B. Mariae V. de Sudore, dp. maj. in dioec. Ravennae. Imago a. 1512 cum hostis Ravennam diriperet, sanguinem sudavit in Cathedrali et iterum a. 1630. — Gump. 272. — Ordo Ravennae 1888.—In reformatione Calendarii, immediate postquam festum istud cum aliis expunctum est, restituebatur, 18 Martii 1913.—Archiv.

Coronatio Imaginis B. Mariae V. a Salve, dp. 2 cl. in dioec. Alexandrina (Piemonte);—v. Dom. II post Pascha.—Ordo Alex. 1901.

F. B. **Mariae V. de Conadomini (Itria),** Patr. min. princ. Calatayeronis in Sicilia (Caltagirone), dp. maj. Ordo 1887. — In Ordine Calatayeronis 1818 habetur h. D. fest. Puritatis B.M.V. dp. maj. Bibl. Boll. — F.B.V. de Conadomini (quae colitur in eccl. S. Jacobi) conc. 3 Apr. 1821.—Arch.

F. **B. Mariae V. Divini Pastoris Matris,** dp. maj., concessum, 27 Dec. 1806 pro Belvedere, dioec. Ariminensis; 30 Apr. 1816 pro ipsa dioec. Ariminensi (Rimini); idem festum in dioec. Penne et Atri (1899), Consentiae (1894) et Marsorum (1890).—Cal.

F. **Imaginis B. Mariae V. de Populo,** dp. maj. in pago Albarea, dioec. Ferrariae, e conc. 14 Nov. 1815.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. maj., die 16 Junii 1814 concessum est pro clero terrae Polverigi, dioec. Anconitanae, ubi colitur imago. —Archiv.

F. **B. Mariae V. a Corde Jesu,** dp. maj. in civit. et districtu Urbaniae, e conc. 19 Nov. 1904.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Caravagio,** dp. maj. in dioec. Clavarensi (Chiavari) in Liguria. — Ordo 1909 et 1910. — Item Genuae in eccl. S. M. de Campo, omnes Missae de Beata (Gl. Cr.), conc. 23 Maji 1892.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Pietate,** dp. maj. in dioec. S. Severi, e decr. 12 Apr. 1907.—Extat imago prodigiis clara in ecclesia archiconfraternitatis ab Oratione et Morte in civitate S. Severi.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Perpetuo Succursu,** dp. maj. in dioec. Montis Falisci (Montefiascone).—Cal. 1894.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Liberatricis (Libera me a portis inferni),** dp. 1 cl. oct. Titul. eccl. novae PP. Missionariorum S. Francisci Salesii, Romae in colle Testaccio.—Ex epistola Rev. P. Augustini Bachofen O. S. B. in collegio S. Anselmi, 24 Feb. 1912.

F. **B. Mariae V. della Rocchetta tit. Gratiarum,** in sanctuario juxta pagum Lermae, dioec. Aquensis in Pedemonte.—Colombero 96.

F. **B. Mariae V. tit. Virgo Potens;** missae omnes de Beata pro eccl. S. Jacobi Caritatis, Genuae, conc. 9 Nov. 1817. Per indultum 26 Feb. 1822 translata est solemnitas ad Dom. II Julii.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Monte** fiebat per Missam vot. sol. de Beata Genuae in eccl. S. M. de Monte O. F. Minorum, transl. e 23 Maji ad Dom. ult. Maji, per decr. 15 Junii 1905. Nunc fit festum Dom. I Sept. —Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum** fit Venetiis in eccl. Ss. Gervasii et Protasii; omnes missae de Beata, e conc. 15 Martii 1893.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Pietate,** dp. maj. cum officio proprio de Matre Jesu Compatiente agitur h. D. in provincia ecclesiastica S. Sebastiani Fluminis Januarii (Rio de Janeiro) in Brasilia.—Propr. 1904.

F. **B. Mariae V. de Rupe (Penha),** dp. maj. in prov. eccl. Belem de Parà in Brasilia.—Off. pr. 1907.—v. Dom. I Sept.

F. **B. Mariae Matris Gratiae,** dp. maj. in pro eccl. SS. Salvatoris de Bahia in Brasilia.—Propr. 1902 et 1907.

F. **B. Mariae V. tit. de Lourdes,** Titul. eccl. parochialis civit. Gueuz-Tepe, dioec. Smyrnae in Asia Minore.—Ordo Smyrnae 1910.

Sabbato ultimo Maji.

F. **B. Mariae V. tit. Divini Pastoris Matris,** dp. maj. pro sacerdotibus Congregationis SS. Cordis Jesu Massiliae; olim Dom. ult. Maji: 23 Jan. 1918 restauratum pro hoc Sabbato.—Archiv.

F. **Purissimi Cordis B. Mariae V.** f. dp. maj. e conc. 19 Maji 1864 pro dioecesibus prov. Latinae Leopolitanae in Galicia.—Off. pr.

F. **B. Mariae V. de Mola** in sanctuario proprio apud Buiram, dioec. Leridae in Aragonia. Ad hanc iconem confugiunt accolae tempore siccitatis. De miraculo molae vide Faci II p. 251.

Sabbato ante Dominicam IV post Pascha.

F. **Puritatis B. Mariae V.,** dp. maj. in dioec. Jaciensi (Aci-Reale) in Sicilia.—Cal. approb. 26 Martii 1914.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Lujan,** Patr. Princ. dioec. La Plata et Bonaerensi (1914), dp. 1 cl. oct.—In reliquis Argentinae dioecesibus Patr. Reipublicae Argentinae dp. 2 cl. (Cal. 1914). Item in dioec. Montisvidei (Cal. 27 Maji 1914).—v. Dom. IV post Pascha.

F. **B. Mariae V. de Pueblito,** dp. 1 cl. oct. in dioec. Queretari (Mexic.) Cal. 1914.—v. D. II et IV p. Pascha.

F. **B. Mariae V. Consolatricis Afflictorum,** dp. 1 cl. oct. in ducatu Luxemburgensi (1914) et in ecclesia propria O. M. Convent. in civitate Carey, Ohio (U. S.).—Ordo Conv. 1920.—Imago, Luxemburgensis statuae ectypon, allata est in civitatem Carey a. 1875 et die 24 Maji cultui exposita est, non sine miraculis.—Rudnicki 557.

Dominica IV post Pascha.

Haec Dominica in ritu Graeco vocatur **Dominica Samaritanae,** quia illa die venit evangelium de puteo Jacob et de muliere Samaritana. Cantus Dominicae dividuntur inter mesopentecosten et evangelium Samaritanae. Cantus de Samaritana continuantur rursum per totam hebdomadam subsequentem. Feria IV repetitur pro claudenda festivitate mesopentecostes totum illius officium praeter lectiones. Max. I 118. Nill. II 362.

F. **S. Coronae Domini,** dp. 2 cl., die 8 Jan. 1605 concessum pro archidioecesi Monregalensi (Monreale) in Sicilia, ubi colitur pars S. Coronae.—Ordo 1895.

F. **SS. Redemptoris,** dp. 2 cl. in dioec. Montis Cassini.—Ordo 1909.

F. **Pretiosissimi Sanguinis D. N. Jesu Ch.,** dp. 1 cl. in dioec. Lucana (Lucca) in Etruria, ex antiqua consuetudine.—Cal. Lucense 1910.

F. **Fugae Dni in Aegyptum,** dp. 2 cl. in eccl. O. F. Minorum in Terra Sancta et in Aegypto. Rossetti in Aegypto Titul. eccl. O.F.M. dp. 1 cl. oct.—Ordo 1910.

F. **SS. Familiae, Jesu, Mariae, Joseph,** dp. maj. in dioec. Macaoensi in China.—Ordo 1910.

F. **Vitae Interioris Dni N. Jesu Ch.,** dp. 1 cl. oct. in Proprio Seminarii Sulpitiani Baltimorensis.—Ordo 1905.

F. **S. Tunicae Dni N. Jesu Ch.,** dp. 2 cl. in dioec. Trevirensi (Trier) in Germania.—Klein 49.—In Cal. Trevirensi 1870 festum S. Tunicae jungebatur festo antiquiori Armorum Christi (Lanceae et Clavorum); in Proprio Missalis dioec. Trevirensis ante a. 1892 solius Tunicae notatur festum feria IV post Dom. III post Pascha. Apud Klein vero (1899) et in Cal. Trevirensibus 1909 et 1912 f. S. Tunicae celebratur Dom. IV post Pascha, assign. huic Dominicae 16 Nov. 1892.—Rohault 250, 252, 377.

F. **SS. Salvatoris,** primi Eccl. Vabrensis Patroni, dp. 1 cl. in Cal. Ruthenensi (Rodez, Gallia) 1824.—Bibl. Boll.—In Proprio moderno hoc festum agitur Dom. II post Pascha.—Archiv.

F. **Ecce Homo,** Mesurarae in dioec. S. Severinae in Calabria. Missae omnes de SS. Redemptore, e conc. 18 Dec. 1908.—Archiv.

F. **Apparitionis S. Crucis** Hierosolymis, tempore S. Cyrilli, ass. e 7 Maji huic Dominicae cum officio pleno apud Armenos.—Nill. II 678.

F. **B. Mariae V. de Veritate,** dp. 1 cl. cum oct., titul. eccl. propriae, Neapoli, e conc. 31 Martii 1908.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Providentia,** dp. 2 cl. in dioec. Novariensi in Lombardia; Cal. 1905;—conc. est festum a Pio IX Papa; lectio pr. VI indulta 8 Julii 1908.—Archiv.—Sacellum S. M. de Providentia extat Novarae in ecclesia antiqua S. Dionysii.—Off. pr.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. 2 cl. in eccl. S. M. Magdalenae civit. Aquensis (Piemonte) e conc. 10 Nov. 1911; in dioec. dp. maj. 2 Junii.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Itria,** Titul. eccl. O. F. Minorum Calatayerone (Caltagirone) in Sicilia; huic Dom. affixum e 12 Aug., 12 Julii 1833.—Feria III post Pentecostes canitur Missa vot. B. Mariae V.; festum ad dioecesim extensum est a. 1843.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** Compatronae civit. Altamurae, in Lucania, dp. maj. in dioec. Abbatiae Altamurae in Apulia.—Ordo 1896.

F. **B. Mariae V. a Miraculis,** dp. maj. in civitate Lonigo, dioec. Vicetinae, conc. 20 Apr. 1888.—Archiv.—Die 1 Maji 1482 imago sanguinem sudavit, ab impio homicida machaera vulnerata.—Gump. 86.—Archiv.

F. B. **Mariae V. Fontis Gratiarum,** dp. maj. in sola civitate Tricarici.—Ordo 1901.—v. Dom. III Nov. et Dom. I Maji.

F. B. **Mariae V. ab Agricultura (Cultura),** dp. maj. Parabitae in dioec. Neritonensi (Nardo), translatum ad hanc Dominicam e Dom. II post Pascha per decretum a. 1899 emissum. In ipsa ecclesia O. F. Minorum Parabitae adhuc (i. e. usque ad a. 1914) Dom. II post Pascha, dp. 1 cl. oct.—Archiv. et Cal.

F. B. **Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. Andriae in Apulia, e conc. 23 Maji 1835.—Propr. Andriae, 1880.

F. B. **Mariae V. de Succursu,** dp. maj. concessum pro Mogliano, dioec. Firmanae, 24 Mart. 1804.—Archiv.—In proprio Firmano moderno (ante 1914) f. istud signatur pro tota dioecesi. Imago colitur Mogliani.

F. B. **Mariae V. de Succursu,** dp. maj. in dioec. Bituntina et Anxanitana (Lanciano) in Italia. — Cal. — Item in dioec. Aquila (Cal. 1835).—Archiv.

F. B. **Mariae V. Auxilii Agonizantium,** dp. maj. in dioec. Barensi et Ruvensi in Apulia.—Cal.

F. B. **Mariae V. Sanitatis,** dp. maj. in dioec. Aprutina (Teramo). —Ordo 1888.

F. B. **Mariae V. de Perpetuo Succursu,** dp. maj. in archid. Theatina (Chieti).—Cal. 1899.—Item apud moniales O. S. Ben. Alatrii, e conc. 10 Maji 1896.—Archiv.

F. B. **Mariae V. de Pasano,** dp. maj. Savae in dioec. Uritana (Oria). — Ordo 1901. Conc. 13 Sept. 1855. — Archiv. — Inveni festum etiam in Proprio Uritano a. 1836.

F. B. **Mariae V. tit. Salutis Infirmorum,** dp. maj. in dioec. Ferentina, e conc. 18 Nov. 1852.—Archiv.

F. **Puritatis B. Mariae V.** in dioec. Jaciensi (Aci-Reale) in Sicilia. —Ordo 1887.

F. B. **Mariae V. Divini Pastoris Matris,** dp. maj. in dioec. Platiensi (Piazza) in Sicilia, Bugellensi (Biella) in Pedemonte (1899) et apud Missionarios de la Salette.—Calend.

F. **Purissimi Cordis B. Mariae V.** in dioec. Pisauri (Pesaro, Cal. 1888) et Ariminensi (Rimini, Cal. 1849).—Archiv.

F. B. **Mariae V. tit. de Monte Serrato,** dp. maj. in dioec. Bisarchiensi (Ozieri) in Sardinia insula.—Ordo 1908.

F. B. **Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Urbini, ex indulto 10 Jan. 1810.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. pro ecclesia S. Laurentii in Campo, Romae, e conc. 11 Martii 1817.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Abbatiali Sublacensi (Subiaco).—Ordo 1900.

F. **B. Mariae V. Gratiarum** in dioec. Fori Sempronii (Fossombrone) et Asculi in Piceno.—Cal. 1894.

F. **B. Mariae V. de Bono Consilio,** dp. maj. concessum 23 Aug. 1794 pro dioec. Mutinensi (Modena) in honorem iconis quae colitur in ecclesia S. Francisci. Sasoli 86.—Idem festum in dioec. Comaclensi (Comacchio) et Derthonensi (Tortona); item in dioec. Tarbiensi in Gallia (Ordo 1908).

Inventio B. Mariae V. de Sterpeto, dp. 2 cl. Baruli in Apulia. Proprium Tranense 1830.—Archiv.—v. Dom. II p. Pascha.

F. **Maternitatis B. Mariae V.** in dioec. Ariano, ad hanc Dom. translatum e Dom. II post Pascha 7 Martii 1820.—Archiv.

F. **B.M.V. Gratiarum** fit hac Dom. per missam vot. sol. B.M.V. in civitate Rivarolo Ligure, in oratorio S. Stephani, e conc. 12 Apr. 1907.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Virtutibus** in oppido Castro Novi (Castel Nuovo di Porto), dioec. S. Rufinae suburbicana, per missam vot. sol. B. M. V.—Ordo S. Rufinae, 1889.

F. **B. Mariae V. de Succursu** in Terra "Grottazellina di Fermo", per missam vot. sol. B.M.V., ex indulto 9 Maji 1890.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Consolatricis Afflictorum,** Patr. Princ. dioeceseos Luxemburgensis, dp. 1 cl. oct. Item in dioec. Namurcensi, sub titulo **"Patrona Patriae".**—Ordo 1895.—In honorem imaginis ligneae Consolatricis exeunte saeculo XVI exstructum est sacellum Luxemburgi; postea ecclesia magnifica aedificata est et Dei Mater in sua imagine electa in Patronam Luxemburgi. Primo festum agebatur Dom. I Julii. Idem festum in sanctuario S. M. Consolatricis, pagi Carey, Ohio. v. Sabb. ante hanc Dominicam. — Rudnicki 215. — Schuetz III 162. — Beissel, Wallf. 365.—Kuntgen S. J. N. D. de Luxembourg, Namur 1866.

F. **B. Mariae V. de Pace,** dp. maj. in dioec. Tarbiensi (Gallia) a. 1886; a. 1910 vero Dom. V. post Pascha. A. 1914 expunctum.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Matris Gratiae,** dp. maj. in dioec. Aquarum Sextiarum (Aix); item in dioec. Rhedonensi (Rennes). — Objectum festi: Gloria quae redundat in B. Mariam V. e Congregationibus Marianis.—Off. propr.

F. **B. Mariae V. tit. vulgo de Lujan,** Patr. Princ. dioec. Platensis (LaPlata) in Argentina, dp. 1 cl. oct.; dp. 2 cl. in omnibus Reipublicae

Argentinae dioecesibus. In Collegio Americano-Meridionali, Romae, dp. 2 cl. (conc. 5 Mart. 1905). Imago a. 1630 mirabiliter constitisse traditur in pago Lujan, tunc dioec. Bonaerensis.—Sanjulian III, 460.

F. **B. Mariae V. del Pueblito,** dp. 1 cl. oct.—e decreto S.R.C. 18 Sept. 1787 N. D. del Pueblito declarata est Patrona Princ. Prov. SS. Petri et Pauli O. S. Francisci in Nova Hispania (Mexico); dp. maj. in dioec. Queretaro, Cal. 1893; sub ritu dp. 1 cl. oct. translatum est festum pro dioec. Queretaro ad Dom. II post Pascha, 3 Julii 1903.—Archiv.—Florencia 148—De Padua II 609.

F. **Gaudiorum B. Mariae V.** dp. 2 cl. pro archidioecesi Mexicana in Cal. 1910.—Archiv.

Translatio Iconis B. Mariae V. in ecclesia Cisterciensi pagi Rokitten, dioec. Gnesnensis in Posnania, ex decreto episcopi Gnesnensis a. 1672, postea a S. Rit. C. approbato.—A. 1672 enim e castris Polonorum militum relata est imago in hanc ecclesiam.—Ott, Marianum, 2222.

F. **SS. Rosarii,** Confraternitatis homonymae cum indulgentiis plenariis Dom. IV post Pascha saec. XVII agebatur in Monte Pabulano juxta Duacum (Douai).—Colv. I 452.

Feria V post Dom. IV post Pascha.

F. **B. Mariae V. de Spina,** dp. 2 cl. in dioec. Catalaunensi (Chalons-sur-Marne); Cal. approb. 29 Martii 1914.—v. Dom. V p. Pascha.

Sabbato ante Dom. V post Pascha.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** Patr. Princ. Neptuni (Nettuno) dioec. Albanensis, dp. 1 cl. oct.—Cal. approb. 1914.—Archiv. v. Dom. V post Pascha.

Dominica V. post Pascha.

Dominica quinta post Pascha apud Graecos vocatur **Dominica Caeci Nati,** quia habetur evangelium Joannis de Caeco Nato, quod commentantur cantu illorum dierum.—Max. I 119.

Prodigiosi Sanguinis Nostri Domini, dp. 2 cl. in dioec. Ferrariensi.—Die 28 Martii 1171 copiosus sanguis profluxit ex hostia, Ferrarae in ecclesia S. M. de Vado. Festum concessum est a. 1871.—Propr. Ferrarae.

Inventio S. Crucis signatur hac Dominica in Menologio Syro-Jacobitico saeculi IX (Patr. Or. X, p. 40).

F. **SS. Redemptoris,** Genuae in ecclesia S. Petri de Arena; omnes Missae SS. Redemptoris e conc. 15 Apr. 1891.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in Cal. Aquilae, 1835.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Agonizantium Auxilii,** dp. maj. pro dioec. Uritana (Oria) concessum 9 Sept. 1844; et in dioec. Neritonensi (Nardò). —Ordo 1901.

F. **B. Mariae V. a S. Luca** seu **de Monte Guardiae,** dp. 1 cl. oct., Patr. Princ. Civitatis et Archidioeceseos Bononiensis (Bologna). — Cal. Bononiense 1910. Imago, "a S. Luca delineata" a. 1160 e Constantinopoli Bononiam allata est et colitur in sanctuario magnifico in summitate Montis Guardiae. Incoronata est hac Dominica a. 1603. Festum concessum est ritu dp. 2 cl. pro archidioecesi a. 1846. Anno 1868 vero S. M. a S. Luca electa est in Patronam Princ. et festum elevatum ad ritum dp. 1 cl. oct. Off. propr. approb. a. 1903. Anno 1914 festum assignatum est feriae III Rogationum, sed restitutum suae Dominicae 9 Febr. 1916.— Archiv. — Ricc. II 277 — Sign. I 70—Wolf 16 — Gump. 166 — Beissel, Wallf. 398.

F. **B. Mariae V. Gratiarum Matris,** Patr. Princ. Neptuni in dioec. Albanensi, dp. 1 cl. oct.—Ordo 1888.—Imago lignea allata est ex Anglia a. 1550.—F. M. Die 23 Aug. 1877 proclamata est in Patronam civitatis Neptuni; Leo XIII approbavit officium proprium. Incoronata est a. 1887.—Off. prop. Albani.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. Massae, dioec. Luni-Sarzanensis (nunc diver. Massa Carrara), in ecclesia S. Vitalis, e conc. 8 Maji 1821.—Archiv.

F. **B. Mariae V. ab Aqua, Reginae Matris Pietatis,** civitatis Ariminensis patronae, dp. 2 cl. Imago colitur in Cathedrali Ariminensi (Rimini); festum die 16 Martii 1815 concessit Pius VII pro tota dioecesi, postquam 8 Maji 1814 propriis manibus statuam marmoream coronavit.— Off. pr. Arimin. 1899.

F. **B. Mariae V. nuncupatae de Tempestate,** dp. maj. in Cal. Tolentino 1909.—Quam iconem incoronavit Pius VII, die 17 Maji 1814, in ecclesia S. M. Novae (Tolentini); v. 17 Maji. Concessum est festum 14 Junii 1815.—Archiv.—F. M.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Valvensi et Sulmonensi (Italia).—Exstructum est sanctuarium B. Mariae V. Gratiarum in gratiarum actionem pro liberata dioecesi a peste a. 1656; concessum est festum 4 Junii 1816.—Propr. Valvae et Sulmon.—F. M.

F. **Maternitatis B. Mariae V.** dp. maj. in dioec. Lucensi (Lucca) in Etruria.—Off. propr.

F. **B. Mariae V. de Bono Consilio,** dp. 2 cl. in dioec. Apuana (Pontremoli); dp. maj. in dioec. Bugellensi (Biella), Monregalensi (Mondovi), Alexandrina in Pedemonte et Cuneensi (Cuneo 1862 et 1894); item in dioec. Interamnensi (Terni) 1845.—F. M.

F. B. **Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in insula Gaudisiensi (Gozo). Imago colitur in ecclesia Cappuccinorum et fit processio Dom. infra oct. Epiphaniae ob liberatam dioecesim a terraemotu 11 Jan. 1693 et 26 Feb. 1743.—Ordo Gaudis, 1870 et 1887.

F. B. **Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Fulginatensi (Foligno).—Cal. 1886.—F. M.

F. B. **Mariae V. Gratiarum** in dioec. Anxani (Lanciano); item in diocesibus Algeriae et Tunisii.—Off. pr.—Cal.

F. B. **Mariae V. tit. Matris Sanctae Spei,** dp. 2 cl. in Cathedrali Suessana, dp. maj. in dioecesi. Imago S. Mariae de Spe colitur in Cathedrali. — Ordo Suessanna (Sessa) 1895. Concessum est festum 31 Maji 1817 pro Dom. IV post Pentecosten; extensum ad dioecesim 24 Nov. 1818, sed 6 Apr. 1824 translatum ad Dom. V post Pascha.—Archiv.

F. B. **Mariae V. de Misericordia,** dp. 1 cl. oct. in dioec. Vigiliensi (Bisceglie) in Apulia, in ecclesia propria; dp. 2 cl. oct. in civitate, dp. maj. in dioecesi.—Ordo Vigiliarum 1901.

F. B. **Mariae V. de Rosa,** dp. maj. pro civitate S. Margaritae in Liguria et districtus parochiis, dioec. Clavarensis. Concessum est festum a. 1774 pro 4 Maji; a Clemente XIV translatum ad hanc Dominicam. Minimis S. Francisci de Paula suburbii Mavassi concessum est a. 1826.—Pitto, Lig. Mar., Riva Orientalis 129.—v. 4 Maji.—Archiv.

F. B. **Mariae V. de Gratia,** dp. 2 cl. pro parochia S. Antonii Abb. in loco Vallecrosia, dioec. Ventimiliensis in Liguria, e conc. 25 Feb. 1890. —Archiv.

F. B. **Mariae V. Gratiarum,** dp. maj., concessum CC.RR.SS. Crucis et Passionis Dni in eccl. S. M. delle Grazie, dioec. Mantuanae, 4 Nov. 1907.—Archiv.—cf. Dom. I Oct.

F. B. **Mariae V. Auxiliatricis** agitur Romae in ecclesia S. Cordis Jesu ad Castra Praetoria, e decr. 24 Maji 1905. Omnes Missae de B.M.V. tit. Auxilii Christianorum.—Archiv.

Patrocinium B. Mariae V. de Lacu fit h. D. per Missam vot. sol. B.M.V. in Cathedrali Brictinoriensi (Bertinoro), e voto publico a. 1672 emisso post terraemotum.—Ordo Brict. 1889.

F. B. **Mariae V. de Victoria** fit h. D. per M. vot. sol. variis locis: 1. Genuae in Oratorio S. Jacobi "delle Fucine" (Settim. Rel. 1901, p. 19) —2. In oppido Montis Alti de Castro, dioec. Cornetensis (Tarquiniae) in ecclesia Sodalitatis S. Crucis. (Epist. Revmi Episcopi a. 1888) — 3. In pago Tiercé, dioec. Andegavinae (Angers), festum patronale confraternitatis N. Dnae de Victoria.—N. D. de France IV 225.

F. B. **Mariae V. de Sancta Spe,** Genuae in eccl. Decem Millium Crucifixorum.—Settim. Relig. 901, p. 19.

F. **B. Mariae V. de Arundinceis** in oppido Caereveteris (Cerveteri), dioec. S. Rufinae suburbicana; canitur M. vot. sol. de Beata in ecclesia parochiali in honorem iconis nuncupatae "La Madonna dei Canneti".—Ordo S. Rufinae 1889.

F. **B. Mariae V. Divini Pastoris Matris,** dp. maj. conc. pro dioec. Neocastrensi (Nicastro), 7 Jan. 1815.—Ordo 1889.

F. **B. Mariae V. de Oliva** fit in loco Carnea (Folla), dioec. Sarzanae, in Oratorio publico S. M. dell Oliva, e conc. 6 Maji 1805; omnes missae de Beata.—Archiv.

F. **B. Mariae Gratiarum;** una missa vot. sol. de Matre Gratiarum, in ecclesia S. M. Magdalenae terrae Castelnuovo Magra (de plano), dioec. Sarzanae, e conc. 28 Nov. 1815.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Auxiliatricis** (Des Aides), dp. 1 cl. oct. cum officio proprio Aureliaci (Orléans) in ecclesia N. D. des Aides, assignatum Dominicae infra Octavam Ascensionis, e 24 Maji, per decr. 28 Apr. 1890. Mutata est sedes festi ad hanc Dominicam propter festum B. Joannae d'Arc (12 Apr. 1911). Sacellum saeculo XIII fundatum est pro leprosis; a. 1584 magnifice reaedificatum.—Archiv.—N. D. de France I 329.

F. **B. Mariae V. de Spina,** dp. 2 cl. in dioec. Catalaunensi (Châlons-sur-Marne).—Inventa est imago 24 Martii 1419 in rubo florescente. Festum concessit Leo Papa XIII.—Propr. Catal.—Drochon 1218. N. D. de France V 402.—Guérin III 619.

F. **Purissimi Cordis B. Mariae V.** dp. 2 cl. in dioec. Andegavensi; Cal. 1857.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Agris (des Champs),** dp. 1 cl. in Cathedrali Sagiensi (Séez) dp. maj. in dioecesi, e conc. S.R.C. 11 Aug. 1908.—Archiv.—Confraternitas "N. D. des Champs" approbata est 24 Jan. 1880 (sedes in Cathedr. Sagiensi), ut per eam agricolae discerent sanctificare diem Dominicam. Nova imago solemniter benedicta est Dom. V post Pascha 1888.—Drochon 149.

F. **B. Mariae V. de Virtutibus,** dp. maj. a tempore immemoriali agitur in oppido Ligny, dioec. Verdunensis in Gallia. Imaginem a. 1265 Clemens IV Papa dono dedit Carolo Andegavensi; deinde allata est ex insula Caprearum in castellum Saradonense et a. 1459 in ecclesiam collegiatam civitatis Ligny.—N. D. de France VI 101.—Drochon 1194.

F. **B. Mariae V. Auxiliatricis,** dp. 1 cl. oct., Titulare ecclesiae propriae in archidiaconia Macloviensi archid. Rhedonensis in Gallia (Rennes).—Ordo Rhedon. 1895, p. 115.

F. **B. Mariae V. Misericordiae Matris,** dp. maj. in dioec. Suessionensi (Soissons) et Carnutensi (Chartres). Item in dioec. Theatina (Chieti) in Italia et apud PP. Missionarios de la Salette.—Calend.

F. **B. Mariae V. tit. Refugium Peccatorum,** dp. maj. in dioec. Adjacensi (Corsica).—Off. pr. 1886.

F. **B. Mariae V. tit. Gratiarum Matris,** dp. maj., conc. 1 Sept. 1899 pro dioec. Cameracensi (Cambria) in Gallia. — Archiv. — Imago byzantina S. Mariae Gratiarum a. 1452 e Roma allata est a Farsy de Bruille archidiacono et deposita in Cathedrali. Anno 1649 post supplicationem in honorem hujus iconis habitam civitas liberata est ab obsidione. Anno 1802 post perturbationes Galliarum cultui reddita est. — N. D. de France II 383.—Drochon 81.—Gump. 59.

F. **B. Mariae V. de Luce,** dp. maj. ass. e feria IV ante Pent. dioec. Chilapae (Ordo 1910) et Tehuantepec (1911) in Mexico et pro Missionariis S. Joseph.—Cal. 1911. Bibl. priv. Domus Pustet.

F. **B. Mariae V. Desertorum (de los Desamparados),** dp. maj. ass. e Dom. II Maji in Calendario novo archidioeceseos Mexicanae, approb. a. 1910.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. de Aparecida,** dp. maj. in Cal. S. Pauli in Brasilia 1895.—Statua, hujus festi objectum, a. 1719 inventa est a piscatoribus in flumine Parahyba. In domum unius ex illis translata, miraculis inclaruit; mediante saeculo XIX ecclesia magnifica in ejus honorem exstructa est, quae a. 1895 Redemptoris tradebatur, ubi in Cal. 1900 festum est dp. 1 cl. cum oct. Ex anno 1903 agitur festum in universa Brasilia; in ipso sanctuario Dom. I Maji—Ordo S. SS. Red. prov. Romae 1900.

Dedicatio S. M. ad Martyres, dp. maj. assign. e 13 Maji, sub officio proprio B. Mariae V. agitur in dioec. Bracarensi (Braga) in Lusitania. — Cal. approb. 12 Sept. 1906. — Basilica S. M. ad Martyres extat Lisbonae.

F. **B. Mariae V. de Monte Sancto,** dp. 2 cl. in Cal. Mercedariorum Reipublicae Aequatorianae, approb. a. 1909.—Archiv.

Feria II Rogationum.

Rogationes minores a S. Lazaro episcopo Mediolanensi (ob. 449) institutas esse contendit Henschenius (Acta SS. tom. II Febr. 522); Mediolani servantur Rogationes in feriis II, III et IV post Dom. infra Oct. Ascensionis. In Gallia ineunte saeculo VI eas instituit S. Mamertus, episcopus Viennensis v. Nill. II 364; Concilium Arelatense a. 511 eas recepit et Leo III Papa pro ecclesia Romana approbavit, pro feriis II, III et IV ante festum Ascensionis. Nilles II 364.

F. **B. Mariae V. Immaculatae de Misericordia,** dp. 2 cl. apud Oblatos Missionarios B.M.V. Immaculatae, 1910; dp. maj. in Societate Mariae, Congreg. SS. Redemptoris, Societ. Divini Verbi etc.—Cal.

Apparitionis B. Mariae V., Patavii in ecclesia S. Justinae, saeculo XVII agebatur in memoriam apparitionis B. Mariae V. a solis monachis. —Colv. II 453.—Bal. 225.

F. **B. Mariae V. de Zecevo (delle Leporine) tit. Gratiarum,** in civitate Nona archid. Jadrensis (Zara) in Dalmatia.—Epist. Rev. Aug. Padelin, 1 Oct. 1907 e Zecevo, v. 5 Maji.

Feria III Rogationum.

F. **B. Mariae V. a S. Luca de Monte Guardiae** hac feria celebrabatur Bononiae inter annos 1914 et 1916. Per decretum 9 Februarii 1916 vero suae Dominicae V post Pascha restitutum est.—Archiv.

Feria IV Rogationum (Vigilia Ascensionis).

Hac feria apud Graecos cantus sunt partim paschatis, partim caeci nati (e Dom. V post Pascha), partim profestivi Ascensionis. Hac die Graeci concludunt solemniter festivitatem sanctae et vivificantis Resurrectionis Christi.—Max. I 119.—Nill. II 363.

F. **B. Mariae V. de Cruce,** Titul. eccl. Conventus S. M. de Cruce in civitate " Francavilla Fontana " dioec. Uritanae (Oria) in Apulia, dp. 1 cl. oct.—Ordo O. F. Min. Prov. Lyciensis 1901.

Feria V post Dom. V post Pascha.

SOLEMNITAS ASCENSIONIS DOMINI, dp. 1 cl. cum octava privilegiata III ordinis in Ecclesia Latina et in universa Ecclesia.—Primo memoratur hoc festum ab Eusebio Caesareensi a. 325 (de solemn. paschali, c. V), qui illud solemnissimum vocat (paneortos hemera) ; deinde in Constitutionibus Apostolicis (V 19; VIII 13). Ortum esse videtur exeunte saeculo III. Deest in "Testamento D. N. J. Ch." (ed. Ign. Ephraem II Rahmani, 1899) anni fere 200; unde patet, Ascensionis festum non esse institutionis apostolicae. S. Ephraem Diaconus vero saepius de hoc festo loquitur (Rahmani p. 203).—Agebatur Hierosolymis cum apparatu festivo et solemni processione (Peregr. Silviae c. 42). Octava instituta est sensim saeculo XV; in dioec. Pientina (Ordo 1907) octava est privilegiata ad instar Epiphaniae. Pro universa Ecclesia Latina huic Octavae privilegia Octavae Nativitatis Domini concessa sunt in reformatione Breviarii a. 1913.—Apud Graecos etc. canones Ascensionis canuntur per dies novem et solutio festi fit feria VI ante Pentecosten.—Kellner 81—Nilles II 366 —Buchberger I 1976—W. W. V VI 1.

Feria VI post Ascensionem Domini.

F. **Sanguinis Dni** (Blutfreitag) in ecclesia abbatiali monasterii Weingarten in Suabia, in honorem reliquiae Sanguinis Dni, quae a. 1048 Henrico III Imperatori dono data est Mantuae et a. 1090 translata est in abbatiam Weingarten. Festum istud solemne agebatur sine officio et sine Missa de Sanguine Christi (v. 12 Martii). Anno 1923 vero monachis Benedictinis (reducibus) concessum est festum ritu dp. maj. cum Missa (e 12 Martii) et officio propriis; die 12 Martii fit commemoratio simplex (saec. XVIII festum reliquiae sanguinis ritu dp. 1 classis.). — Epist. P.

Schmitt, 23 Apr. 1923.—W. W. XII 1272.—cf. 12 Martii.—Schürer, Das Hl. Blut in Weingarten, 1880.

F. **B. Mariae V. tit. Reginae Apostolorum,** Patronae Princ. Piae Societatis Missionum, dp. 1 cl. oct. cum officio proprio.—Cal. 18 Martii 1914.

Sabbato post Ascensionem Dni.

F. **Quinque Gaudiorum B. Mariae V.,** dp. magnum in Cal. S. Petri Aeriensis 1514.—Weale I 288.—Item in Breviario Ambianensi (Amiens) 1554. Bibl. Boll.—Item in Cal. Audomaropolitano (Saint-Omer) a. 1518, dp.—Weale I 288 et in Breviario Audom. 1610.—Item Duaci in ecclesia S. Petri; Colv. I 322.—v. hymnos e Brev. Noviomensi (Noyon) 1515: Anal. Hymn. XII 69.—In Codice Graecensi Anal. hymn. XXV 170, officium plenum de B. Maria V. **in admonitione Gaudii quod habuit in Ascensione Filii.**

F. **Septem Gaudiorum et Recollectionis Omnium Festorum et Miraculorum B. Mariae V.** agitur seu agebatur in sanctuario N. Dnae Osterwicensis in Belgio, teste Wichmans in Brabantia Mariana (1632), p. 425.

F. **B. Mariae V. de Coenaculo,** dp. maj. conc. 6 Dec. 1902 pro dioec. Alexandriae in Pedemonte; cf. Dom. sequ. — Archiv. — Titulare Congregationis Sororum B. Mariae V. a Recessu in Coenaculo, dp. 1 cl. oct. (e Dom. assign.).—Cal. approb. 11 Martii 1914.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Reginae Apostolorum,** dp. maj. pro Soc. Missionum Lugdunensi (Lyon), translatum e 31 Maji ad hunc Sabbatum 13 Dec. 1920.—dp. maj. in Cal. Societatis Divini Salvatoris, 18 Mart. 1914. —v. Dom. sequ.

F. **B. Mariae V. a Lacu,** Patr. Princ. Dioec. Brictinoriensis (Bertinoro); in Cal. Brict. approbato. 23 Nov. 1914. Archiv.—v. Dom. sequ.

Dominica infra Octavam Ascensionis Dni.

Altera Palmarum, seu **Floricultus Secundus** (Yerkrord Dzahgazard), ingressus Dni in Coelum juxta visionem S. Gregorii Illuminatoris, festum universae Ecclesiae Armenorum. — Hac Dominica legitur evangelium de Adventu Dni in Jerusalem et repetitur memoria illius solemnitatis, quae proprie celebratur Dominica Palmarum et quae prototypus erat ingressus Dni in coelum.—Nill. II 579.—Commemoratur hac Dominica visio quam de Christi Ascensione habuit S. Gregorius Illuminator in carcere putei arcis Artassatae.—Tondini 27.—Nill. II 562.

F. **S. Spineae Coronae Dni,** dp. maj. in ecclesia collegiata regali Corporis Christi, Valentiae in Hispania, ex indulto 10 Jan. 1898.—Idem festum Vicetiae (Vicenza) in Venetiis h. Dom. in ecclesia S. Coronae; exponitur reliquia Spinae e Corona Dni (processio solemnis instituta a.

1260); omnes missae de Spinea Corona, ex indulto 6 Julii 1854.—Ordo Vicet. 1900.—Archiv.

SS. Redemptoris festum dp. maj. in civitate Neritonensi (Nardò); in dioec. vero 23 Oct.—Calend. 1905.

F. **Sanguinis Dni** in civitate Billom in Arvernia (Auvergne). Haec S. Reliquia saeculo XI a duobus canonicis Petro Barbasta et Durando Albanelli e Syria allata, disparuit tempore perturbationis Galliarum (1793).—Guérin, V p. 146.

F. **B. Mariae V. de Coenaculo,** Patr. Princ. et Titularis Societatis Nostrae, dp. 1 cl. Ordo Sanctimonialium Recessus B.M.V. in Coenaculo, 1910. Item dp. 1 cl. in dioec. Savannae et Carlopolitana (Charleston) in America Sept.—Ordo 1910.—Item dp. maj. in dioec. Aginnensi (Agen) e conc. 7 Jan. 1910; in dioec. Vivariensi ex a. 1893.—Agitur in honorem conversationis coelestis et spiritualis inter Matrem Dei et Christi apostolos in coenaculo Hierosolymitano post Christi Ascensionem et ante Spiritus Sancti Adventum.—Our Lady of the Cenacle, Charleston 1910.—Carolopoli ecclesia Societatis (a. 1826 fundatae et a. 1884 approbatae) dicata est S. Mariae de Coenaculo; item Romae, Neo Eboraci, Bruxellis.—Felix, N. D. du Cénacle, New York, 1896.

F. **B. Mariae V. Reginae Apostolorum,** dp. 2 cl. in Domibus Piae Societatis Missionum Ven. Vincentii Pallotti, Tit. Oratorii; Cal. 1910; dp. 1 cl. oct. in Societate Divini Salvatoris ex indulto 8 Julii 1908 (antea dp. 2 cl) in Pia Societate Missionum (2 cl.); in Societate Divini Verbi, in Societate Missionum ad Afros, Lugdun, dp. maj.; in Congreg. SS. Redemptoris, ex anno 1899; in dioec. Astensi (nunc dp. 2 cl.); item in prov. ecclesiasticis Novae Aureliae, S. Ludovici et Milwaukiensi et in plurimis aliis dioecesibus et familiis religiosis, usque ad reformationem calendariorum a. 1914.—Institutum est festum a. fere 1890 petentibus PP. Pallottinis.—Archiv.—Objectum est idem fere ac objectum festi B.M.V. in Coenaculo.

F. **B. Mariae V. de Charitate,** dp. maj., in ecclesia matrice Melitae insulae (Malta) e Dom. II Maji translatum ad Dom. infra Oct. Ascens. 23 Jan. 1816. Archiv.—v. Dom. IV p. Pent.

F. **B. Mariae V. de Europa,** dp. 2 cl. pro Vicariatu Apostolico Gibraltar cum lect. propr., e conc. 30 Aug. 1876. Sanctuarium B. Mariae V. de Europa celebre est in promontorio Gibraltar (Europa Point).—Archiv.—v. 30 Maji.

F. **B. Mariae V. della Salve,** ritu dp. 2 cl. concessum est 9 Dec. 1891 pro dioec. Alexandrina in Pedemonte. — Archiv. — Nunc agitur Sabbato ante Dom. II post Pascha.

Commemoratio Immaculatae Virginis Mariae pro dioec. Bituntina 30 Julii 1825 et 26 Jan. 1826 concessa est ritu dp. maj. — imago

miraculosae immac. Virginis recolitur in Cathedrali; ad dp. 2 cl. elevatum est 25 Febr. 1833.—Archiv.—Ordo Bitunt. 1901.

Patrocinium B. Mariae V. dp. maj. in dioec. Fori Livii (Forlì) ob votum emissum.—Cal. Fori Livii 1843. Bibl. Boll.

F. **B. Mariae V. vulgo S. Martini,** dp. 2 cl. in dioec. Montis Politiani (Montepulciano).—Imago in aede S. Martini a sacrilego lusore in faciem percussa a. 1588 colorem mutavit; Die 5 Jan. 1617 translata est in Cathedralem et a. 1707 incoronata.—Propr. Mont. Pol.—In Cal. 3 Dec. 1913 approbato sublatum est officium et in sola Cathedrali duae missae.—Archiv.

F. **Puritatis B. Mariae V.** dp. maj. Sermonetae in dioec. Terracinae.—Ordo Terracinae 1899.

F. **Maternitatis B. Mariae V.** dp. maj. in dioec. Aversae.—Propr. Aversanum 1847.

F. **B. Mariae V. de Perpetuo Succursu,** dp. maj. in dioec. Faliscodunensi (Montefiascone).—Ordo 1895.

F. **B. Mariae V. de Capite Columnarum,** Patr. Princ. civitatis et dioeceseos Crotonensis (Cotrone) in Calabria, dp. 1 cl. Ordo 1888.—Imago "a S. Luca picta" et "a S. Dionysio Areopagita" Crotonem allata esse traditur. Colebatur in sanctuario Capitis Columnarum (Capo delle Colonne), sed saeculo XV in Cathedralem delata. — Sign. Nap. II 319.—Anno 1911 festum ex hac Dominica ad Dom. II post Pascha translatum est.—Archiv.—Cum apostolatu Parisiensi S. Dionysii Areop. cadit etiam apostolatus Calabriensis ejusdem S. Patris.

F. **Purissimi Cordis B.M.V.** dp. maj. in dioec. Grosseti in Etruria.—Ordo 1889.

Solemnitas B. Mariae V. a Lacu, Civit. et Dioec. Brictinoriensis (Bertinoro) Patr. Princ., dp. 1 cl. oct. in tota dioecesi. Imago graeca manu picta colitur in monasterio Camaldulensium.—Cal. Brict. 1912.—v. Dom. praec.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** tit. **de Picturis** Messanae in Oratorio proprio, cujus propylaeum magnorum virorum imaginibus decoratum est, unde cognomen. Canitur h. die Missa vot. de Beata.—Gump. 998.

F. **B. Mariae V. de Deserto** fit Millesimi, dioec. Monregalensis (Mondovi).—Omnes Missae de Beata ex indulto 22 Nov. 1893.—Archiv.—Imago Matris cum Puero in exteriore muro tugurii in deserto vallis alpinae, miraculis infulsit a. 1726, unde ibi exstructum est templum Nomini Mariae.—Ricc. II 123—Colomb. 174.

F. **B. Mariae V. de Plebe (Transl. iconis)** per Missam vot. sol. B.M.V. fit in terra "Ischia di Castro", dioec. Aquipendiae (Acquapendente), e conc. 11 Jan. 1839.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Luce, Sponsae Spiritus Sancti,** dp. 1 cl. oct., patronale ecclesiae "Our Lady of Light", Clacton-on-Sea, Essex, archid. Westmonasteriensis in Anglia. Idem festum dp. 1 cl. oct. in civitate Sclerder, dioec. Plymouthensis **(Dominae Lucis et Sponsae S. Spiritus),** e conc. 14 Apr. 1893.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. 1 cl. oct. in collegio Societatis Jesu Antwerpiae.—Ordo S. J. Prov. Belgiae 1908.—Bibl. Boll.—Germ. Romae.

F. **B. Mariae V. Causae Nostrae Laetitiae, tit. Matris Gratiarum,** dp. 2 cl. Laetitiae (Liesse) in dioec. Suessionensi (Soissons), conc. a. 1857. Cal. S. J. Galliae, 1883. Die 7 Nov. 1909 denuo concessum et extensum ad totam dioecesim Suessionensem et affixum Dom. infra Oct. Assumptionis B.M.V., 24 Aug. 1910.—Gump. 54.—N. D. de France V 453.—Drochon 69.—Off. propr.—F. M.

F. **B. Mariae V. de Gratia,** dp. maj. Massiliae e conc. 15 Julii 1875, ad recolendos gratiarum thesauros, quos ipsa Gratiarum Mater per congregationes B. Mariae V. elargitur Christifidelibus.—Off. propr.

Circuitus Imaginis B. Mariae V. (Ommegang) in ecclesia S. Mariae de Victoriis **(du Sablon)** Bruxellis, fundata a. 1304.—Celebratur circuitus probabiliter propter pugnam apud Woerunck, cf. 5 Junii. Defertur h. Dom. imago N. Dnae de Sabulo. Antiquitus tales circuitus cum officio liturgico B. Mariae celebrari solebant. — Wichmans, Brab. 100.—Speelman, Belg. Mar. 66.

F. **Recollectionis (festorum) B. Mariae V.,** triplex, in Cal. Bruxellensi 1516 et dp. magnum in Cal. Ariensi, 1514. Weale, I 280 et 334.

Memoria **Translationis imaginis B. Mariae V.** agebatur olim hac Dominica in ecclesia monasterii Benedictini in pago Schienen, veteris dioec. Constantiensis ad lacum Radulfi; institutum est festum saeculo XVI in memoriam relationis imaginis ad proprium sanctuarium a. 1560. Festum adhuc agi videtur, quamvis a. 1757 dissolutus sit prioratus Benedictinorum.—A. Mueller, Deutschlands Gnadenorte, I 338.

F. **Compassionis B. Mariae V.** in breviario secundum consuetudinem ecclesiae Hallensis (Halle) a. 1534.—Grotefend II 65.

B. Mariae V. Reginae Bavariae externa solemnitas per omnes Missas de festo Reginae Bavariae (14 Maji) fit h. D. ex indulto 22 Nov. 1916.—v. 14 Maji.

F. **B. Mariae V. de Luce (Matris Lucis),** dp. maj. in dioec. Tulancingo in republica Mexicana.—Cal. 1913.

F. **B. Mariae V. tit. de los Desamparados (Desertorum),** dp. maj. in dioec. Chilapa in Mexico, 1910.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Bono Consilio,** dp. 2 cl. in dioec. Huajuapanensi, ditionis Mexicanae.—Cal. 1904.—Archiv.

F. **Miraculorum B. Mariae V. de Passione (Strastnaja)** Mosquae in monasterio monalium Strastnoi, ubi servatur imago (ectypon iconis B. Mariae V. de Perpetuo Succursu Romanae).—Mz. II 712.—Sn. 753. v. 13 Aug.

F. **B. Mariae V. de Auxilio** translatum est ex Dom. infra oct. S. Annae ad hanc Dom. 12 Apr. 1825, pro ecclesia S. Hieronymi, Lucae in Etruria.—Arch.

F. **B. Mariae V. de Planctu,** die 17 Maji 1825 concessum pro ecclesia S. Mariae del Pianto, Neapoli. Omnes Missae de Matre Dolorosa.—Archiv.

Feria II ante Pentecosten.

Rogationes solemniter aguntur cum jejunio feriis II, III et IV infra Octavam Ascensionis in ecclesia Mediolanensi. v. Brev. Ambrosianum.

F. **B. Mariae V. de Pace,** dp. maj. in dioec. Aversae in regno Neapolitano.—Cal. approb. 14 Febr. 1914.—Archiv.

Feria III ante Pentecosten.

F. **B. Mariae V. de Virtutibus** fit in sanctuario homonymo in oppido La Flêche, dioec. Cenomanensis (LeMans), quod fundatum est a Jesuitis tempore Henrici IV.—N. D. de France IV 385.

Feria IV ante Pentecosten.

F. **Matris SS. Mariae de Luce,** Patr. Princ. Civit. et Dioec. Leoniae (Leon) in Republica Mexicana, dp. maj. in plurimis Mexici dioecesibus ante reformationem Calendariorum.—Imago delata est e Sicilia in Americam et Leoniae cultui tradita a. 1732 in ecclesia Soc. Jesu. Festum concessum est 18 Feb. 1843. Anno 1872 Mater Lucis electa est in Patronam. Hymni proprii approbati 14 Julii 1920. — Archiv. — J. Sierra, La Madre SS. de la Luz, Leon, 1887.—F. M.

Feria V ante Pentecosten.

F. **Judicis Vivorum et Mortuorum,** dp. maj. cum officio proprio in Brev. Corisopitano (Quimper) 1835 et in aliis breviariis Gallicanis.—v. Bibl. Univ. Insulensis et Boll.

Feria VI ante Pentecosten.

F. **S. Spineae Coronae,** dp. maj., concessum 23 Julii 1915 pro dioec. Derthonensi (Tortona).—Archiv.

F. **B. Mariae V. in Coenaculo,** conc. pro dioec. Aginnensi (Agen) a. 1911.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Divini Pastoris Matris,** dp. maj. in dioec. Cerretana (Telese) in Italia.—Ordo 1908.

Compassionis B. Mariae V. f. in episcopatu Lubecensi (Lübeck) actum esse h. feria exeunte medio aevo v. Thesaurum Hymnol. Daniel, I 302. Deest festum in Cal. Lubecensi apud Grotefend II 102, ubi in libro horarum 1513 signatur ad 19 Julii.

SOLEMNITAS PENTECOSTES.

Apud Judaeos festum gratiarum actionis post messem peractam (Exod. 23, 1 16), vocabatur festum hebdomadarum seu primitiarum (Exod. 34, 22; Deuter. 16, 10; Levit. 23, 17; Num. 28, 26). Apud Judaeos sequiores et apud Christianos est festum memoriae traditionis Legis in Monte Sinai, die quinquagesima post Pascha.—Festum Christianum in honorem Descensionis Spiritus Sancti super apostolos, post Assumptionem Festi Resurrectionis Domini, vertente saeculo primo agi coepit in liturgia, tanquam terminus Quinquagesimae Paschalis. cf. Tertull. De Idolol. c. 14. —Origines, adv. Celsum VIII 22.—Eusebius de Vita Constantini IV 64. —In Oriente octavam commemorant Constitutiones Apostolicae V 20. 7;—in Occidente vero tempore Bernonis de Augia Divite (m. 1048) disceptatum est, octava Pentecostes celebranda sit necne. Octava privilegiata est ad instar Paschatis; in die octava Latini celebrant festum SS. Trinitatis, Graeci festum Omnium Sanctorum.—W. W. IX 1974.—Kellner 83.—Nill. II 393. — Cath. Enc.—In Vesperis apud Graecos fit officium reconciliationis (geniculationis) ad luctum spectans et contritionem. Sanctum de coelis Spiritum cum lacrimis advocant fideles, pectora pugnis, coelum suspiriis et prolixissimis orationibus tundunt ac genuum inflectionibus, quibus tempore paschali jam desueti erant. — Nill. II 406. — Blumen-Triodium, 898 ss.

In ritu Romano fieri non potest ut in una e solemnitatibus magnis Ecclesiae memoria fiat alterius festi; apud orientales vero ratio officii liberior est et praeter canones officii principalis etiam alii canones concini possunt, saltem in Completorio. Ita Russi in festo Pentecostes faciunt memorias sequentes:

Iconis **S. Mariae Pscovo-Petsherensis de Humilitate (Umylenie),** Pscoviae in memoriam servatae civitatis ab oppugnatione per Stephanum Bathory a. 1601.—Sn. 754.

Ibidem annuntiatur memoria **B. Mariae V. tit. Tupytshewskaja;** imago colitur in monasterio homonymo terrae Psteslaviae in gubernio Mohilew. p. 756.—Ibidem f. **B. Mariae V. de Cypro** v. 9 Julii et 20 Apr.

Feria II Pentecostes.

F. **B. Mariae V. tit. Divini Amoris** feria II Pent. per unam Missam vot. sol. B. Mariae V. tempore Paschali cum populi concursu celebrari Romae in capella S. Mariae V. de Divino Amore et S. Blasii, quae

existit in parochia S. Laurentii in Lucina, me edocuit Rev. Franc. Can. Beretti S. Laurentii in Lucina. v. 26 Julii. Ejusdem tituli alia capella devotissima et nostro aevo celeberrima extat in via Ardeatina (12 chilom. ab Urbe) inter ruinas arcis destructae juxta terram "Castel di Leva". Imago in muro delineata miraculis inclaruit a. 1740; unde in ejus honorem parva ecclesia exstructa est et dedicata 31 Maji 1750.—Armellini p. 335 et 914.

F. **B. Mariae V. Matris Dolorosae,** per Missam vot. sol. Dolorum B.M.V. hac die fit in sanctuario Rhaudensi (Rhò).—Sic in margine Calendarii Ambrosiani 1888.—v. 24 Apr.

F. **SS. Semper Virginis Mariae de Misericordia** hac die fit apud Italo-Graecos Calabriae secundum epistolam Revmi Jos. Bugliari Episc.; de qua re me edocuit cl. Nilles, auctor Calendarii utriusque Ecclesiae.

Feria III Pentecostes.

F. **SS. Deiparae Hodegetriae (Odigitriae),** i. e. Viarum Ductricis hac feria ab Italo-Graecis Siciliae plurimis in ecclesiis celebrari videtur; nihil vero de hoc festo fit in Menaeis Graecis nec manuscriptis, nec impressis. Imago S. Mariae Hodegetriae "a S. Luca delineata" ab Eudoxia Imperatrice ex Hierosolymis (Antiochia?) missa S. Pulcheriae Imperatrici; colebatur in ecclesia Hodegi ab ipsa S. Pulcheria exstructa. Ab isto templo Imperatores Graeci post solemnem commeatum in bella proficiscebantur. Anno 1207 a Venetianis collocata est CPoli in ecclesia Omnipotentis; praecedente hac icone a. 1261 Michael Palaeologus in suam civitatem reversus est. Anno 1453 cum Turci Constantinopolim expugnassent, Mohammetis II satellites iconem per Urbis plateas ignominiose traxerunt et gladio in quatuor partes diffiderunt. — Nill. I 199. — Graeci animam SS. Dei Matris in ista icone habitare credebant. Omni feria III officium in honorem Virginis SS. coram ea canebant. Cives Barenses (Bari) in Apulia eam a. 733 Barium esse allatam opinantur (tempore iconoclastarum) et recoli in Cathedrali (I fer. III Martii). — Item nonnulli credunt, superiorem imaginis partem a. 1261 a Balduino Imperatore fugiente in Monte Virginis (in regno Neapolitano) esse collocatam.—Nill. II 548 et 163.—F. M. 343.

Ab Italo-Graecis mos celebrandi hac feria festum Mariae Cpolitanae seu Odigitriae (de Itria) etiam ad Latinos transiit, ut patet e sequentibus.

F. **B. Mariae V. de Constantinopoli** hac feria per Missam vot. sol. B.M.V. agebatur olim Neapoli in ecclesia propria, ex voto emisso tempore contagionis; prohibita est talis missa a S. Rituum C. 12 Jan. 1669.—Inventa est imago in muro depicta a. 1429; votum emiserunt cives a. fere 1612.—Sign. Nap. II 91.

Manifestatio Iconis B. Mariae V. de Itria, Romae in ecclesia Siculorum.—Missa sol. vot. B.M.V. concessa 30 Maji 1829.—Archiv.—v. Dom. I Maji.

F. **S. Mariae de Itria** per Missam vot. sol. B.M.V. fit Calatayerone (Caltagirone) in eccl. propria, ex indulto 12 Julii 1833.—Archiv.

F. **Imaginis B. Mariae V. de Consolatione** fit h. die in terra Paternopoli, dioec. Avellinae, e conc. 21 Maji 1817.—Archiv.

Feria IV Pentecostes.

"Feria IV Dei Genitricem baptizarunt et Jacobus primum litatus est." Ita Martyrologium Syriacum Rabban Sliba (saec. XIII) p. 185.—Eandem memoriam ex antiquis codicibus Syriacis v. apud Nilles II 415.—SS. Dei Matrem ab apostolis baptizatam esse, docent Albertus Magnus, Joannes Duns Scotus, Franc. Suarez et alii.—v. Fasti Mariani p. 344. —Colv. 30 Apr.

Dominica I post Pentecosten.

F. **SS. TRINITATIS,** dp. 1 cl. agitur h. D. in universa Ecclesia Latina.—Aevo Caroli Magni Alcuinus composuit Missam de SS. Trinitate, die Dominica ad libitum dicendam.—Patr. Lat. 440, 445.—Liturgia Rom. vetus, Muratori II 285 et 321.—Etiam Sacramentarium Gregorianum Romano-Gallicanum praebet Missam SS. Trinitatis. Officium de SS. Trinitate pro sua dioecesi composuit Stephanus Leodiensis episcopus (903-920), unde saeculo X nonnulli Dominica vacante in Octava Pentecostes festum SS. Trinitatis celebrare coeperunt, quod festum rejecit Alexander II Papa (m. 1073) et a. 1152 oppugnavit Potho Prumensis abbas.—Magna Bibl. Veterum IX 588.—Saeculo XII et XIII vero transiit haec festivitas in totam fere Germaniam inferiorem, Angliam et Galliam, unde approbata est a Concilio Arelatensi a. 1260. Anno 1270 recepta est a Cisterciensibus; in nonnullis dioecesibus tanquam corona anni ecclesiastici agebatur Dom. ultima post Pentecosten, quam vide. — Novum officium composuit Joannes Peckham O.F.M., Archiepiscopus Cantuariae (m. 1292), quod una cum ipso festo pro Orbe Latino approbavit et ordinavit Joannes XXII Papa a. 1334. Per decr. 14 Julii 1911 ritus festi a dp. 2 cl. elevatus est ad ritum dp. 1 cl.—Graeci hac Dominica celebrant f. Omnium Sanctorum (Nill. II 424).—Apud Armenos h. D. fit festum de Ascensu Eliae Proph, apud aliquos recentiores catholicos de SS. Trinitate.—Nill. II 362. —W. W. III 2019.—Kellner 87.—Buchberger I 1181.—Cath. Enc.

JUNIUS.

I

FESTUM **B. Mariae V. Gratiarum Matris, Causae Nostrae Laetitiae,** dp. maj. in omnibus dioecesibus Canadae in America Septentrionali, ex indulto 17 Julii 1892.—Objectum est ectypon imaginis Laetitiensis (N. D. de Liesse) quod colitur Marianopoli (Montreal) in ecclesia SS. Nominis Jesu.—Off. pr.—Sub hoc titulo dedicata est ibi ecclesia Praedicatorum, dp. 1 cl. oct.—Ordo O. P. Prov. S. Dominici, 1910.

Varia festa sub eodem titulo **Gratiarum** hac die aguntur, alio vero objecto.

Apparitio et Coronatio S. M. Gratiarum in Monte Sancto, dioec. Goritiensis (Goerz) assign. e Dom. III post Pent.—Cal. Goritiense 1915. Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. Ceccani in dioec. Ferentina, in ecclesia saltem CC. RR. Excalc. SS. Crucis et Passionis Dni.—Ordo Pass. 1911.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** Titul. Ecclesiae parochialis pagi Caloneghe (Rocca Pittore) dioec. Bellunensis, ubi imago colitur prodigiis clara; in dioec. dp. maj.—Ordo Bellun. 1908.

F. **B. Mariae V. de Gratia,** dp. maj. in Ordine Eremitarum S. Augustini.—Cal. approbatum 10 Maji 1914 pro Augustinianis Assumptionis.—Archiv.—Ordo O. S. Aug. 1888.—Cal. O.S.A. 18 Jan. 1915.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in tota Sardinia.—Cal. Sardiniae 1909. Arch.

F. **B. Mariae Gratiarum,** dp. maj., festum devotionis in Cal. Filiarum Cordis Jesu, 1906 et 1910.—Archiv.

F. **B. Mariae Matris Gratiarum,** dp. 2 cl. in dioec. Falciscoduni (Montefiascone).—Cal. approb. 16 Febr. 1914.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. pro dioec. Segusiae (Susa) concessum 12 Apr. 1825. Item in Cal. 1914 approbato; item in Cal. Salutiarum (Saluzzo) 1912.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** Titul. ecclesiae monalium O.F.M. Farnesii, dioec. Aquipendiae.—Cal. O.F.M. Prov. Romanae de Ara Coeli, 1921.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj., indultum Partanae, dioec. Mazzariensis in Sicilia, 11 Junii 1828.—Colitur ibi imago miraculis clara. —Archiv.

F. **S. Mariae de Itria** per Missam vot. sol. B.M.V. fit Calatayerone (Caltagirone) in eccl. propria, ex indulto 12 Julii 1833.—Archiv.

F. **Imaginis B. Mariae V. de Consolatione** fit h. die in terra Paternopoli, dioec. Avellinae, e conc. 21 Maji 1817.—Archiv.

Feria IV Pentecostes.

"Feria IV Dei Genitricem baptizarunt et Jacobus primum litatus est." Ita Martyrologium Syriacum Rabban Sliba (saec. XIII) p. 185.—Eandem memoriam ex antiquis codicibus Syriacis v. apud Nilles II 415.—SS. Dei Matrem ab apostolis baptizatam esse, docent Albertus Magnus, Joannes Duns Scotus, Franc. Suarez et alii.—v. Fasti Mariani p. 344. —Colv. 30 Apr.

Dominica I post Pentecosten.

F. **SS. TRINITATIS,** dp. 1 cl. agitur h. D. in universa Ecclesia Latina.—Aevo Caroli Magni Alcuinus composuit Missam de SS. Trinitate, die Dominica ad libitum dicendam.—Patr. Lat. 440, 445.—Liturgia Rom. vetus, Muratori II 285 et 321.—Etiam Sacramentarium Gregorianum Romano-Gallicanum praebet Missam SS. Trinitatis. Officium de SS. Trinitate pro sua dioecesi composuit Stephanus Leodiensis episcopus (903-920), unde saeculo X nonnulli Dominica vacante in Octava Pentecostes festum SS. Trinitatis celebrare coeperunt, quod festum rejecit Alexander II Papa (m. 1073) et a. 1152 oppugnavit Potho Prumensis abbas.—Magna Bibl. Veterum IX 588.—Saeculo XII et XIII vero transiit haec festivitas in totam fere Germaniam inferiorem, Angliam et Galliam, unde approbata est a Concilio Arelatensi a. 1260. Anno 1270 recepta est a Cisterciensibus; in nonnullis dioecesibus tanquam corona anni ecclesiastici agebatur Dom. ultima post Pentecosten, quam vide. — Novum officium composuit Joannes Peckham O.F.M., Archiepiscopus Cantuariae (m. 1292), quod una cum ipso festo pro Orbe Latino approbavit et ordinavit Joannes XXII Papa a. 1334. Per decr. 14 Julii 1911 ritus festi a dp. 2 cl. elevatus est ad ritum dp. 1 cl.—Graeci hac Dominica celebrant f. Omnium Sanctorum (Nill. II 424).—Apud Armenos h. D. fit festum de Ascensu Eliae Proph, apud aliquos recentiores catholicos de SS. Trinitate.—Nill. II 362. —W. W. III 2019.—Kellner 87.—Buchberger I 1181.—Cath. Enc.

JUNIUS.

I

FESTUM **B. Mariae V. Gratiarum Matris, Causae Nostrae Laetitiae,** dp. maj. in omnibus dioecesibus Canadae in America Septentrionali, ex indulto 17 Julii 1892.—Objectum est ectypon imaginis Laetitiensis (N. D. de Liesse) quod colitur Marianopoli (Montreal) in ecclesia SS. Nominis Jesu.—Off. pr.—Sub hoc titulo dedicata est ibi ecclesia Praedicatorum, dp. 1 cl. oct.—Ordo O. P. Prov. S. Dominici, 1910.

Varia festa sub eodem titulo **Gratiarum** hac die aguntur, alio vero objecto.

Apparitio et Coronatio S. M. Gratiarum in Monte Sancto, dioec. Goritiensis (Goerz) assign. e Dom. III post Pent.—Cal. Goritiense 1915. Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. Ceccani in dioec. Ferentina, in ecclesia saltem CC. RR. Excalc. SS. Crucis et Passionis Dni.—Ordo Pass. 1911.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** Titul. Ecclesiae parochialis pagi Caloneghe (Rocca Pittore) dioec. Bellunensis, ubi imago colitur prodigiis clara; in dioec. dp. maj.—Ordo Bellun. 1908.

F. **B. Mariae V. de Gratia,** dp. maj. in Ordine Eremitarum S. Augustini.—Cal. approbatum 10 Maji 1914 pro Augustinianis Assumptionis.—Archiv.—Ordo O. S. Aug. 1888.—Cal. O.S.A. 18 Jan. 1915.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in tota Sardinia.—Cal. Sardiniae 1909. Arch.

F. **B. Mariae Gratiarum,** dp. maj., festum devotionis in Cal. Filiarum Cordis Jesu, 1906 et 1910.—Archiv.

F. **B. Mariae Matris Gratiarum,** dp. 2 cl. in dioec. Falciscoduni (Montefiascone).—Cal. approb. 16 Febr. 1914.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. pro dioec. Segusiae (Susa) concessum 12 Apr. 1825. Item in Cal. 1914 approbato; item in Cal. Salutiarum (Saluzzo) 1912.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** Titul. ecclesiae monalium O.F.M. Farnesii, dioec. Aquipendiae.—Cal. O.F.M. Prov. Romanae de Ara Coeli, 1921.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj., indultum Partanae, dioec. Mazzariensis in Sicilia, 11 Junii 1828.—Colitur ibi imago miraculis clara. —Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. insuper Taurini et aliis dioecesibus subalpinis, in dioec. Matherae in Apulia, Cariati in Calabria, Nemausi (Nîmes) in Gallia et in dioec. suburbicana Sabinae.—Cf. Calendaria.

F. **Purissimi Cordis B. Mariae V.,** dp. maj. concessum pro ecclesia S. M. in Platea, Anconae, 5 Martii 1815; pro Oratorio S. Philippi Nerii Auximi, 6 Dec. 1833; in dioec. Bergomensi, dp. 2 cl.; apud Presbyteros B.M.V. de Tinchebray (27 Apr. 1911 et Cal. 1915); in dioec. Placentina (Piacenza), Auximana (Osimo), Anconitana, etc.—Cf. Calendaria.

F. **B. Mariae de Luce,** dp. maj. in archid. Lyciensi (Lecce in Apulia) e decr. 9 Julii 1874. Off. pr. Lycien. In Cal. Lyciensi approbato 4 Martii 1914, dp. 2 cl.—Sub titulo Lucis extat parochia in civitate. —Arch.

F. **B. Mariae V. Matris Misericordiae,** Patr. min. princ. dioec. Asculanae (Satrian) in regno Neapolitano, dp. maj. in Cal. approb. 22 Martii 1915.—Arch.

F. **Miraculorum B. Mariae V. Burgidolensis,** dp. maj. in archidioecesi Bituricensi (Bourges), dp. maj. in Cal. Bituric. 1917; assignatum huic diei e 30 Maji propter festum S. Joannae de Arc V.—Arch.

F. **B. Mariae V. Refugii Peccatorum,** dp. 2 cl. in dioec. Plocensi in Polonia.—Off. pr. Polon. 1909.

F. **B. Mariae V. tit. Salutis Infirmorum** (Consol. Afflict.), dp. 2 cl. pro sanctuario terrae Kevelaer in Rhenaria, concessum 25 Maji 1819. —Archiv.—Officium et Missa Consolatricis Afflictorum indultum est clero Kevelaerensi et districtus Geldriensis.—Imago ectypon est iconis Luxemburgensis a militibus a. 1641 allatum; in sacello cultui exposita est icon ista 1 Junii 1692 et incoronata 1 Junii 1892.—Cf. Dom. IV post Pascha.—Rudnicki 13.—Schuetz III 200.—Beissel, Wallf. 364.

F. **B. Mariae V. de Casuas** fit in proprio sanctuario apud civitatem Ayerbe, dioec. Oscensis (Huesca) in Aragonia, per M. vot. sol. B.M.V. in gratiarum actionem pro pluvia obtenta 1 Junii 1640. Allata esse traditur imago e Casuas, dioec. Tolosanae in Gallia "angelorum ministerio". —Faci II 118.—F. M.

II

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Aquensi in Pedemonte, e conc. 10 Nov. 1911.—Imago colitur in ecclesia S. Mariae Magdalenae in civitate Aquensi et ibi agitur festum ritu dp. 2 cl. Dom. IV post Pascha.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Auxilio,** dp. maj. in ecclesia sanctimonialium oppidi Corleone e conc. 27 Sept. 1834.—Archiv.

F. **Apparitionis B. Mariae V. de Campo Longo** (Ponte di Nozza), saltem per Missam vot. sol. B. Mariae V., agitur in sanctuario proprio dioec. Bergomensis. — Imago sanguineas fudit lacrimas 2 Junii 1511.—Ricc. V 16.—Maggia-Zanella III 269.

F. **B. Mariae V. de Rupe (Mallo)** in pago Riglos, dioec. Oscensis (Huesca) in Aragonia. Colebatur olim in aedicula in rupis summitate, unde ibi exstructum est eremitorium.—Faci II 122.

III

Reportatio Sanguinis Dni, festum novem lectionum in libris liturgicis dioec. Hildesiensis (Hildesheim) in Germania exeuntis medii aevi.—Grotefend, II 76.

F. **Dnae N. de Sacris Literis,** Patr. Princ. Urbis et dioec. Messanensis et Archimandritalis, dp. 1 cl. cum oct.—Ordo Messan. 1888, 1900 et 1909.—Idem festum eodem ritu in dioec. Nicosiae. Ordo 1888.—In dioec. S. Luciae Mylarum: **S. Mariae a Sacris Literis,** dp. maj., Cal. 9 Maji 1916. In Proprio Messanensi a. 1627 hoc festum signatum est sub titulo: **"Commemoratio Epistolae B. Mariae V. ad Messanenses"** dp. 2 cl.—Archiv.—Pia traditio Messanensium narrat post S. Pauli (sive Petri) praedicationem cives Messanenses legatos Hierosolymam misisse, qui SS. Virgini Urbis suae patronatum offerrent; quem honorem Maria propriis literis, die 3 Junii 42 scriptis, benigne acceptavit.—Probabiliter effigies B. Mariae V. cum tabulato quodam, quod patria lingua "literio" vel "literino" dicitur, reperta, nomen assumpsit Virginis "de Litera" et inde exorta esse videtur traditio ista sane singularis.—Trombelli, de Scriptis Deiparae attributis. Bononiae 1763 (Summa Aurea II 334 ss.).—Autographum apocryphum quod per multa saecula in Cathedrali Messanensi servatum fuisse dicitur, incendio periise fertur inter funera Conradi IV Imperatoris, exeunte mense Majo 1254.—Constantinus Lascaris, falsificus Graecus, a. fere 1500 traditionem expolivit et epistolam lingua latina "restauravit". — Epistola non potest esse authentica. Eam rejiciendam esse indicat veterum scriptorum omnium silentium. Quis enim censeat de tam singulari erga Messanenses beneficio silere potuisse veteres omnes.—Rursus ad eam repiciendam nos consulit ipsamet scriptio: inauditum est enim apud omnes fideles veteres notare annos a Christi ortu.—Suspecta est etiam literas notandi ratio per Nonas scilicet et Calendas et simul per lunae diem et ferias.—Unde eam rejiciunt Baronius, Mabillon, Tillemont et alii quam plurimi. — v. Summa Aurea II 337. — Insuper S. Paulus in itinere Romano nequaquam versatus est Messanae, sed testibus Actibus Apostolorum (c. XXVIII) Syracusis Rhegium pervenit et die sequenti sine mora profectus est Puteolos.—Chiesi p. 459.—Schuetz II 793.—Gump. 43, 812.—Imago quae nunc Messanae colitur sub titulo S. Mariae de Literis, probabiliter saeculo XV vel XVI delineata, depicta est ab icone B.M. V. de Grafeo (ad instar Odigitriae), quae celebris est Messanae in ecclesia

Graeca "della Cattolica"; alia imago B.M.V. della Lettera recolitur in ecclesia S. Nicolai.—Cf. Sampieri variis in locis.—De cultu B. Mariae V. Messanae, v. Beissel, Wallf. 405 ss.—Sommervogel, Bibl. Mariana 192.—Sign. Nap. II 352. — Sign. III 247. — Colv. 3 Junii-Morabito, Annales Messanenses 1667. — Belli, Gloria Messanensium, Messanae 164. — Chiarello, Memorie, Messanae 1705.—Buchberger, II 948.—Granderath, Vat. Concil., II 584.—In officio proprio diei 3 Junii nihil dicitur de hac epistola; canitur vero in repositítione SS. Sacramenti post Quadraginta Horarum adorationem. — Benedictus XIV (de beatif. IV c. 26, n. 7) ista refert: Dum munere fungebar fidei promotoris, nonnulli pii Siculi saepe me consuluerunt de modis quibus cultus B. Mariae V. de Litera augeri possit, petentes, an esset spes obtinendi, ut pro civitate Messanensi S.R.C. concederet officium et missam, simulque illud adderet, ut in secundis lectionibus aliquid diceretur de epistola scripta a B. Virgine. . . . Ipsi quippe bene noverant, non posse dici ullo modo a Sede Apostolica approbatam, non obstante concessione indulgentiarum. . . . Porro requirentibus intrepidus respondi, suasique, ut rem relinquerent in eo statu, in quo erat neque amplioribus petitionibus urgerent."

F. **B. Mariae V. de Sacris Literis,** dp. 2 cl. Constantinopoli in ecclesia conventus Fratrum Minorum S. Mariae de Draperis.—Ordo O. F. M. Missionis CP. 1906.—Objectum est ectypon imaginis modernae Messanensis, allatum CPolim ineunte saeculo XIX.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** Totum Duplex, Genuae in conventu S. M. de Castello Ord. Praedicatorum.—Cal. 1846. Bibl. Boll.

F. **B. Mariae V. Miraculorum** fit h. d. in sanctuario Silvae Planae prope Casalbordinum, dioec. Vastensis in Italia.—Anal. Jur. Pont. 1886, p. 663.

Coronationis B. Mariae V. de Populo, dp. maj. in dioec. Cesenae. cf. Dom. II post Pascha.—Coronavit iconem propria manu Pius VI Papa 3 Junii 1782. Concessit festum Pius VII Papa a. 1814.—Cf. Cal. Cesenae 1898, 1900, et Cal. approb. 6 Julii 1914.

F. **B. Mariae V. de Pietate,** dp. maj. assignatum huic diei pro dioec. S. Severi, 26 Apr. 1912.—Archiv.

IV

Commemoratio Quinque Vulnerum Christi agebatur h. d. Coloniae tempore Gelenii (saec. XVII).—Gel. p. 694.

Patrocinii B. Mariae V. dei Casali, dp. maj. Concessum est festum 12 Junii 1826 pro oppido Cottanello, dioec. Sabinae (nunc Mandelensis), die 4 Junii agendum, quo die SS. Virgo liberavit incolas a barbarorum invasione.—Ordo Mandelensis (Poggio Mirteto) 1908.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Victoria,** dp. in dioec. Silvanectensi (Senlis) in Gallia agebatur medio aevo exeunte in memoriam victoriae Philippi

Augusti II Regis de Anglis, apud Bovinas, 4 Junii 1214.—Colv. 4 Junii. —Bal. 4 Junii.—Lambert, N. D. des Victoires, XXXV.—F. M.

V

F. **Manifestationis S. Mariae in Cosmedin,** dp. 1 cl. oct. in Cal. S. M. in Cosmedin, 1921. — In Cal. 1914 dp. 2 cl. — Dom. insequente (quam vide) duae Missae de festo.

F. **B. Mariae V. de Auxilio Bobii,** dp. 2 cl. in Cal. Bobiensi approbato 28 Apr. 1914.—Item in Cal. 1888, in honorem iconis prodigialis. —F. M.

F. **B. Mariae V. tit. Reginae Pacis,** dp. maj. concessum 8 Julii 1891 pro dioec. Hieracensi (Gerace) in Calabria.—Archiv.

Commemoratio B. Mariae V. seu **Dnae Mariae de Victoria,** festum victoriae de Woerunck, dp.—Cal. Bruxellense, 1516; Weale Anal. liturg. I 280.—Objectum est proelium ad Woringam, quo Joannes I Lotharingiae Dux devicit Rainaldum Geldrie Ducem, 5 Junii 1288.—Colv. 5 Junii, Bal. 280.—Gelen. 5 Junii.—N. D. de France VI 4.—F. M.— Circuitus solemnis (Ommegang) Dominica ante Pent. habetur Bruxellis in ecclesia S. M. in Sabulo.—Speelman, 66.

Memoria Liberationis ab Alienigenis, a quibus misericordia Dei et precibus purissimae Deiparae liberati sumus; ita hac die varia Graecorum Menaea. Fortassis haec est memoria victoriae, qua post septem annorum bellum a. 673 repulsi sunt Saraceni.—Mrt. 358, p. 147.—Nilles II 162.—Max. I 202.

Memoria **B. Mariae V. de S. Igore** (Igorewskaja) in Menologio Russico habetur h. d. una cum festo S. Igoris Ducis M.—Imago colitur Kioviae in laura Assumptionis B.M.V.—Sn. 304.—Mz.

VI

F. **Insignis Miraculi SS. Corporis Christi,** dp. 1 cl. oct. in omnibus dioecesibus Pedemontis, Sardiniae et Liguriae.—Objectum est miraculum patratum Taurini in SSmo Sacramento 6 Junii 1452, quo anno etiam festum institutum est. Off. propr. concessum est a. 1853. — Cf. Propr. Taurinense.—Ott, Eucharistie Buch. 264.

Memoria **Iconis B. Mariae V. Unguentifluae (Pimenskaja)** in Menologio Russico. — Imago ipsa honore afficitur Mosquae in Cathedrali SS. Annuntiatae; quam imaginem e CPoli attulit Poemen metropolita a. 1387.—Mz. II 400.—Sn. 305.

VII

Transfixio B. Mariae V. hac die agebatur in dioecesi Halberstadt, exeunte medio aevo.—Grotefend I 112.—c. fer. VI ante Palmarum.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Faliscodunensi (Montefiascone) in Etruria.—Ordo 1895, dp. 2 cl. in Cal. 1914.—Archiv.

F. **B. Mariae de Quercia** agi h. d. Alatrii in ecclesia SS. Salvatoris, v. Osservatore Romano 10 Junii 1921.

F. **B. Mariae V. Pietatis,** Titul. eccl. parochialis Precum (Preci), dioec. Nursiae, dp. 1 cl. oct.—Ordo Nursiae, 1899.

Puritatis B. Mariae V. in dioec. Kielciensi in Polonia. — v. Off. Propr. Poloniae et Sueciae 1909.

F. **B. Mariae V. de Taxo** fit hac die Garavallae, in dominio Moyae, dioec. Conchensis in Hispania, in ecclesia Trinitariorum. — Inventa est imago, coelesti luce indicata in arbore taxo a. 1395. Die 7 Junii 1639 per solemnem supplicationem, in qua haec imago deportabatur, impetrata est pluvia.—E. Dolz del Castellar, Año Virgineo, II 232.—Scherer, 18.

Reapertura ecclesiae B. Mariae V. in vico Zavilae (Zawela), civitatis Cahirae (in Aegypto) a. 1020 aerae martyrum, postquam clausa fuit tribus annis et septem mensibus, sicut Elias aperuit portam pluviae post tres annos et sex menses ", notatur hac die in Synaxario aethiopico.—Patr. Orient. I 379.

VIII

Memoria " **Dedicationis Ecclesiae Dnae N. in loco Mehsab, ubi est fons,** quem fecit scaturire Dnus N. Jesus Messias, cum reverteretur ex Aegypto cum matre sua, S. Joseph et Maria Salome. Morati sunt in Aegypto in Qosqam et alibi tribus annis et septem mensibus."—Ita hac die Synaxarium Aethiopicum.—Patrol. Orient. I 568.—Idem festum in Fastis modernis Ecclesiae Alexandrinae Copticae apud Nilles II 720. — Idem festum tanquam festum Mariae agi in Abyssinia certiorem me fecit P. J. Baeteman C. M. ex Alitiena, 8 Dec. 1908. — Mehsab est Matarea juxta Heliopolim in Aegypto Inferiore.—v. 6 Nov., 24 Maji, 17 Febr.—Gump. 439. — Harris 428. — Szczepanski 187 ss. In Synaxario Arabo-Jacobitico (Patr. Or. XVIII 544) haec habentur de hoc festo: Commemoratio Ecclesiae B. Mariae V. notae sub nomine " El Mahammah ", ubi prodiit fons aquae abundans per benedictionem Mariae cum rediret ex Aegypto. Viam sumpsit ex El Matraquah per Misr et El Mataryah et deinde in El Mahammah, ubi ortus est fons."

F. **B. Mariae V. titulo Sedes Sapientiae,** dp. maj. cum off. prop. in Proprio Missionariorum Societatis Mariae et Filiarum Sapientiae, 1899. —In Calendario, 17 Apr. 1914 approbato, dp. 1 cl. oct. pro Filiabus Sapientiae.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** Titul. ecclesiae Oblatorum B. Mariae V. Liburni (Livorno) in Tuscia, dp. 1 cl. oct.—Ordo Congreg. Oblat. 1846. Bibl. Boll.

Miraculi B. Mariae V. de Horto festum per Missam vot. sol. B. M.V. fieri solebat " per lunghi anni " hac die Romae in ecclesia S. M. de Horto. Imago picta est a. 1458. Canebatur Missa hac die a capella Palatii Pontificii, quia a. 1584, invocata S. M. de Horto, liberati sunt legati Japoniae et multi e Cardinalibus et principibus Romanis e tempestate furiosa.—Bomb. III 127.—Gump. 176.

F. **B. Mariae V. Miraculorum,** Patr. Princ. civitatis Agredae in Hispania, dp. 1 cl. oct.—Ordo O.F.M. Prov. Aragoniae.—Objectum est imago inventa in flumine. — De la Fuente p. 485. — Ferreres, Maria por España 1910, p. 63.

Memoria **Deiparae in Sosthenio;** ita Menaea Graeca hac die.—In Sosthenio apud CPolim, ubi sub Leone Isauro naves Agarenorum submersae sunt, sanctuarium erat eximium B. Mariae V. et aliud S. Michaelis Archangeli.—Mz. II 40, 405.—v. festum Hymni Akathisti, Max. I 202.

Memoria **Iconis B. Mariae V. de Jaroslavia (Jaroslawskaja)** in Menologio Russico. — Imago colitur Jaroslaviae in Cathedrali, ad quam delata est a Basilio et Constantino principibus, saeculo XIII. — Mz. II 405.—Sn. 306.

IX

F. **B. Mariae V. de Gratia,** dp. maj., festum devotionis, quod ante reformationem Calendariorum 1913-1914 in plurimis orbis dioecesibus agebatur.—In sanctuario N. Dnae de Equesmanville dioec. Bajocensis dp. 2 cl. e conc. 30 Apr. 1909.—Archiv.—In nonnullis calendariis reformatis festum retentum est, e. g. in Cal. S. Mariae Majoris, Romae (10 Dec. 1913), Grosseti (3 Dec. 1913) in dioec. Bajocensi (1914), Nicaeae (Nizza, 9 Maji 1914), in Congreg. Sororum ab Assumptione (15 Apr. 1914) et alibi.—Archiv.—F. M.

Manifestatio B. Mariae V. de Fonte Novo Montissummani (Monsummano); festum concessum pro sanctuario Fontis Novi in dioec. Pisciensi, 1 Aug. 1872, ritu dp. 2 cl., pro dioecesi dp. maj. Ex anno 1893 dp. 1 cl. cum oct. in ipso sanctuario. Apparuit ibi SS. Dei Mater Alexandro pastori, 9 Junii 1573.—Archiv.—Off. prop.—Gump. 80.—F. M.

F. **B. Mariae V. de Populo,** Patr. Princ. civitatis Fori Pompilii (Forlimpopoli) in dioec. Brictinoriensi (Bertinoro), dp. 1 cl. oct.—Objectum est imago in ecclesia propria; S. M. de Populo electa est in Patr. Princ. 13 Jan. 1808.—Ex epistola Rev. P. Desiderii a Bononia Foropomp. —Nunc agitur festum Dom. III Maji.

Memoria **B. Mariae V. de Kolomna (Kolomnenskaja),** i. e. de **Kolocia** vel **Mosaisco,** signatur hac die apud Mz. II 410.—cf. 9 Julii. —Sn. 306.

X

Commemoratio Libertatis per Constantinum Orbi Universo concessae agitur hac die apud Coptos et alios christianos vallis Niliacae. —Nilles II 720, sine officio proprio, sola commemoratione.—Concessa est haec libertas per Edictum Mediolanense a. 313. In Synaxario Aethiopico (Patr. Orient. I 577) signatur hac die **Promulgatio Edicti Constantini et gaudium mundi;** nuntius advenit Alexandriam hac die. In Synaxario Arabo-Jacobitico, Patr. Or. XVII signantur ista: "Commemoratio magni gaudii, quod replevit omnem terram habitatam et laetificavit angelos coelestes, cum Constantinus imperavit ut templa pagana clauderentur. Hac die decretum advenit Alexandriam."

F. **B. Mariae V. de Angustiis,** Patr. Princ. civitatis Almeriae in Hispania, dp. 1 cl. oct. e conc. a. 1894.—Archiv.—(Charta post. Rev. P. Garciae Vinetas, 19 Aug. 1907).—Cal. Almeriae 1905.

F. **Humilitatis B. Mariae V.,** dp. maj. a Patribus Congregationis Eudistarum, die anniversaria approbationis Constitutionum Congreg. Jesu et Mariae ad decennium a. 1864.—Propr. Eudist. 1910.

XI

F. **Triumphi S. Crucis,** dp. maj. in dioec. Luni-Sarzana, ob liberationem a terraemotu a. 1735.—Off. pr. 1842. Bibl. Boll.

F. **Iconis B. Mariae V. tit. Vere Dignum est (Dostojno jest)** in ecclesia monasterii Karies, in Sacro Monte Athone, ubi monacho apparuisse fertur angelus edocens eum, hymno Cosmae Majumani "Quae clarior es etc." praemittenda esse verba "Vere dignum est te praedicare beatam, in aeternum beata et omnisancta Mater Dei nostri". Ita enim cani hymnum per angelos in coelis. De hac apparitione et icone fit memoria hac die in Menologio universalis Ecclesiae Russicae.—Mz. II 821.—Sn. 307.—Ectypum hujus iconis vidi Berolini in ecclesia coemeterii Russici (a. 1912).

Memoria **Iconis B. Mariae V. de Avila (Abulskaja)** in eodem Menologio Russico.—Imago ista inclaruisse dicitur miraculis a. 1570, cum, Abulae (Avila) in Hispania, coram ea orans monacha caeca oculorum lumen recepit. Ubi in Russia ista imago seu ejus ectypon recolatur, prorsus me fugit.—Mz. II 415.—Sn. 306.—Imago ista Deiparae scalam tenentis omnino byzantina esse videtur.

XII

F. **B. Mariae V. de Monte,** dp. 2 cl. in terra Petraglia Sottana, dioec. Cephaluditanae (Cefalù) in Sicilia signatur in Cal. Cephalud. approbato 22 Maji 1914.—Archiv.

Dedicatio S. Mariae de Monte Alto, tanquam festum Deiparae fit Messanae in proprio sanctuario ritu dp. 1 cl. oct., in dioecesi vero, et in

dioec. Nicosiae dp. maj.—Apparuit ibi Deipara et dedicatum est templum exeunte saeculo XIII. Festum principale agebatur olim die 8 Sept., deinde die 2 Julii, sed ex anno 1612 die 12 Junii.—Gump. 91.—Ordo Messan. et Nicos. 1888.—Cal. Messinae appr. 11 Maji 1914.—Archiv.—F. M.

F. **B. Mariae V. de Sudore,** dp. maj., concessum pro dioec. Albengae (Italia), 3 Dec. 1806.—Archiv.

Coronatio B. Mariae V. de Pilerio hac die agitur in Cathedrali Cusentina (Cosenza) in Calabria per Missam vot. sol. B.M.V. (ex consuetudine) approbata 18 Dec. 1896.—Decr. Authent. S. Rit. C. III p. 325. —v. 12 Feb.

Coronatio B. Mariae V. Immaculatae a Monte Sameiro, dp. 2 cl. in archid. Bracarensi (Braga), conc. 23 Jan. 1907. — Archiv. — Ordo 1908.—Cal. approb. 14 Nov. 1917.—Columna in honorem S. Mariae Immaculatae erecta est in Monte Sameiro, dioec. Bracarensis in Lusitania a. 1869; additum templum a. 1873; coronata, est imago 12 Junii 1894.—Off. propr. Brac.

Memoria **Iconis B. Mariae V. Ripocensis (Ripotzkaja)** in Menologio Russico.—Imago colitur in sanctuario proprio Cernigoviae, in ecclesia Ss. Borisi et Glebae, ad quam delata est jussu synodi e pago Ripocko, 12 Junii 1704.—Sn. 788.

XIII

F. **Prodigiorum B. Mariae V. Lerinensis,** ritu M. Maj. colitur hac die in monasterio Lerinensi O. Cisterc.—Ordo 1898 et 1904.—Expulsi sunt Cistercienses e Lerino a. 1901.

XIV

F. **Triumphi S. Crucis,** dp. 2 cl. in dioecesibus Algeriae; concessum est festum die 15 Sept. 1881 in gratiarum actionem pro victoriis Christianorum de Mauris in Algeria et Tunisio mediante saeculo XIX. Objectum et officium omnino diversa sunt ab objecto et officio festi quod agunt Hispani die 16 Julii.

F. **B. Mariae V. de Charitate,** dp. maj. in dioec. Nolana (Italia), ex indulto 20 Nov. 1903.—Archiv.—In Calendario 1913 sublatum est officium et dicuntur duae Missae de Beata.—Arch.

Commemoratio Miraculorum B. Mariae V. Cancellatae, dp. maj. Insulis (Lille) in Artesia.—Ordo Insulensis 1922.—Gump. 15.—v. 28 Oct.—Cal. Insulense approb. 15 Julii 1914.—Archiv.—Quae miracula initium sumpserunt infra octavam Corporis Christi a. 1254.—F. M.

XV

Dedicatio Primi Templi sub nomine Deiparae, festum 1 classis in ecclesia Syriaca Ritus Puri.—Nill. I 477.—Syris Maronitis hoc festum ignotum esse videtur. De prima ecclesia in honorem B. Mariae V. dicata v. 21 Jan.—Prima inter ecclesias Syriae Deiparae dicatas videtur esse basilica saecula IV exstructa Tyri, a. 314 consecrata, sed postea a Mohammetanis solo aequata.—N. D. du Liban, Goudard, p. 39.—Syri ipsi vero primum oratorium S. Dei Matri dicatum esse credunt Lyddae ab ipsis S. Petro et S. Joanne Apostolis, teste Joanne Damasceno.—Patr. Graec. 95, 350. — Crucigeri Antaradi (Tortosae) primam ecclesiam quaerebant.—Goudard 353 ss.

Coronatio B. Mariae V. ab Ulmo, dp. 2 cl. in ecclesia Oratorii (S. Philippi Nerii) in dioec. Cavensi (Cava).—Cal. approb. 1914.

F. **B. Mariae V. de Casaluce** inter festa patronalia dioec. Aversanae notatur in Annuario Catholico 1924, p. 504. Maggia-Zanella, Atlante Mariano VIII 127.—v. Dom. I Maji.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. maj., festum devotionis in dioec. Tropaeae in Calabria.—Ordo 1899.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. maj. celebrant Patres Societatis Mariae in memoriam approbationis constitutionum, 15 Junii 1860.—Off. propr.—F. M.

F. **B. Mariae V. de Luce,** dp. maj. in dioec. Mexicanis: Chilapae et Linares, assign. e feria IV ante Pent.—Cal. Galvan.—Cal. 1905.

F. **B. Mariae V. Desertorum,** dp. maj. in dioec. Cuernavaca (Mexic.) assign. e Dom. II Maji, 27 Junii 1906.—Cal. 1910.

F. **B. Mariae V. de Guadalupe** (Mexic.) in dioec. Almeriae in Hispania, dp. maj., assign. e 12 Dec.—Ordo 1898 et 1902.

Inventio Manicae B. Mariae V. in Cluniaco, festum XII lectionum in Breviario Cluniacensi (Cluni) a. 1478.—Grotefend, II, 225.—v. Colv. 15 Junii et Bal. 281.—Deest hoc festum in Brev. 1686 et deinceps. Secundum Koenig, 91, haec manica allata est Cluniacum ab Hildebrando (Gregorio VII); a. 1793 deperdita est, sed a. 1871 inventa et cultui denuo exposita est.—Scherer 24.—F. M.—König 91.

Synaxim Deiparae ultra in locis Marinaciis (CPoli) hac die commemorant Menaea Graeca.—F. M.

XVI

Commemoratio Miraculi Middelburgensis in sacrae Eucharistiae hostiola, Coloniae in ecclesia PP. Augustinianorum agebatur tempore Gelenii (saec. XVI).—Anno 1374 Middelburgi in Seelandia hostia consecrata in ore juvenis indigne sumentis mutata esse traditur in carnem; pars hujus hostiae colebatur Coloniae.—Gelenius, 491 et 697.

F. **Pretiosorum Cordium Dni et Dei et Salvatoris N. Jesu Ch. et supersanctae Ipsius Matris et semper Virginis Mariae** agitur hac die ab Italo-Graecis Calabriae, teste Revmo Joseph Bugliari Episcopo Italo-Graeco. cf. Fasti Mariani 1892.—F. M.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. maj., f. devotionis, quod ante reformationem Calendariorum inveniebatur in plurimis calendariis, e. g. O. F. Minorum, Congr. SS. Redemptoris (1821) etc. item dp. maj. in universa Ditione Columbiae in America Meridionali; dp. 1 cl. cum oct. in dioec. Soccorro (ubi imago); item dp. maj. in Republica Aequatoriana (Ecuador), dp. 2 cl. vero in Cathedrali Quiti; item Titul. ecclesiae Capuccinorum Siciniani (dioec. Diani) in Lucania (Italia). — Ordo Capp. Prov. Lucaniae 1920.

F. **Patrocinii B. Mariae V.,** dp. 1 cl. cum oct. et officio proprio concesso Ordini Sanctimonialium Coelestium a SS. Annuntiatione (Turchine); indultum est festum a. 1766 ritu dp. 2 cl. pro hac die, qua B. Maria Victoria de Fornari-Strata fundatrix potentissimam experta est protectionem SS. Deiparae, cum cessaret periculum, quod fundationi Ordinis obstabat. Die 13 Sept. 1837 addita est octava; a. 1871 ritus 1 cl.—Archiv. —Inveni festum in Cal. Ordinis Coelestium ad S. Joannem ad Portam Latinam (Romae) in Cal. appr. a. 1914;—in Cal. Sororum Annuntiationis de Joinville (Apr. 1914); Genuae in ecclesia SS. Annuntiationis (Cal. 8 Junii 1914) et ibidem apud Sorores ab Incarnatione (Cal. 1914). In Calendariis istarum monialium a. 1914 approbatis reperitur etiam f. Desponsationis B.M.V. et Expectationis Partus. Archiv.

F. **B. Mariae V. ab Hospitali Clusino, et a Prodigiis,** dp. maj. in Cal. Clusino (Chiusi) appr. 2 Dec. 1914; sub titulo "Hospitalitis" extabat in Ordine Clusino a. 1879 et 1888.—F. M.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** Titul. Eccl. O. F. Min. in terra Ponticelli, dioec. Mandelensis (Poggio Mirteto).—Cal. O.F.M. Prov. Rom. S. Michaelis 1900 et 1921.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** Titul. eccl. O. F. Min. Valliscursiae (Vallecorso), dioec. Cajetanae (Gaeta), dp. 1 cl. oct.—Ordo O. F. Min. prov. Rem. S. Michaelis 1907.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Pisauri (Pesaro).—Cal. approb. 10 Oct. 1914.—Ordo 1920.

F. **B. Mariae V. de Pace,** dp. maj. in dioec. Uritana (Oria), conc. 19 Sept. 1851.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Perpetui Succursus,** Titul. ecclesiae Monialium Clarissarum in terra Fara Sabina. — Cal. O. F. Min. Prov. Romanae de Ara Coeli, 1921.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** Titul. ecclesiae Conv. O. F. Min. Visovacensis, dioec. Sebenici in Dalmatia, dp. 1 cl. oct. — Ordo O. F. Min.

Prov. Dalmatinae SS. Redemptoris, 1907.—Objectum est imago prodigiis clara.

F. **B. Mariae V. Divini Pastoris Matris,** dp. maj. in dioec. Casertae, ex indulto 24 Jan. 1896 translatum est ad Dom. IV Oct.—Archiv.

In Synaxario Aethiopico (Patr. Orient. I 617) annuntiatur hac die, 16 Sane: **"Angelus apparuit in somno Joseph,** ut rediret ex Aegypto" i. e. Reditus Pueri ex Aegypto. Alibi: **Commemoratio mensilis B. Mariae V. Foederis Misericordiae,** v. 16 Febr.

Synaxis SS. Deiparae in Eudocianis olim hac die acta est CPoli in sua propria ecclesia.—Max. I 204.

XVII

F. **SS. Trinitatis ob Conversionem Gothorum,** dp. maj. in archid. Granatae, assign. ex 8 Maji.—Ordo 1900.

Dedicatio Templi Mariae signatur h. d. in Menologio Jacobitico saec. IX Patr. Or. X. v. 15 Junii. In Synax. Aethiopico, Patr. Or. I 519 ss. signatur sequens notitia: "Angelus in somno apparuit Joseph, jubens, ut rediret in terram Israel." v. heri.

Patrocinium Immaculatae Conceptionis B. Mariae V., dp. maj. in solo oppido Balneolorum (Bagnoli), dioec. Nuscanae.—Ordo 1901.

F. **B. Mariae V. de Guadalupe** (Mex.), dp. maj. in dioec. Tudensi, (Tuy, Hisp.).—Cal. 1898.

F. **B. Mariae V. Perpetui Succursus,** dp. 1 cl. oct. Titul. monasterii Adorationis Perpetuae O. S. Bened. in Kempen.—Cal. 18 Dec. 1915. —Archiv.

F. **Humilitatis B.M.V.,** dp. maj. in provinciis eccl. S. Ludovici et Milwaukiensi e concessione 26 Apr. 1897.—Off. propr. 1898.—Sublatum in reformatione calendarii, a. 1914.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. maj. in Societate Monialium B. Mariae V. de Coenaculo.—Ordo 1910.—Item in dioec. Antiochiae in Columbia. Ordo 1889 (assign. ex heri).

XVIII

F. **B. Mariae V. de Bogoljuba (Bogoljubskaja)** in universa Ecclesia Russica.—Haec imago post apparitionem SS. Deiparae picta est jussu S. Andreae Bogoljubski Ducis a. 1157 et colitur in civitate Bogoljuba; ectypon ejus extat Mosquae in ecclesia propria et alibi.—Mrt. 155. —Mz. II 447.—Sn. 310.—Max. I 204.—F. M.

Memoria **B. Mariae V. de Vladimiria** in Menologio Russico.—Imago colitur in civitate Wladimiriae; ibidem acoluthia propria canitur hac die in memoriam liberatae civitatis a peste, a. 1771 instituta.—Mz. II 447.—Sn. 312.

XIX

F. **Adventus Sanguinis Christi,** dp. in dioec. Basileensi (Basel) exeunte medio aevo.—Grotefend, II 1. 12.

F. **Visionis Gloriosae Virginis Dei Genitricis Mariae,** Hervordiae (Herford) in Westphalia, in ecclesia monialium O. S. Benedicti.—Additio Colon, ad Usuardum 1521.—Gelenius p. 698.—Gump. 597.—Ibi apparuisse traditur SS. Dei Mater pauperi cuidam mendico a. fere 1000.—Colv. 19 Junii.—Beissel I 142.—F. M.

F. **B. Mariae V. Molinensis,** dp. 2 cl.—Cal. Molinense (Moulins) approb. 30 Jan. 1914. — Statua nigra B. Mariae in Cathedrali colitur e tempore crucigerorum et solemni processione honoratur in festo Assumptionis B. Mariae V. Die 20 Junii 1655 incendium devastans turrim Cathedralis extinctus est, velo hujus iconis projecto in ignem.—Drochon, 373.

Commemoratio S. Joseph, Sponsi B.M.V., dp. in Cal. S. Fidei Bogotensis 1881.—v. 19 Jan.

XX

F. **Depositio SS. Sindonis Dni N. Jesu Ch.,** dp. maj. in dioec. Trecensi in Gallia (Troyes).—Cal. approb. 10 Julii 1914.—Archiv.—Traditio Trecensis est haec: Canonici Liriacenses (apud Trecas, Troyes) sindonem acceperunt a Godefrido de Charny nobili Burgundione, qui hanc reliquiam ab Hugone Cypri rege obtinuiisse contendit, et in ecclesia Liriaci a semetipso fundata deposuit, die 20 Junii 1353. — Cum vero de authenticitate sindonis nihil constaret, Henricus Trecensis episcopus reliquiam aufferri jussit, donec a. fere 1378 canonicis restitueretur. Iterum jussu episcopi sublata, cultui restituta est per breve Clementis VII Papae die 6 Jan. 1390, non vero tanquam vera Christi sindon, sed tanquam ejus imitatio. Post multas litigationes translata est sindon Camberium, a. 1452; a. 1578 vero Taurinum allata ab Emmanuele Philiberto duce Sabaudiae. v. 4 Maji; Rohault p. 241 ss.

Commemoratio SS. Sacramenti in civitate Villanueva, dioec. Caesaraugustanae (Zaragoza) in Aragonia agitur, quia hac die ignoti anni SS. Sacramentum in igne remansit incolumis.—Faci I 22.

F. **Inventionis Miraculosae Togulae Pueri Jesu,** sub titulo Reliquiarum celebratur hd. d. Coloniae in ecclesia S. Mariae Magdalenae apud Albas Dominas Ord. Praedicatorum.—Gel. 554.—Quae togula serica confecta esse traditur a sacerdote sancto Miscegradi in Hungaria. Quam etiam induit Puer Jesus in missa ei apparens. Togula ista anno 1262 e thesauro regum Hungariae a milite Ordinis Teutonici Coloniam allata est et apud Albas Dominas deposita, ubi die 20 Junii 1412 inventa est a peregrinis ex Hungaria advenis.

F. **B. Mariae V. de Consolatione,** Taurini in ecclesia propria (Torino), dp. 1 cl. oct, dp. 2 cl. in archidioecesi (Ordo Obl. B.M.V. 1846);

ex decreto 20 Jan. 1904 dp. 1 cl. oct. in archidioecesi.—Archiv.—Idem ritus in instituto B. M. V. Consolatae Taurini pro Missionibus Exteris;—Cal. approb. 29 Dec. 1913.—Sacellum exstructum ab Harduino, Eporediae Marchione saec. XI, in loco, ubi die 20 Junii 1104 caecus ab apparente Dei Matre visum recepit. Incoronata est imago 20 Junii 1829; novum officium concessit Leo XIII. Festum transiit ad omnes provinciae Pedemontanae dioeceses, dp. maj.—Archiv.—Sign. I 198.—Colo. 45.—Colomb. 2.—Gump. 120.—F. M.

F. **B. Mariae V. de Itria,** Titul. ecclesiae propriae O. F. Min. Castriveterani (Castelvetrano), dioec. Mazariae in Sicilia.—Ordo O. F. M. Prov. Vallis Mazarinae, 1900 et 1917.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. in dioec. Faesulana (Fiesole). Ordo 1900; Cal. Proprii Faesulani 1903.—Archiv.—Hoc festum (B.M.V. de Subsidio seu de Succursu concessum est pro dioec. Faesulana 3 Aug. 1819.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Miraculorum,** dp. maj. Salemi in Sicilia.—Cal. O. S. August. in provincia Sicula a. 1841. Bibl. Boll.—Videtur esse festum B. Mariae V. Miraculorum quod die 21 Junii celebratur Alcami.

F. Iconis **B. Mariae V. de Mutina,** seu **de Kosino (Modinskaja-Kosinskaja)** in Menologio Russico. Imago colitur Kosini juxta Mosquam; a. 1717 a comite Sheremetjew allata est e Mutina (Modena) in Italia.—Mz. II 455.—Sn. 317.

XXI

F. **Liberatae Civitatis Bisuntinae ab Irruptione Haereticorum,** dp. maj. in dioec. Bisuntina (Besançon) in Gallia. — Objectum est Victoria Catholicorum de Calvinistis, 21 Junii 1575.—In Brev. Bisuntino a. 1843 erat festum III classis; item in Brev. S. Claudii 1826.—Bibl. Boll. et Insulensis.

Dedicationis Primae Ecclesiae SS. Deiparae Virginis festum hac die agunt Christiani Vallis Niliacae (Aegypti et Abyssiniae) cum pleno officio B. Mariae V. Calendarium modernum Ecclesiae Alexandrinae Copticae apud Nilles II hac die celebrat Dedicationem ecclesiae B.M.V. "in urbe Atrib". Atribis seu Hattahrab est oppidum ad Nilum flumen, non ita distans a Cahira (Nilles Cal. II 721). Ecclesia Abyssiniae hac die commemorat f. "Kedassie-Bieta-Cristian", i. e. Aedificationis primae ecclesiae, quam S. Petrus exstruxit Caesareae Philippi in Syria, a. 14 post Ascensionem Domini, in honorem B. Mariae V.—Epistola Rev. P. Baeteman C.M. ex Alitiena missa 8 Dec. 1908.—Synaxarium Aethiopicum (Patrol. Orient. I 267) hanc primam ecclesiam in urbe "Filpâ ês" (Caesarea Philippi?) aedificatam esse contendit: ad intercessionem Pauli et Barnabae venisse in nubibus Jesum Christum et praecepisse, ut ibi templum aedificaretur in honorem Matris suae.—Memoria Dei Matris die 21 mensis

Sane (Junii) instituta esse perhibetur, jubente ipsa SS. Deipara in Apocalypsi apocrypha S. Mariae. Virginis. (Script. Aethiop. Ser. I tom. VII, 68.)—Synaxarium Aethiopicum supra citatum ad hunc diem annuntiat: "Aliam dicavit ecclesiam S. Mariae V. S. Basilius Magnus in Caesarea Cappadociae, postquam Deipara ei apparuit afferens iconem de coelo, quae postea miraculis effulsit." Ibidem: Maria oravit in **Lithostrato** pro populo Filium qui promisit se liberaturum ab omni malo omnes qui invocarent nomen ejus et celebrarent eujus memoriam.—De prima Ecclesia B. Mariae V., quae esse videtur ecclesia Ephesi, v. Pastoralblatt von Nordamerika, Feb. 1911, p. 20 ss. — Objectum verum hujus festi Aegyptiaci videtur esse ecclesia, quam Apostolos Caesareae (Lyddae?) aedificasse tradunt apocrypha.—Harris 429.

Profectionem Virginis Mariae ad Elisabeth agunt hac die Chaldaei Uniti; festum a Latinis adoptaverunt.—Nill. Cl. II 664. F. M.—v. 2 Julii.

F. **Inventionis B. Mariae a Miraculis,** Patr. Princ. civit. Alcami, in dioec. Mazariensi in Sicilia, dp. 1 cl. oct. Alcami; in dioec. dp. maj.—Inventa est icon sancta 21 Junii 1544. Officium proprium concessum est 13 Sept. 1800.—Archiv.—Gump. 611.—Pitrê 478.—F. M.

F. **B. Mariae V. de Capitignano,** dp. maj. in civitate Capitignani, dioec. Reatinae (Rieti); lectiones concessae sunt 18 Junii 1817.—Imago recolitur in ecclesia S. Flaviani.—Archiv.

XXII

F. **S. Coronae Dni,** dp. maj. in Cathedrali Granatae in Hispania, ubi hodiedum reliqua festa Passionis Dni ignota remanserunt.—Ordo Granat. 1909.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. maj. festum devotionis, quod celebratur in dioecesibus Salerni, Stabiae (Castellamare, 13 Sept. 1837), Consentiae, Triventi et alibi in regno Neapolitano.—cf. Calendaria.—F. M.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. 1 cl. oct. Neapoli in ecclesia S. Mariae Novae ubi ex anno 1498 colitur imago B.M.V. Gratiarum. Indultum est festum 22 Junii 1910.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Perpetuo Succursu,** dp. maj., assign. e Dom. ante Nativ. S. Joannis, in dioec. Cracoviensi in Polonia et in Cal. Ord. Servorum B.M.V.—cf. Calendaria.

XXIII

Occursus Imaginis B. Mariae V. de Vladimiria (Wladimirskaja) f. solemne universae Ecclesiae Russicae; institutum a. 1480 in memoriam liberatae Moscoviae a Tartarorum invasione sub Joanne III Duce.—Mz. II 462.—Receptum est festum etiam a Serbis.—Max. I 205.—Sn. 321.—Mrt. 157.—F. M.

F. **Iconis de Anyka (Zaanikiewskaja)** agitur hac die, in festo S. Joseph Fundatoris in monasterio Zaanicensi (Vologda) in Russia, ubi a. 1588 Deipara S. Josepho sub specie iconis Vladimirtiensis apparuit.—Mz. II 462.—Desertum Zaanicense Anyka latro incoluisse traditur ante S. Josephum.—Sn. 320.

F. **B. Mariae V. Desertorum,** dp. maj. conc. pro nova dioecesi Aquarum Calidarum (Aguas Calientes) in Mexico, 15 Apr. 1904.—Archiv.

Memoria **B. Mariae Perdolentis** fit hac die in ecclesia S. Gregorii pagi Sovere, dioec. Bergomensis per unam missam cantatam, ex indulto 5 Feb. 1899.—Archiv.

Apparitio B.M.V. Gratiarum per Missam saltem vot. sol. B.M.V. agitur hac die Ardesii in dioec. Bergomensi. Objectum est apparitio Deiparae 3 Juni 1607.—Ricc. I 344.—F. M.

Memoria B. Mariae V. hac die agitur per Missam vot. sol. B.M.V. in sanctuario B. Mariae V. de Valle Amoris, Belestae, dioec. Appamiensis, in gratiarum actionem pro liberata civitate ab inundatione 23 Junii 1802. —N. D. de France III 355.

XXV

Apparitio B. Mariae V. in litore Clodiae, tit. de Naviculo (Navicella), dp. 2 cl. in dioec. Clodiae (Chioggia). Cal. 1894!—Apparuisse traditur B. Mariae in naviculo post procellam 25 Junii 1504. Festum concessum est, die 20 Julii agendum, a. 1856; incoronata est imago 25 Sept. 1859 et festum ad 25 Junii translatum.—Propr. Clodiense, 1868. —Gump. 214.—v. 25 Sept. et 20 Junii.—F. M.

Patrocinium B. Mariae V. de Castello, dp. maj. in dioec. Cassanensi in Calabria, propter aliquem terraemotum, fortassis anni 1693.—Cal. Cassan. 1898.—v. 1 Maji.

XXVI

F. **Divini Sacerdotii Dni N. Jesu Ch.,** dp. 1 cl. oct. et off. propr. agitur h. d. Parisiis in ecclesia S. Sulpitii.—Officium a B. Joanne Eudes compositum primo celebratum est a. 1652. (Oeuvres du B. Jean Eudes, XI 191 ss.)

F. **Patrocinii B. Mariae V. Reginae Sanctorum Omnium,** dp. 2 cl. cum oct. in dioec. Anconitana, e conc. 6 Sept. 1845.—Imago 26 Junii 1796 oculos movere incepit, prima inter tot icones, quae anno 1796 motionibus oculorum inclaruerunt.—cf. 9 Julii.—Propr. Anconae;—Ricc. II 265.—Sign. I 129.—v. 26 Junii.—F. M.

F. **B. Mariae V. tit. Matris Admirabilis,** dp. maj. sub officio Maternitatis concessum est 9 Jan. 1821 pro monialibus asceterii S. Clarae de Albaro O. F. Min. Genuae. Die 23 Febr. 1821 ritus elevatus est ad dp. 2 cl.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Bethlehem,** dp. maj. agitur die, quo moniales Hibernicae O. S. Benedicti in conventum reversae sunt post dispersionem, extra moenia civitatis Lisbonae in Lusitania, ex indulto 14 Jan. 1829.—Archiv.

Memoria **B. Mariae V. Niamscensis (Njamsko-Moldawskaja)** in Menologio Russico.—Imago colitur in monasterio Niamtzu (Neamtz) in Moldavia (Rumenia), a. 1392 fundato, in ecclesia Ascensionis. Inter icones prodigiales Moldaviae praeclarissima est, a. 1399 dono data Alexandro Duci Moldaviae ab Andronico Paleologo Imperatore.—Netzhammer, Aus Rumänien, p. 63.—Ectypon ex anno 1846 colitur in Russia, in civitate Michaelowska, dioec. Woronecensis.—Sn. 355.

Apparitio Iconis B. Mariae V. de Tichwina (Tichwinskaja), festum universae Russorum Ecclesiae.—Imago " a S. Luca picta " tempore iconoclastarum e Blachernis (CP.) in monasterium Pantocratoris (Athos) allata (quod monasterium illo tempore nondum existebat!), deinde a. 1383 ab angelis translata in territorium Novgorodense (Russia), ultimo ad Tichwinam flumen consedit. Officium solemne nostris temporibus etiam ab ecclesia Serborum adoptatum est.—Mz. II 472.—Strahl, Russ. Kirche 391.—Mrt. 162.—Max. 206.—Diversae icones a Tichvinensi depictae miraculis inclaruerunt.—Sn. 323.—F. M.

Memoria **Iconis B. Mariae V. de Lydda,** seu **Romanae** in Menologio Russico, nescio qua de causa.—Mz. II 476.—Mrt. 162.—Sn. 356.—v. 12 Mart.—F. M.

Memoria **Iconis B. Mariae V. de Septem Lacubus (Sedmiesernaja)** in Menologio Russico. Imago colitur in monasterio Septem Lacuum apud urbem Cazanensem, allata a. 1615 ab Eutychio monacho e civitate Ustjugensi.—Mz. II 475.—Sn. 351.

XXVII

F. **Visitationis B. Mariae V.** agebatur saeculis remotioribus hac die in Breviario Parisiensi. — Boll. in Praeterm. ad h. d.—Colv. 27 Junii.—F. M.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** Siciniani in Lucania, dp. 1 cl. oct. (diversum a festo B. Mariae V. de Perp. Succ.).—Ordo Capucc. Lucaniae et Salerni, 1921.—Bibl. Capucc. Romae.

F. **B. Mariae V. de Perpetuo Succursu,** dp. maj. in variis locis ubi concessum est: In dioec. Concordiae (Amer. Sept.) Titul. Cath. dp. 1 cl. oct. Sedes vera festi est Dom. ante 24 Junii, sed 27 Junii assignatum est in reformatione Calendariorum. Pro Congregatione SS. Redemptoris suae sedi originali restitutum est recenter. Festum quod ante reformationem calendariorum (1913) ad plurimos Orbis dioeceses et familias religiosas transierat, a paucis tantum retentum est: a dioec. Atrebatensi, Portus Principis, Sororibus ab Assumptione etc.

XXVIII

F. **Dni N. Jesu Christi Crucifixi** die 28 Junii et Dom. I Julii agi in terra "San Pier in Bagno" v. Annuario Cattolico 1924, p. 469 inter festa patronalia dioec. Burgi S. Sepulchri in Etruria.

F. **Iconis B. Mariae V. de Tribus Manibus (Tricherusa, Tricheiros, Trojerutshitza)** agitur hac die Moscoviae in ecclesia Novae Jerusalem et in monasterio Chilandariensi, Montis Athonis, per hymnum akathistum. De eo fit memoria in Menologio Russico h. d.—Cum S. Joannes Damascenus dexteram suam B. Mariae V. ope mirabiliter recuperasset, in grati 'animi tesseram ejus iconi brachium argenteum appendit, unde apud pictores mos invaluit, pingendi SS. Deiparum cum tribus manibus; quae idcirco imago "Damascena" seu "Tricheir" cognominatur. Icon sacra a S. Saba metropolita Serbiae allata in Serbiam et dono data est S. Stephano Primocoronato fratri suo Regi; extincta dynastia Nemanjorum in monasterium Chilandariense pervenit, non sine miraculo. Ectypon ejus 28 Junii 1663 cultui expositum est Mosquae in ecclesia monasterii Resurrectionis Novae Jerusalem.—Mz. 488. v. 4 Dec.—Nill. II 845.—Sn. 356.—Venetiani hanc iconem e CPoli Venetias in templum Pacis delatam esse dicunt.—Gump. 30.

Inventio B. Mariae V. Kydonitissae agitur hac die Kydoniis in Asia Minore; imago miraculosa inventa est 28 Junii 1852.—Officium solemne Graecum composuit Polycarpus a Katsaro, Kyndoniis 1876.—Synaxarium acoluthiae, in qua plurima narrantur prodigia, scripsit Demetrius Salta. Quod officium benigne mihi pervium reddidit Adm. Rev. P. Maximilianus, Saxoniae Princeps in festo Corporis Christi a. 1912.

XXIX

In Synaxario Abyssiniae Harris 430: **Commemoratio mensilis Nativitatis Dni.**

Memoria **Iconis B. Mariae V. Casanicae** seu **Duniloviensis Dunilowsko-Kasanskaja),** hac die, in festo SS. Petri et Pauli, proprio canone agitur in sanctuario suo prope Nikolsk (Wologda); de ea fit memoria etiam in Synaxario Menologii Russici hac die.—Inventa est imago a. fere 1680 in flumine Jug; similis est iconi Casanicae.—Mz. II 492.—Sn. 362.

Memoria **Imaginis B. Mariae V. de Kasperowa (Kasperowskaja)** in Menologio Russico.—Imago colitur in ecclesia pagi homonymi in prov. Chersonensi. Saeculo XVI allata Chersonam e Transsylvania (Siebenbürgen) ab agricola Serbo, a. 1809 in possessionem venit foeminae de Kasperowa, quae eam collocavit in praedio ad Dnieper flumen, ubi miraculis inclaruit a. 1840. Ab a 1853-1855 tempore belli Odessam translata talibus effulsit prodigiis ut annue in tribus civitatibus, Odessae, Chersonae et Nicolajevae fidelium cultui exponatur.—Sn. 364.—Omni feria VI coram hac icone recitatur hymnus akathistus.

Memoria **B. Mariae V. de Priascevia (Priashewskaja)** in Russia. Imago extat in pago homonymo apud civitatem Shetomir.—Sn. 365.

XXX

Memoria **Iconis B. Mariae V. de Gorbanio (Gorbanowskaja)** in Menologio Russico.—Colitur imago in templo proprio alicubi in Russia. Inventa a Gorbanio Cosaco herbam metente; similis est iconi Corsunensi. —Mz. II 495.—Sn. 368.

Memoria **B. Mariae V. de Balikino (Balikinskaja)** in Menologio Russico.—Imago colitur Balikini apud Starodubam, dioec. Cernigoviae in ecclesia S. Nicolai. Tempore belli contra Suecos a. 1711 lacrimas fudit imago in domo Dulski militis. Aliud festum feria VI post Dom. II post Pent.—Sn. 366.

FESTA MOBILIA JUNII.

Feria II post Trinitatis.

F. **SS. Sanguinis Dni N. Jesu Ch.,** dp. in Brev. Constantiensi (Konstanz) a. 1800. — Reliquia Sanguinis Dni ab Azano Duce Carolo Magno dono data, die 7 Nov. 923 ad monasterium Augiae Divitis (Reichenau) delata est. Anno 1739 festum e 7 Nov. assignatum est ad feriam II post Trinitatis. Agebatur hoc festum in Abbatia Augiae Divitis, in dioec. Constantiensi, Augustana (Augsburg) et in archidioecesi Friburgensi usque ad annum fere 1880 et adhuc (ante a. 1915) celebratur in dioec. Augustana, dp. maj.; item in universa Hungaria, in archid. Vindobani (Wien) et alibi. W. W. II 931.—Buchberger I 670.

Pretiosissimi Sanguinis Dni N. Jesu Ch. festum, diversum a praecedente, celebratur hac die in archidioecesi Genuae ritu dp. 1 cl.— Objectum est "il sacro catino" (Gral), qui in Cathedrali Genuae asservatur, i. e. vas in quo sive Dominus mutavit vinum in sanguinem suum in ultima coena, sive in quo Joseph ab Arimathea collegit sanguinem Dni post crucifixionem. Allata est haec reliquia e Caesarea in Palestinam a. 1101.—Propr. Genuae.—Officium jam antea Genuae celebre, approbatum est personaliter a Benedicto XIV pro dioec. Sarzanensi 16 Sept. 1747 (Archiv.) et sub ritu dp. 1 cl. invenitur in Cal. pro dioec. Lunae, Brugnati et Sarzanae, approb. 26 Febr. 1914. In Cathedrali Sarzanae servatur lacrimatorium, in quo S. Nicodemus guttas de sanguine Christi collegisse traditur.—Cath. Enc. IX 436.—Arch.—Rohault, 275.

Solemnitas B. Mariae V. ritu dp. agebatur hac feria Cameraci (Cambrai) in ecclesia S. Autberti saeculo XVI. — Colv. hac feria. — In Codice Graecensi saec. XV officium plenum de Gaudio B. Mariae V., quod habebat in Adventu Spiritus Sancti.—Anal. hymn. XXV 173.

F. **B. Mariae V. Immaculata de Apparecida,** dp. 2 cl. in dioec. Fluminis Januarii (Rio de Janeiro) in Brasilia.—Archiv.

Insuper **Missa vot. sol. de Beata** canitur hac feria variis in locis: e. g. in civitate Thel, dioec. Sedunensis (Sion, Sitten) **in Helvetia per** decr. 2 Maji 1886; et in ecclesia S. Quirini (Secquaiae, dioec. Florentinae) in honorem S. Mariae de Succursu, e decr. 24 Feb. 1892.—Archiv.

Feria III post SS. Trinitatis.

F. **SS. Sudarii Dni N. Jesu Ch.,** dp. 1 cl. Genuae in ecclesia S. Bartholomaei, conc. 18 Dec. 1890.—Archiv.—Genuae hoc sudarium creditur esse imago Dni Edessena, dono data Leonardo Montaldo Genuensi a. 1388 a Joanne Palaeologo Imperatore. Festum concessum esse videtur pro universa dioecesi Januensi (Genova) v. 16 Aug.—Dobschuetz, Christusbilder, 1899.—Cal. Genuae approb. 6 Apr. 1914.

Sudarii Capitis Christi (asservati in ecclesia Cathedrali Cadurcensi) dp. maj. in Brev. Cadurcensi (Cahors) 1746.—Bibl. Insulensis.—Rohault. 239.—v. fer. VI ante Dom. Pass.

F. **B. Mariae V. Ardentium,** dp. 2 cl. Atrebati in Flandria (Arras); in dioec. vero dp. maj. e concessione per S.R.C. facta a. 1918. Cal. Atrebatense 1921.—Tempore Colvenerii (Saec. XVI) festum agebatur Dom. II post Pentecosten; exeunte saeculo XVII disparuit.—Verum festi hujus objectum est sacer cereus, qui a. 1105 a Virgine Matre e coelo demissus esse fertur ad curandos eos, qui morbo ignis sacri (Malo ardentium) incensi erant, epota aqua, in quam ex illo cereo guttae stillaverunt.—Cereus sacer colebatur in sacello proprio in foro civitatis. Post rebellionem civilem, a. 1802, cereus honoribus publicis restitutus est, et adhuc servatur Atrebati.—Colv. I 369. — Bal. 276. — Drochon, 103. — N. D. de France, II 500.— Guérin VI 94. — Beissel, Wallf. 420. — Cavrois, Histoire du Saint-Cierge d'Arras, 1892.

F. **B. Mariae V. de Itria,** dp. 1 cl. oct. in ecclesia O. F. Min. civitatis Sorso in Sardinia. — Cal. Prov. S. Mariae Gratiarum pro Sardinia. Bibl. Boll. (dies fixus e Feria III Pentecostes.—Ordo O.S.F. Sicil. 1846.

Feria V post SS. Trinitatis.

SS. CORPORIS CHRISTI, dp. 1 cl. cum oct. privilegiata II Ordinis, festum Universalis Ecclesiae Latinae. — Institutum est primum a. 1247 Leodii (Liège) in Belgio, in ecclesia S. Martini, secundum revelationes a B. Juliana acceptas. Post miraculum in SS. Eucharistia Bolsenae patratum Urbanus IV Papa, die 8 Sept. 1264, festum ad Universam extendit Ecclesiam. Cum vero, propter temporum procellas, pauci tantum novam solemnitatem adoptarent, a. 1311 per Concilium Viennense decretum Urbani confirmatum est. Per motu proprio Pii X Papae sedes festi translata est ad Dom. II Pent., 2 Julii 1911, sed die 24 Julii ejusdem anni huic feriae restituta et privilegium Octavae Epiphaniae ad ejus octavam extensum est.—Acta Sedis Ap. 1911.—Kellner 89.

F. **B. Mariae V. Vadis Peccatorum** hac feria agitur in monasterio Odrinae in gubernio Orloff in Russia.—v. 7 Martii.—Sn. 191.

Feria VI post SS. Trinitatis.

Memoria **Iconis B. Mariae V. de Cypro (Kyprskaja-Korennaja)** agitur hac feria in monasterio Deserti Korennae apud Kursk in Russia.—Sn. 755.

Dominica II post Pentecosten.

Solemnitas SS. Eucharistiae in nonnullis dioecesibus Gallicanis celebrata est centum abhinc annis hac Dominica, assign. e feria quinta praecedente, e. g. in Ecclesia Remensi (Reims, 1812) et Nanceiensi (1830).—Bibl. Boll.

Descensio Unigeniti (Etchmiadsin) in Universa Ecclesia Armena; festum istud institutum esse traditur ab ipso S. Gregorio Illuminatore, ineunte saeculo IV, in gratiarum actionem pro conversione Nationis Armenae ad fidem Christianam.—Nilles II 590.—Tondini, 29, 53.—Buchberger, 1361.

Institutio Confraternitatis SS. Sacramenti hac die cum officio proprio et ritu solemni agebatur saeculo XVIII Parisiis in ecclesia S. Stephani de Monte.—Off. pr. a. 1777. Bibl. National. Paris.

Circuitus Imaginis B. Mariae V. Cancellatae hac Dominica agebatur in civitate Insulensi (Lille) in memoriam miraculorum, quae initium sumpsere hac Dominica, 2 Junii 1254; repositum est festum ad Dominicam ultimam Octobris et 14 Junii (nunc 28 Oct.), 30 Jan. 1887.—N. D. de France II 432.

F. **Cerei B. Mariae V. Ardentium (de la Chandelle)** ritu dp. Atrebati (Arras) h. D. agebatur tempore Colvenerii (Saec. XVI). Ex anno 1918 celebratur Feria III post SS. Trinitatis. q. v.—F. M.

F. **B. Mariae V. Divini Pastoris Matris,** dp. maj. in Cal. dioec. S. Severi 1890.

F. **B. Mariae V. de Fluctibus (Flots),** per missam saltem vot. B. M. V. in sanctuario proprio (N. D. des Flots) juxta Portum Gratiae (Havre de Grace) in Gallia.—N. D. de France V 47.

Feria II infra Oct. Corporis Christi.

F. SS. **Eucharistiae in Flammis Asservatae** seu **"Insignis Miraculi in Corpore Christi",** dp. 2 cl. in Cal. dioec. Bisuntinae (Besançon) approb. 23 Aprilis 1914.—Archiv.—v. 30 Oct.

In Octava Corporis Christi.

F. **Summi Sacerdotii Dni N. Jesu Ch.** ritu dp. 2 cl. seu dp. maj. e saeculo XVII usque ad introductionem Breviarii Romani saeculo XIX agebatur hac feria in plurimis Galliae dioecesibus: Rotomagensi (Rouen,

1736), Electensi (Alet, 1724), Carcassonnensi (1736 et 1824), Nannetensi (1840), Pictaviensi (1827), Meldensi (Meaux, 1852), Constantiensi (Coûtances, 1827 et 1830), Lugdunensi (Lyon, 1844), Tolosana (1849), Aurelianensi (Orléans, 1827), Cenomanensi (LeMans, 1827), Appamiensi, 1836.—Bibl. Boll. et Insulensis.—Hodiedum (ante reformationem Calend. Benedictini) celebratur in abbatia S. Martini in Hungaria ritu solemni III cl. (Ordo 1909).

Feria VI post Octavam Corporis Christi.

F. **SACRATISSIMI CORDIS JESU,** dp. 1 cl. in Universa Latina. Festum antiquius est revelationibus S. Margaritae Mariae Alacoque; primo actum est a. 1672 cum officio a B. Joanne Eudes composito, die 20 Oct., in domibus et ecclesiis Societatis Jesu et Mariae (Eudistarum).—Oeuvres du B. J. Eudes XI, 182.—Post revelationes S. Margaritae Mariae factas hac feria sexta primo celebratum est in ecclesia Paray-le Monial, a. 1686; Vesontione a. 1694; Lugduni a. 1718 (Parisiis in Brev. S. Aureae, 1708). Pro Ecclesia Universa approbatum est cum officio hodierno pro Clero Poloniae et Urbis 11 Maji 1765. In Proprio Vratislaviae a. 1778, d. maj. De praecepto institutum est pro Ecclesia Latina, dp. maj. per decretum 23 Aug. 1856; ad ritum dp. 1 cl. elevatum 28 Junii 1889. Cum octava celebratur Massiliae, in prov. Vallesoletana (Valladolid) in Hispania, a Societate Jesu et plurimis familiis religiosis servitio SS. Cordis Jesu dedicatis.—Kellner 93.—Nilles, De Rat. Fest. 1875.

Quinque Plagarum Dni festum institutum est saeculo XIII et invenitur in libris liturgicis Ecclesiae Collegiatae Fredeslariensis (Fritzlar) in Germania. — Grotefend II 1, 115. — v. Hymnos e Brev. Fredeslariensi ms. saec. XIII. Anal. hymn. XXIII, 27.—v. Officium rythmicum op. cit. XXV, 20.—Pro hac feria concessum est festum a S. Rit. C. pro Dominio Veneto a. 1789.—Archiv.

Reparatio Injuriarum SS. Cordi Jesu in SSma Eucharistia illatarum, dp. maj. in dioec. Carnutensi (Ordo 1888) translato festo SS. Cordis Jesu ad Dom. III post Pentecosten.

F. **Purissimi Cordis B. Mariae V.** in dioec. Campaniae (in regno Neapolitano) translato festo SS. Cordis Jesu ad Dom. III post Pentecosten.—Ordo 1895.—In nonnullis breviariis Gallicanis in festo SS. Cordis Jesu hac die fit c. Cordis Mariae e. g. in Lodovensi a. 1832 et in Atrebatensi 1838. Hanc commemorationem hodiedum faciunt Bellovaceses (Beauvais).—Propr. Bellov. 1886.—F. M.

F. **B. Mariae V. Dolorosae,** more Latinorum, cum officio proprio hac feria agunt Rutheni Uniti.—Nill. II 489.—F. M.

F. **B. Mariae V. Matris Dei de Balikino** fit hac feria Balikini juxta Starodubam, in provincia Tshernigoviae in Russia, in honorem iconis Dei Matris Filiolum adorantis.—Shipman, 40.—Sn. 367.—v. 30 Junii.

Memoria **Iconis B. Mariae V. de Dechtjarovia (Dechtjarowskaja)** in libris liturgicis Russorum.—Imago colitur in ecclesia pagi homonymi apud civitatem Nowgorod-Sewersk.—Sn. 755.

Sabbato ante Dom. III post Pentecosten.

F. **Purissimi Cordis B. Mariae V.** huic feriae assignatum ante reformationem Calendariorum inveni in calendariis dioec. Puno (Peruvia) 1896, dp. 2 cl.; in archid. Michoacanensi (Mexic.) dp. maj. (Ordo 1888) et in dioec. Clodiensi (Chioggia in Venetianis, Ordo 1869).—Tempore reformationis (1914) haec feria assignata est tanquam sedes propria hujus festi; et inveni illud: dp. 1 cl. oct. in Cal. (20 Febr. 1914) Congregationis Missionariorum Filiorum Immaculati Cordis Mariae; ut Patronale Japoniae, dp. 1 cl. oct. (Cal. Paris. Miss. 1914); in Ordine Passionistarum (Ordo 1921), ut Patronale Reipublicae Aequatorianae (Ordo 1918), in Oratorio S. Philippi London. (Cal. 21 Febr. 1914); in dioec. Pratensi (Etruria, Cal. 18 Feb. 1914), Antissiodorensi (Autun, 28 Apr. 1914), Bracarensi (Braga, 12 Maji 1914), Ravennatensi (1914), Hispalensi (1914), Sagiensi, Ruthenensi, Petricordiensi, Zuliensi, in Ordine Constantiniano (1919), Servorum Mariae (1914), apud Mercedarios, Marianistas, Augustinianos ab Assumptione, in Societate Jesu, Congregatione Cordium Jesu et Mariae, Societate Mariae, in dioecesi Hierosolymitana, etc.—Archiv.

Compassionis B. Mariae V. f. "novem dominorum" annuntiatur hoc Sabbato in breviario ecclesiae SS. Simonis et Judae Goslariensi (Germania) a. 1522.—Grotefend II 1, 57.—Item in regula chori ecclesiae Verdensis, 1525, ib. 198.—Adhuc (usque ad reformationem Calendarii) extat in Proprio Hildesiae et agitur ritu simplici cum III lectione in Cathedrali tantum. cf. Propria moderna Hildesiae. — In Missali Halberstadtensi 1486 signatur **Compassio** sive **Transfixio Mariae** pro "altera die festi Corporis Christi", i. e. post octavam ejus.—Grotefend II 1, 60.—v. decem officia rythmica de Compassione B. Mariae V. in Anal. hymn. XXV 122 ss.

F. **B. Mariae V. de Miraculo Cerae,** dp. maj. in Calendario Eborae, 1914. v. Dom. III post Pent.

Dominica III post Pentecosten.

F. **SS. Cordis Jesu** hac Dominica agebatur in multis Galliae dioecesibus etiam post adoptionem Ritus Romani: Parisiensi (ab a. 1787), Viennensi (1784), Carnutensi (Chartres), Pictaviensi (Poitiers), Blesensi (Blois), Albiensi, Catalaunensi (Châlons), Turonensi, Gratianopolitana (Grenoble) Ruthenensi (Rodez), Atrebatensi (Arras), Valentina, Valleguidonensi (Laval) etc. Item in dioec. Bredana (Hollandia), Lucensi et Campaniensi (Ital.). Nunc ubique terrarum festum SS. Cordis agitur Feria VI ante hanc Dominicam.—Eadem Dom. III post Pent. festum SS. Cordis invenitur in Breviariis Gallicanis, e. g. in Sanctorali Macloviensi (Saint-Malo) 1768, in Brev. Constantiensi (1826), Rupellensi (La Rochelle, 1826) et Lodovensi (1832).—Bibl. Boll. et Insulensis.

F. **Sacerdotii Dni N. Jesu Christi** signatur in hac Dominica in brev. Chori Tarbiensis 1844 ritu dp. 1 ordinis; item in Brev. Remensi 1812 et Nanceiensi 1838.—Bibl. Boll. et Insulensis.

F. **SS. Nominis Jesu,** dp. 3 cl. in Cathedrali Noviomensi (Noyon) et in ecclesiis parochialibus civitatis.—Brev. Noviomense 1770. Bibl. Insul.

F. **SS. Redemptoris,** dp. maj. pro dioec. Melitensi (Malta), approbatum 28 Apr. 1802, translato festo B.M.V. a Charitate e Dom. III ad Dom. IV post Pent.—Archiv.

F. **Triumphi S. Crucis,** dp. maj. in Cal. dioec. Massae et Carrarae 1888. cf. 16 Julii. idem festum in Cal. Massae 1827 et 1875.—Archiv.

F. **Purissimi Cordis B. Mariae V.,** dp. maj. in permultis Ecclesiae Latinae dioecesibus. cf. 8 Febr. Primo celebratum est hac Dominica, inconsulta S. Rituum Congregatione, Panormi (Palermo) in Sicilia, a. 1800; deinde, cum approbatione S. Rit. C. (31 Aug. 1805) a Clericis Regularibus Matris Dei.—Nilles. Rat. Fest. 486 et 489;—dp. 2 cl. in Congregatione Presbyterorum a S. Corde Jesu. In reformatione Calendariorum festum aliis diebus assignatum est.—Archiv.

F. **Humilitatis B. Mariae V.,** dp. maj. in dioec. Albanensi.—Ordo 1910; item Romae in ecclesia S. Apollinaris, conc. 18 Junii 1892.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Charitate,** dp. maj. in Cal. Ord. Militaris Equitum S. Joannis, 1793.—Bibl. Boll.—Anno 1802 transl. ad Dom. IV post Pent. Hoc festum proprium est Ordinis S. Joannis, unde agitur etiam in dioec. Melitensi, huius Ordinis sede principali. v. Dom. IV post Pent.

F. **Puritatis B. Mariae V.,** dp. maj. in dioec. Bononiensi (Bologna) 1890.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. 2 cl. in dioec. Burgi S. Sepulchri, ubi colitur imago " Delle Grazie ".—Decr. 26 Nov. 1898.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Rosis,** dp. maj. in dioec. Bergomensi.—Sacellum B.M.V. Rosarum a. 1417-1421 aedificatum est Albani juxta Bergomum; festum S. M. de Rosis die 30 Maji celebratum fuit a saeculo XV; periit cum sanctuario a. 1846, sed restitutum cum officio proprio a. 1877; per decretum S.R.C. 1880 extensum est ad dioecesim Bergomensem et Dom. III post Pent. assignatum; ex decreto 16 Febr. 1900 agebatur Dom. IV Januarii; nunc vero (Cal. approb. 27 Dec. 1913) die 27 Januarii.—Archiv. —Ricc. V 45. F. M.

Apparitio et Coronatio B. Mariae V. de Monte Sancto, dp. maj. in dioec. Goritiae (Goerz) in Istria.—Cal. Gorit. 1884.—In monte " dell' Acqua " a. 1539 apparuit SS. Virgo puellae, unde ibi exstructa est ecclesia. Incoronata imago 6 Junii 1717. Concessum est festum a. 1749 in patriarchatu Aquilejensi agendum.—Ricc. IV 133.—Rudnicki 152.—F. M.—

Furente bello inter Italiam et Austriam imago in Cathedralem Goritiensem translata et sanctuarium ejus penitus eversum est. Reaedificato templo icon sacra monti suo restituta est solemni processione die 3 Octobris 1922. —Annuario Cattolico Italiano 1923, 74.—Festum nunc fit die 1. Junii.

F. **B. Mariae V. Agonizantium,** f. devotionis in dioec. Tropiensi in Calabria.—Ordo 1897.

Manifestatio Imaginis B. Mariae V. vulgo del Conforto, dp. maj. in dioec. Volaterrae (Volterra) in Etruria.—Ordo 1888.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Aquilana.—Ordo 1892; idem f. in dioec. Pisaurensi (Pesaro).—Ordo 1888.

F. **B. Mariae V. Divini Pastoris Matris,** dp. maj. in archid. Consentiae in Calabria.—Ordo 1888.

F. **B. Mariae V. in Miraculo Cerae,** dp. maj. in dioec. Eborensi in Lusitania.—Ordo 1907.—Anno 1372 in maxima pluviarum inundatione, die 24 Maji, habita est supplicatio civitatis et 12 cerei ingentis magnitudinis coram icone B. Mariae V. accensae sunt; subito cessavit pluvia et erupit sol, unde institutum hoc festum.—Off. pr. Ebor.

F. **B. Mariae V. de Valle Catamarcensi,** dp. maj. in dioec. Paranà et S. Fidei in Argentina (in America merid.). — Cal. 1901 et 1908.— Archiv.—v. Dom. II post Pascha et 16 Dec.

F. **Septem Gaudiorum B. Mariae V.,** dp. 2 cl. in conventibus O. F. Min. Reipublicae Aequatorianae, fixum e Dom. post Octavam Assumptionis B. Mariae V., ex decreto 1 Sept. 1906, quia festum paronale Reipublicae (Cordis B. M. V.) agitur in illa Dominica.—Cal. O. F. Min. Reipubl. Aequatorianae (Ecuador) 1907.

Commemoratio B. Mariae V. Lauretanae, dp. maj. Bruxellis in ecclesia SS. Joannis et Stephani.—Epistola Rev. Parochi eccl. PP. Minimorum, 1907.—Anno 1621 juxta hanc ecclesiam exstructum est sacellum ad instar Domus Lauretanae, quod a. 1796 restauratum est. — Vierges miraculeuses, 222 ss.

Feria II post Dom. III post Pentecosten.

F. **Patrocinii Immaculatae Conceptionis B. Mariae V.,** dp. maj. Bagnoli, dioec. Nuscensis.—Cal. approb. 3 Aug. 1914.—Archiv.

Feria V post Dom. III post Pent.

F. **Eucharistici Cordis Jesu,** dp. maj. concessum pro clero Romano et singulis dioecesibus petentibus, 9 Nov. 1921. — Finis hujus festi est commemoratio amoris Christi in SS. Eucharistiae mysterio; insuper desiderat Ecclesia, mediante hoc festo, magis excitare in Christifidelium animis fiduciam et accessum in SS. Eucharistiae mysterium, eorumque corda ferventius inflammare igne divini amoris, quo Dnus infinita Charitate in

Corde suo flagrans, SS. Eucharistiam instituit, suosque discipulos in eodem SS. Corde Suo custodit ac diligit, vivens et manens in eis sicut ipsi vivunt et manent in illo, qui in ejusdem SS. Eucharistiae mysterio se nobis offert ac donat, victimam, socium, cibum, viaticum et futurae gloriae pignus.—v. Decretum institutionis.—v. 22 Jan.

Feria VI in Octava SS. Cordis Jesu.

F. **Vitae Interioris Dni N. Jesu Ch.,** dp. maj. in Brev. Massiliensi (Marseille) a. 1826 cum officio proprio.—Bibl. Bolland. et Insulensis.

Commemoratio Consecrationis quam prima omnium Respublica Aequatoriana fecit SSmo Cordi Jesu, dp. 2 cl. Cal. Quiti 18 Maji 1915 et 9 Junii 1920. Consecratio solemniter peracta est die 25. Martii 1874 in Cathedrali Quitensi ab Archiepiscopo et a Garçia Moreno praeside.

Dominica IV post Pentecosten.

F. **SS. Cordis Jesu,** solemne cum com. Cordis B.M.V. in Brev. Cenomanensi (Le Mans) 1823.—Bibl. Insulensis.

F. **B. Mariae V. Gratiarum de Corde Jesu,** Titul. ecclesiae O. F. Min. Sliemae in Melita insula, dp. 1 cl. oct.—Ordo Custodiae Melitensis O.F.M. 1908, transl. e Dom. III post Pent. per decr. 11 Sept. 1899.—cf. 31 Maji.

F. **B. Mariae V. de Charitate,** dp. maj. in dioec. Melitensi (Malta) et Gaudisiensi (Gozo).—cf. Calendaria. Agebatur hoc festum olim a militibus Joannitis Dom. III post Pent.—Archiv.—F. M.

F. **B. Mariae V. Matris S. Spei,** dp. maj. conc. pro clero Cathedralis Suessanae (Sessa Aurunca) 31 Maji 1817; extensum ad dioecesim 24 Nov. 1818.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Misericordia,** dp. 2 cl., die 13 Martii 1802 concessum pro Pisiniano, dioec. Lyciensis, cum officio a. 1704 approbato pro Genua. Imago ibi colitur prodigiis clara et agitur festum specialiter a presbyteris Servis B. Mariae a Misericordia, missionibus addictis.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Divinarum Gratiarum,** dp. 1 cl. cum oct. in ecclesia B.M.V. "delle Grazie" Canonicorum Regularium Lateranensium.—Cal. 1899.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** Titul. ecclesiae propriae Panormi, dp. 1 cl. oct.—Ex epistola Rev. P. Perricone parochi S. M. de Monteserrato Panormi, a. 1901.—Gump. 622.

F. **B. Mariae V. tit. Refugium Peccatorum,** dp. maj. in archid. Theatina (Chieti).—Ordo 1899.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. maj. in dioec. Scyllacii (Squillace) in Calabria.—Ordo 1887.

Varia alia festa ante reformationem Calendariorum huic Dominicae assignata erant. **Cordis B. M. V.** in Oratorio S. Philippi Londiniensi; **B.M.V. Divi Pastoris Matris** in dioec. Cephaludiae in Sicilia; **Puritatis B. M. V.** in dioec. Sutrina; **B. M. V. de Perpetuo Succursu,** in dioec. Valvae et Sulmonae (ex a. 1884); **B. M. V. Gratiarum** in dioec. Tarbiensi etc.—F. M.

Sabbato ante Dominicam I Junii.

F. **B. Mariae V. de Misericordia,** Titul. Cathedralis Nursiae, dp. 1 cl. oct.—Cal. Nursia (Norcia) approb. 19 Dec. 1913. Archiv. v. Dom. I Junii.

Dominica I Junii.

F. **B. Mariae V. tit. Misericordia,** Patronae secundae civitatis Asculi Satriani in Apulia.—Jamdudum agebatur ritu dp. maj. in honorem iconis pervetustae, quae Asculi colitur in ecclesia propria. Per decr. 1 Apr. 1898 S. Maria de Misericordia declarata est in Patronam secundariam civitatis et elevatus ritus ad dp. 2 cl. oct. in civitate.—Archiv.—Ordo Ascul. 1900.

F. **B. Mariae V. de Misericordia** solemnitas, Titul. Cathedr. Nursiae (Norcia) dp. 1 cl. oct., conc. 23 Aug. 1766.—Off. propr. indultum est 19 Maji 1864.—Archiv. — Ordo 1899. — Nunc agitur festum sabbato praecedente.—Annuario 1924, p. 764.

F. **B. Mariae V. de Misericordia,** dp. 2 cl. Panormi, in ecclesia Monialium O. Capuccinorum. Per decretum 10 Maji 1905 elevatum a dp. maj. ad dp. 2 cl.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Misericordia,** dp. maj. in dioec. Aquini (Italia).—Ordo 1895.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** Titul. ecclesiae propriae Farnesii, pro monialibus S. Clarae Farnesii, dp. 1 cl. oct.—Ordo O. F. Min. prov. Romanae S. Michaelis, 1900 et 1907.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. Veronae in ecclesia Paradisi Patrum S. Camilli, propter iconem miraculosam.—Epistola Rev. P. Ludovici Pinazzoni, 2 Feb. 1903.

F. **B. Mariae V. Gratiarum** h. D. fieri Romae in ecclesia SS. Rochi et Martini (via Ripetta) v. Diario Rom. 1921, p. 204. Cal. approb. a. 1914, dnae missae de S. Matre Gratiarum. Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Collensi (Etruria), e conc. 26 Sept. 1890.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum** ritu dp. maj. in honorem iconis prodigiis clarae agitur h. D. in ecclesia monialium della Fondezza in civitate Bononiensi (Bologna), e conc. 31 Jan. 1834.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Miraculosae.** Inter sanctuaria dioecesis Ventimiglia in Annuario Catholico 1924 numeratur "La Madonna Miraculosa" in terra Taggia, cujus festum agitur Dom. I Junii. p. 434.

F. **B. Mariae V. vulgo del Conforto,** dp. 2 cl. in dioec. S. Miniatis in Etruria.—Ordo 1901;—idem festum dp. maj. in dioec. Pisciensi (Pescia) (1888) et Volaterrae (1902).—Calend.

F. **B. Mariae V. tit. Matris Pietatis,** dp. 2 cl. Mondragone in Montibus Albani; a Dom. ante 15 Aug. translatum ad Dom. I Junii, 20 Nov. 1889.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Strata,** dp. maj. in dioec. Telese et Cerreto in Italia, conc. a. 1908. In proprio sanctuario vero dp. 1 cl. oct.—Archiv.

F. **B. Mariae Angelorum Reginae,** dp. 1 cl. oct., Titul. conventus monialium Capuccinorum Castulae. — Ordo Monial. Capucc. Etruriae, 1847.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. maj. in dioec. Aversae.—Cal. Aversae 1831 et 1833. Bibl. Boll.

F. **B. Mariae V. Divini Pastoris Matris,** dp. maj. in archid. Barensi in Apulia. Off. propr. Item in dioec. Amalphitana (1896), Fossanensi (conc. 12 Nov. 1894), Ruvensi etc.—Calendaria. In dioec. S. Angeli Lombardorum, dp. maj. Dom. proxima Calendis Junii. Archiv.

F. **Puritatis B. Mariae V.** festum in dioec. Urbaniae et S. Angeli in Vado.—Cal. 1888.

F. **Coronationis B. Mariae V. de Puritate** agebatur usque ad annum fere 1890 Romae in ecclesia S. Salvatoris in Campo, in honorem iconis miraculosae S. M. de Puritate, quae ineunte saeculo XVI prodigiis infulsit. Incoronata est Dom. I Junii 1648.—Diaria Romana, 1823-1888. —Nunc festum agitur Dom. III Oct.—Gump. 117.

F. **B. Mariae V. titulo Potentiae (Virgo Potens),** dp. maj. Neapoli in ecclesia asceterii S. Gregorii, e conc. 7 Junii 1825.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Portu Salvo,** Neapoli in ecclesia nautarum. Missa propria canitur de B.M.V. de Portu Salvo, approbata pro S. Maria de Capella, Romae, Junii 1801.—Ex indulto 19 Apr. 1839 omnes Missae de Beata.—Archiv.

F. **S. Mariae Angelorum,** Placentiae (Piacenza) in paroeciali eccl. S. Sabini; omnes missae de Beata, ex indulto 26 Aug. 1826.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Valle Francisca** agitur in sanctuario proprio dioec. Sorae; missae omnes de B. Maria V. e decr. 5 Sept. 1902.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Bono Consilio,** dp. maj. S. Marini (Republ.) in ecclesia Capuccinorum.—Ordo Capucc. prov. Almae Domus Lauretanae 1853. Bibl. Boll.

F. **B. Mariae V. Reginae Sanctorum Omnium,** dp. maj. Ordo Missionariorum B.M.V. de La Salette.—Ordo 1909.

F. **B. Mariae V. tit. Odigitriae,** ex decreto S. Rit. C. agitur h. D. Constantinopoli in ecclesia SS. Petri et Pauli O. Praedic.—Quam iconem Patres Dominicani credunt veram esse Odigitriam "a Luca pictam" (v. feria III Pent.) ex ecclesia S. Mariae de Galata a. 1629 translatam ad ecclesiam SS. Petri et Pauli, a. 1855 incoronatam et luna aurea decoratam. N. Dame, 2 Apr. p. 117 (Paris).

F. **B. Mariae V. tit. Refugii Peccatorum,** dp. maj. in dioecesibus provinciarum Fluminis Januarii (1904), Bethlehem de Parà et SS. Salvatoris de Bahia (1902) in Brasilia.—v. Calend.

F. **B. Mariae V. de Monte Serrato,** dp. maj. in dioec. S. Joannis de Cuyo in Argentina.—Off. pr. 1904.

F. **B. Mariae V. in Miraculo Cerae,** dp. maj. agebatur in dioec. Macaensi (China) ex antiqua consuetudine, assign. e Dom. III post Pent. (festum Eburense), sed a. 1894 in approbatione novi Calendarii a S. Rit. C. cum multis aliis festis suppressum est.—Archiv.

Commemoratio B. Mariae V. de Columna, dp. 2 cl. in dioec. Conimbrigensi (Coimbra), Lamecensi (Lamego) et Visensi (Viseu) in Lusitania, conc. 12 Junii 1747 Canonicis Regularibus S. Augustini Conimbrigensibus, quorum calendarium in usu erat in dioecesibus supramemoratis.—Gardellini II 20.—v. 12 Oct.

Prima Feria II Junii.

F. **B. Mariae V. de Angustiis,** Patr. Princ. civitatis Verae in dioec. Almeria in Hispania, dp. 1 cl. oct., sub officio Septem Dolorum Mariae.—Ordo Almeriae, 1898.

Prima Feria III Junii.

F. **Miraculorum B. Mariae V. Avenioneti (Avignonet),** dioec. Tolosanae ritu dp., cum officio proprio. Hac feria, ipso momento quo post bellum Albigense interdictum ab ecclesia Avenioneti sustulit Martinus IV, sponte sua cum fragore patefactae sunt templi januae.—N. D. de France III 262.—Guérin VI 294.—Drochon 659.

Prima Feria VI Junii.

F. **SS. Crucifixi Dni N. Jesu Ch.,** sub officio Quinque Vulnerum 22 Nov. 1825 concessum est pro clero terrae Corleone, dioec. Monregalensis in Sicilia.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. Divini Pastoris Matris,** dp. maj. in Congreg. Pretios. Sanguinis.—Off. propria.

Primo Sabbato Junii.

Inventio Imaginis B. Mariae V. Miraculorum Andriae, hac feria agebatur Andriae in monasterio Congregationis Cassinensis O. S. Benedicti, in cujus ecclesia haec imago colitur. Per decr. 23 Nov. 1602 translatum est festum ad III Sabbatum Junii.—Anal. Juris Pont. VII 18. v. Dom. I Maji.

Dominica post 4 Junii.

Manifestatio Imaginis B. Mariae V., dp. 2 cl. Romae in ecclesia S. Mariae in Cosmedin.—Cal. propr. 1898.—In festo Pentecostes, 5 Junii 1672, inter hymni angelici concentus, imago byzantina reclusa subito seris mirabiliter fractis magno fulgore circumfusa adstantibus apparuit. Clemens XIII concessit festum, Pius IX officium approbavit.—Gump. 386.—Bomb. I 109.—v. 5 Junii. F. M.

Dominica II Junii.

F. **B. Mariae V. de Strata,** dp. 2 cl. in omnibus Societatis Jesu ecclesiis, e concessione S. R. C. a. 1890. Imago a S. Francisco de Borgia Romae e sacello diruto S. Mariae de Strata (de Astallis) translata est, primo in ecclesiam S. Marci, deinde, a. 1575 in novam ecclesiam SS. Nominis Jesu, ubi magna devotione colitur in capella propria. Incoronata 14 Aug. 1638 et, diademate furto ablato, iterum die 14 Junii 1885. Nunc festum agitur die 24 Maji.—Bomb. I 27.—Armellini 485.—Beissel, Wallf. 93. Festum est Titulare eccl. Soc. Jesu in civit. Quebecensi.

F. **B. Mariae V. sub titulo Gratiarum,** dp. maj. Pisauri (Pesaro) in ecclesia Capuccinorm. Objectum est imago miraculosa.—Ordo Capucc. Prov. Lauretanae, 1853.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Engolismensi (Angoulême) in Gallia.—Cal. 1903. Archiv.

F. **B. Mariae V. de Misericordia,** dp. maj. in dioec. Nicaeae (Nizza).—Propr. 1865.

In Cal. Macaoensi a. 1894 h. D. f. **B.M.V. de Perp. Succursu;** in dioec. Tulancingo (Mex.) f. **B. V. Divi Pastoris Matris,** dp. maj.—Archiv.

Dominica post 11 Junii.

Manifestatio B. Mariae V. Gratiarum, dp. 1 cl. oct. Titul. ecclesiae S. M. Gratiarum Romae ad Portam Angelicam. Imago a. 1587 ex Hierosolymis Romam allata die 10 Junii 1618 cultui exposita subito prodigiis inclaruit. Incoronata est 9 Junii 1644.—Bomb. II 117.—Armellini p. 790.—F. M.

Sabbato ante Dominicam III Junii.

F. **B. Mariae V. de Strata Cupa,** dp. 2 cl. Romae in ecclesia S. Mariae Transtiberinae (a. 1687 dp. maj.). — Cal. approb. 1914. — Ordo 1921.—F. M.—v. Dom. III Junii.

Dominica III Junii.

Manifestatio Imaginis B. Mariae V. de Humilitate seu de Strata Cupa, dp. 2 cl. (a. 1687 dp. maj.), Romae in ecclesia S. Mariae trans Tiberim. Picta in muro supra portam vineae in "Strada Cupa" a. 1624 miraculis inclaruit, unde 27 Junii 1624 translata est in ecclesiam S. Mariae. Incoronata 5 Apr. 1634. Concessum est festum 2 Junii 1635.—Bomb. II 39.—F. M.

Translatio Iconis B. Mariae V. a S. Luca, Totum Duplex, Romae in ecclesia SS. Dominici et Xysti, O. P. "a S. Luca picta", e CPoli Romam allata, e S. Agatha in Turri a. 1219 in ecclesiam S. Xysti translata et Dom. III Junii 1640 in novam ecclesiam asceterii SS. Dominici et Xysti advecta.—Bomb. III 51.—Idem festum extensum est ad ecclesias O. P. provinciae utriusque Lombardiae. Ordo 1900.—Colv. 19 Feb.—Gump. 624.—F. M.

F. **B. Mariae V. Consolatricis Afflictorum,** dp. maj. in ecclesia collegiata Ord. Cisterciensis Abbatiae nullius S. Martini in Cimino, e conc. 8 Febr. 1825.—Archiv.

F. **S. M. Gratiarum,** Patr. et Titul. ecclesiae Servorum Mariae in conventu S. M. delle Grazie, Pisauri in Piceno, dp. 1 cl. oct.; dp. 2 cl. pro monialibus.—Ordo Serv. M. 1900.—Idem festum dp. maj. in dioec. Pisauri.—Cal. approb. 29 Aug. 1913.—Archiv.

F. **S. Mariae Gratiarum,** dp. 1 cl. oct. Titul. ecclesiae Clericorum Reg. Pauperum Dei Matris Scholarum Piarum Tusculi (Frascati).—Cal. Schol. Piar. 1908. — idem festum apud Servitas in civitate Leitomishl in Bohemia et Uvadae in Pedemonte.—Cal.

F. **B. Mariae V. de Misericordia,** dp. maj. in archid. Panormitana (Palermo).—Ephem. liturg. Feb. 1903, p. 100.

F. **B. Mariae V. de Ponte,** dp. maj. in dioec. Clavarensi (Chiavari) in Liguria. per decr. 11 Aug. 1909.—Cal. 1911.—Sanctuarium B. Mariae V. de Ponte extat in oppido Lavaniani in capite pontis maritimi.—Archiv.—Off. propr.—Pitto, Liguria Mar.

F. **B. Mariae V. Consolatricis,** Romae in ecclesia S. Ambrosii signatur hac Dominica in antiquis Diariis Romanis mediantis saeculi XIX.—Bibl. Boll.

F. **B. Mariae V. de Pace,** dp. maj. in dioec. Neritonensi (Nardò) in Apulia.—Ordo 1901.

F. **B. Mariae V. de Misericordia,** dp. maj. Neapoli apud moniales Theatinas de Benincasa.—Ordo 1847. Bibl. Boll.

F. **B. Mariae V. Divini Pastoris Matris,** dp. maj. in dioec. Fori Sempronii (Fossombrone); Missa propr. conc. a. 1895.—Cal. Fori Sompronii 1911.

F. **B. Mariae V. de Bono Consilio,** dp. maj. in dioec. Cupersanensi (Conversano).—Ordo 1901.

F. **B. Mariae V. de Principio** agitur hac Dom. Neapoli in ecclesia S. M. de Consolatione. Omnes Missae de Beata. Hoc privilegium in honorem ectypi iconis S. M. de Principio, quae colitur in Cathedrali (8 Jan.) concessum fuerat 21 Maji 1846 pro Dom. infra oct. SS. Petri et Pauli; die 20 Maji 1898 vero translata est festi sedes ad Dom. III vel IV Junii.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Lumine** agitur hac Dom. in ecclesia loci Pellaro, dioec. Rheginensis (Reggio di Calabria), e decr. 5 Julii 1891. Omnes Missae de Beata.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Auxiliatricis,** Florentiae in ecclesia "S. Giovannino degli Scolopi". Giglio Florentino, 1909, p. 79.

F. **B. Mariae V. de Capella** fit in ecclesia homonyma civitatis Giennensis (Jaen). Omnes Missae de Beata, e conc. 30 Maji 1893.—Archiv. —Colebatur imago B. Mariae V. de Capella in ecclesia S. Ildephonsi. Traditio Giennesis haec refert: SS. Virgo de coelo descendit in nocte 10 Junii 1430, cum agmine sanctorum in supplicationis formam procedentium e Cathedrali ad ecclesiam S. Ildephonsi, hanc statuam, quae in altari principe consistebat, sacratissimis amplexibus sanctificavit. Sequenti die Giennenses magnam de Mauris reportaverunt victoriam. Unde antiquitus processio e Cathedrali ad ecclesiam S. Ildephonsi, die 11 Junii.—Gump. 369.

F. **B. Mariae V. de Perpetuo Succursu,** dp. maj. in dioec. S. Joannis de Cuyo (Argentina).—Cal. Idem f. in eccl. S. Francisci Salesii, civit. S. Ludovici (St. Louis, Missouri) per duas missas B. V. Perp. Succ. e concessione obtenta 8. Jan. 1915; imago B.M.V. Perpetui Succursus colitur in capella laterali.

F. **Prodigiorum B. Mariae V.** in dioec. Macaoensis.—Cal. 1896.—Archiv.

Dominica ante festum S. Joannis Nativitatem.

Festum **Tituli S. Crucis Dni N. Jesu Chr.,** dp. maj. in Ordine Militari B. Maria V. de Domo Teutonica in Jerusalem.—Off. propr. 1903. —cf. Dom. ult Jan.

F. **B. Mariae V. de Perpetuo Succursu,** dp. 2 cl. in omnibus ecclesiis Congregationis SS. Redemptoris; dp. maj. vero in plurimis Orbis Latini dioecesibus ante reformationem Calendariorum.—Patr. Princ. dioec. Savannae (Amer. Sept.), Loidensis (Leeds) et Medioborghensis (Middleburgh); Tit. Cath. Concordiae (Amer. Septentr.); dp. 2 cl. in Abbatia Fort Augustus in Scotia. Imago e Creta, exeunte saeculo XV Romam allata in ecclesia S. Matthaei colebatur; qua diruta delituit, donec a. 1865 inventa et cultui reddita est in ecclesia S. Alphonsi; incoronata Dom. ante

f. S. Joannis (23 Junii) 1867. Ista S. M. de Perpetuo Succursu imago cum illa S. M. de Bono Consilio summis in orbe latino honoribus fruitur inter icones Dei Matris. Concessum est festum a Pio IX. v. Off. propr. in Appendice Breviarii.—Beissel, Wallf. 91.—Post reformationem Calendariorum S. R. C. diem 27 Junii festi sedem designavit; sed pro Congregatione SS. Redemptoris sedi suae in Dominica ista reddita est.—Archiv. —F. M.—v. 13. Aug.

F. **B. Mariae V. Miraculorum,** dp. Audomaropoli (Saint-Omer.). —Sic Colv. I 398 et II 457 ex officiis propr. Cathedralis S. Audomari.— Gump. 571. Cal. Audomarense, 1518. Weale I 288.—Off. pr. S. Audomari, 1610 et 1708. Bibl. Boll. — Initium sumpsere miracula a. 1219; supplicatione in honorem hujus iconis ligneae habita servata est civitas ab obsidione per Calvinistas a. 1638. Incoronata est a. 1875.—Beissel, Wallf. 442. — Anno 636 S. Audomarus ecclesiam exstruxit inter ruinas templi Minervae; a. 1271 alia nova ecclesia aedificari coepit, in qua multa patrata sunt miracula, unde festum institutum est. Statua lignea colebatur in sacello proprio in foro civitatis, sed a. 1785 translata est in Cathedralem. Festum antiquum disparuit, sed e tempore coronationis (18 Julii 1875) festum institutum est pro Dom. II Julii. — Drochon, 108. — Bal. 276.— Propr. Audomari 1708.—Bibl. Boll.—N. D. de France II 494.—F. M.

Circuitus Imaginis B. Mariae V. Consolatricis Afflictorum, saltem per Missam vot. sol. agebatur olim ab a. 1256 in pago Verne dioec. Paderbornensis. Colitur ibi parva statua a milite Willehado ibi collocata saeculo XII. Cessasse videtur festivitas.—Aeg. Mueller, Deutsche Gnadenorte, II 359.

Dominica IV Junii.

F. **B. Mariae V. Refugii Peccatorum,** dp. 2 cl. in dioec. S. Severi, ex indulto 26 Nov. 1890; imago recolitur in ecclesia S. Severini, civit. S. Severi.—Archiv.

Apparitio B. Mariae V. Misericordia (Savonensis), dp. maj. in dioec. Gallipolitana in Apulia.—Ordo 1899 et 1910.

F. **B. Mariae V. de Pace,** dp. maj. Spoleti in monasterio S. Gregorii.—Cal. O.S.F. Prov. Seraphicae 1844. Bibl. Boll.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. maj. in dioec. Lyciensi (Lecce). —Off. pr.

F. **B. Mariae V. Consolatricis Afflictorum,** dp. maj. in dioec. Hieracensi (Gerace) in Calabria.—Ordo 1888.

F. **B. Mariae V. Divini Pastoris Matris,** dp. maj. in archid. Surrentina et in dioec. S. Joannis de Cuyo (Argentina).—Ordo 1889.

F. **B. Mariae V. de Perpetuo Succursu,** dp. maj. inter officia propria Fluminis Januarii (Rio de Janeiro) in Brasilia.—Cal.

Dominica post 21 Junii.

F. **B. Mariae V. Agonizantium,** dp. maj. in dioec. Uxentina (Ugento, 1901, conc. 8 Julii 1891) et in dioec. Tropeae et Nicoterae.—Cal. 1892.

Dominica ultima Junii.

F. **B. Mariae V. de Perseverantia,** dp. maj. Romae in ecclesia SS. Salvatoris delle Coppelle (Diaria Rom.). Imaginem hanc S. Philippus Nerius ad infirmos portare solebat (Iconographie 750).

F. **B. Mariae V.** dp. maj., conc. pro dioec. Pinerolo, 13 Sept. 1833; item in dioec. Novariensi.—Cal. 1905.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Auxilii Agonizantium,** dp. maj. in dioec. Monopolitana.—Ordo 1888.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. maj. in Proprio Novarae 1905.

F. **B. Mariae V. Divini Pastoris Matris,** dp. maj. in dioec. Asculana in Piceno.—Ordo 1900.

Incoronatio B. Mariae V. a Portu Salvo per Missam propr. sol. B.M.V. fit hac Dom. Neapoli in ecclesia propria, e conc. 2 Maji 1801, 30 Maji 1829 et 19 Apr. 1839 (Missa pr.).—Archiv.

Puritatis B. Mariae V. f. agitur hac Dom. in omnibus Lusitaniae et Brasiliae dioecesibus ritu dp. maj. e conc. 22 Jan. 1751.—Archiv.;—in dioec. Funchal dp. 2 cl.

Dominica post festum Nativitatis S. Joannis.

Solemnis Commemoratio B. Mariae V. Vavriae (Waveren) in Brabantia agebatur tempore Colvenerii (saec. XVI) in memoriam foederis pacis quod fecere Brabantini et Grimbergani a. 1150. — Colitur Vavriae capsa cum reliquiis Christi et B. Mariae V.—Gump. 899.—Vierges mirac. 205.—Colv. II 457.

F. **Cerei B. Mariae V. Ardentium,** in honorem cerei ad instar cerei miraculosi Atrebatensis (Fer. III post Trinit.) a. 1226 facti (additis guttis e cereo authentico) agebatur in ecclesia hospitalis Ardentium Atrebati.—N. D. de France, II 505.

JULIUS.

I

FESTUM PRETIOS. SANGUINIS DNI N. J. CH. dp. 2 cl. in Eccl. Latina. v. Dom. I Julii.

F. **Cordis B. Mariae V.** in Congregatione SS. Redemptoris ritu dp. maj. agebatur hac die, sed 16 Sept. 1815 translatum est ad Dom. post Oct. Assumptionis.—Archiv.

Vigilia Visitationis B. Mariae V. a Bonifacio IX instituta, sed a Pio V in reformatione Breviarii sublata est.—Colv. h. d.—Binterim V i, 410.

II

"**Festum Tabernaculi,** quod erat in Kirjath-jearim" signatur hac die in antiquo lectionario Hierosolymitano, cujus auctorem S. Cyrillum fuisse tradunt Armeni.—Conybeare 526.—In Menologiis Armenis recentioribus annuntiatur hoc festum ad 5 Augusti et officium peragitur nunc Sabbato ante festum Transfigurationis Dni.—Arca Foederis post captivitatem Philistaeam servabatur in Kirjath-jearim usque ad translationem ejus in Montem Sion. Hoc festum est festum Ecclesiae, quia per arcam Dei et tabernaculum foederis praefigurata est Ecclesia Christi mysteriumque Vivificae Crucis.—Nilles, II 588.

Com. SS. Salvatoris per missam votivam sol. de Transfiguratione Dni fit hac die in capella SS. Salvatoris aedificata a. 1837 tempore morbi cholerae in civitate Cephaludiae in Sicilia.—Ordo 1888.

VISITATIO B. MARIAE V., dp. 2 cl. festum est universae Ecclesiae Latinae. Primo celebratum esse videtur in Ordine Minorum et a. 1263 Breviario Ordinis Seraphici insertum a S. Bonaventura. Constitutio Concilii Cenomanensis de hoc festo (a. 1247) non authentica esse videtur. Cum breviario Fratrum Minorum festum ad plurimos transiit ecclesias, sed non ubique eodem die agebatur, v. g. apud O. F. Min. 2 Julii, Parisiis 27 Junii; Remis 8 Julii; Pragae 28 Aprilis, Abrincis (Avranches) 1 Apr.; Eboraci (York) 2 Apr. — Grotefend, 11, 2 137. — Ad Ecclesiam universalem extensum est 6 Apr. 1389 ab Urbano VI, et 9 Nov. 1389 a Bonifatio, IX ritu dp. cum vigilia et octava, ut Dei Mater visitaret et sanctificaret Ecclesiam pernicioso schismate laceratam. Confirmatum est festum a Concilio Basileensi a. 1441 (Sess. 43) agendum die 2 Julii, die prima libera post octavam S. Joannis. Officium festi composuit Adam Cardinalis Easton, sed in variis dioecesibus varia canebantur officia (rythmica).— In reformatione Breviarii Pius V reduxit hanc solemnitatem, auferendo

officia propria, vigiliam et octavam. Pius IX ritum elevavit a dp. maj. ad dp. 2 cl., 31 Maji 1850. Laureti festum habet ritum dp. 1 cl. oct. Multi ordines religiosi octavam retinent: Carmelitani, Praedicatores, Cistercienses et alii.—Cum Latinis idem festum celebrant Armeni Austriae, Chaldaei Catholici (21 Junii), Copti Catholici (11 Julii).—Nill. Cal. variis locis. —Colv. ad hunc diem.—Kellner 193.—Beissel 306.—W. W. VIII 810. —F. M.

Manifestatio B. Mariae V. de Horto, Titul. Cathedralis et Patr. Princ. civitatis et dioec. Clavarensis (Chiavari) in Liguria, dp. 1 cl. oct. et off. prop., translato festo Visitationis ad 3 Julii.—Concessum est festum pro ecclesia propria 10 Junii 1802 pro 3 Julii; die 12 Julii 1802 S. M. de Horto declarata est Patr. Princ. civitatis Clavariae et festum assignatum diei 2 Julii; officium proprium concessum 16 Junii 1814. In constitutione novae dioecesis Clavarensis S. M. de Horto electa est in Patr. Princ. dioecesis 29 Aprilis 1894. — Archiv. — Imago B. Mariae V. cum S. Rocho et S. Sebastiano tempore pestis (a. 1500) in muro horti picta, a. 1609 et die 2 Julii 1610 se manifestavit.—Ricc. II 166.—Rapalli, propter f. S. M. de Monte Allegro, f. S. M. de Horto celebratur die 4 Julii.—Idem festum die 2 Julii, eodem modo et ritu ac Clavari fit Romae (via dei Sabelli), in Terra Sancta et alibi in instituto Filiarum Mariae SS. de Horto; hujus instituti fundator, B. Antonius Gianelli civis erat Clavarensis. — Epist. Sororis M. Cath. De Niccolini, de Instituto Romano.

F. **B. Mariae V. sub tit. Dnae N. de Monte Allegro,** dp. 1 cl. cum oct. Patr. Princ. Rapalli, in dioec. Clavarensi, ex decreto S.R.C. 31 Jan. 1739 (Archiv.), translato festo Visitationis ad 3 Julii, B.M.V. ab Horto ad 4 Julii.—Imago graeca Transitus B. Mariae V. 2 Julii 1557 inventa est in monte Letho ab agricola; incoronata 27 Julii 1767. Novum officium concessum est 2 Aug. 1900 et festum ad dioecesim extensum die 4 Julii (dp. 2 cl.) agendum.—Archiv.—Ricc. IV 213.

Depositio Pretiosae Vestis Deiparae in Blachernis, festum universae Ecclesiae Graecae et filiarum.—Traditio byzantina fert vestem a. 474 inventam esse in civitate Nazaret et allatam Constantinopolim, ubi a. fere 525 deposita est in nova ecclesia Blachernarum, a Justino I (non a S. Pulcheria) fundata. Collocata est ibi in arca pretiosissima. Secundum Metaphrasten haec vestis erat "maphorion", i. e. velum; secundum Gregorium monachum (saec. IX) "omophorion", i. e. scapulare. Nicephorus Callistu saeculo XIV incertus haeret, quid sit ista reliquia in Blachernis asservata. Aevi posterioris Graeci loculum B. Mariae V. a Juvenali episcopo S. Pulcherniae transmissum in Blachernis recoli putabant. Troparia officii de loculo canunt. Sed tota historia de translatione loculi et fascium sepulchralium rejicienda est inter fabulas (Niessen, Panagia Kapuli 148). Loculus (soros) Blachernis est arca illa pretiosa in qua reposita erat " vestis " Mariae. Sunt qui contendant, arcam post saeculum VIII vacuam fuisse et reliquiam vestis a. 796 a Constantino VI Impera-

tore Carolo Magno dono datam esse et hodiedum servari Aquisgrani (Aachen).—v. Schuetz II 804 ss.—Alii dicunt, vestem a. 1204 a Nivelone episcopo Suessionem (Soissons) esse translatam (Escola 783).—Anno 1437 templum imperiale Blachernarum igne penitus consumptum est.—Armeni Dom. V post Pent. celebrant **Inventionem Veli B. Mariae V.** (Tondini 54); in Calendario apud Nilles (II 588) signantur ista, die 2 Julii: **Inventio Pixidis SS. Deiparae (si vis celebrare, celebrato).**—Max. I 207.—Nill. I 200.—Colv. 2 Julii.—Schuetz II 801, 804.—Koenig, 77. —Gump. 968.—Summa Aurea II 758.—F. M.

F. **Iconis B. Mariae V. Achtyrensis (Achtirskaja)** hac die proprio canone agitur Mosquae in ecclesia propria et Achtyrcae in gubernio Charcoviensi. Inventa est imago B. Mariae ante crucem orantis a. 1739 a Basilio Danilow sacerdote. In Menologio Russico memoria in synaxario matutini.—Mrt. 166.—Mz. II 500.—Sn. 369.

Memoria **Iconis B. Mariae V. Poshaiscensis (Poshajiskaja)** in Menologio Russico. Imago colitur in monasterio Poshaisci a. 1662-1674 exstructo; dono data est fundatori Christophoro Sigismundo Lithuaniae cancellario ab Alexandro VII Papa.—Mz. II 501.—Sn. 374.

Memoria **Iconis B. Mariae V. a Thèodotjevo (Feodotjewskaja)** in Menol. Russico. Imago extat in Cathedrali Rjazanensi; apparuit a. 1487 in pago Theodotjevo dioec. Rjazanensis et translata in Cathedralem. —Mz. II 501.—Sn. 375.

III

F. **SS. Redemptoris,** dp. maj. in dioec. Auximana (Osimo) in Piceno; in Cathedr. dp. 2 cl.—Cal. approb. 30 Apr. 1914.

F. **B. Mariae V. de Gratia,** dp. maj. Pineroli in Pedemonte.—Cal. appr. 23 Jan. 1914.—Archiv.

Humilitatis B. Mariae V. dp. maj. in Proprio O. Servorum Mariae. —Ordo 1900.—F. M.

Miraculi B. Mariae V., festum solemne fiebat olim hac die in ecclesia S. Lupi et Aegydii, Parisiis (Off. prop. 1762, Mus. Brit. Lond.) propter miraculum quod evenit 3 Julii 1418 in laesione imaginis per malefactorem quendam.—Colv. 3 Julii.

F. **S. Cordis B. Mariae V.** cum officio a B. Joanne Eudes composito, die 15 Dec. 1690 per secundum episcopum Quebecensem (de Saint-Vallier) institutum est hac die agendum Quebeci in Canada in Hospitali Sororum S. Augustini de Misericordia.—Oeuvres XI 159.—cf. 8 Febr.

F. **B. Mariae V. de Smolensko (Smolenskaja-Nowgorodskaja)** agitur Novgorodii in Russia in ecclesia Transfigurationis; inventa est 3 Julii 1831 remoto mortuario.—Sn. 378.

IV

F. **B. Mariae V. Refugii Peccatorum,** dp. maj. e Dom. infra oct. Assumptionis assignatum huic diei pro monachis "Brignoline" archid. Januensis (Genova), 4 Julii 1915.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. Refugii Peccatorum,** dp. 2 cl. in omnibus fere Reipublicae Mexicanae dioecesibus ante reformationem calendariorum. —Imaginem secum duxit in itineribus per Italiam B. Antonius Baldinucci S.J.; in ecclesia Societatis Jesu Tusculi incoronata est 4 Julii 1717. Ectypon secum duxit Angelopolim (Puebla) in Nova Hispania (Mexico) P. Joannes de Guica S.J.; alterum ectypon a. 1741 in oppido Caleras, dioec. Angelopolitanae, miraculis inclaruit; unde mediante saeculo XVIII devotio erga N. Dnam de Refugio per universam Mexicum propagata est. —Zodiaco 188 ss. Anno 1899 in civitate Saltillo festum habebat octavam. S. M. de Refugio est Patrona Princip. civitatis Zapopan. — Prop. Prov. Mexic. SS. Francisci et Jacobi 1921.—Hoc festum est Titulare et Patr. Princ. dioecesis Tamaulipas; in recentioribus calendariis invenitur festum Colimae (11 Aug. 1919) et in "Aguas Calientes" (27 Oct. 1917).— Archiv.—F. M. Tusculi festum huius imaginis agitur Dom. IV Octobris.

F. **B. Mariae V. tit. Consolationis** ritu dp. 1 cl. oct. agitur in monasterio hujus tituli O. S. Ben. in Stanbury, archid. Birmingham, in Anglia. Officium novum concessum a. 1896. cf. Propr. O.S.B. Congreg. Anglicae.—Archiv.—F. M.

F. **Prodigiorum B. Mariae V.,** dp. maj. anticipatum hac die e 9 hujus in Reipublicae Aequatorianae dioecesibus, propter festum B.M.V. de Chiquinquirà.—Officia pr. 1888.—F. M.

Memoria **B. Mariae V. de Galata (Galatzkaja)** in Menologio Russico.—Colitur imago ista Moscoviae in ecclesia S. Tychonis, in honorem ectypi iconis Mariae quae celebris est Galatae, in CPolis suburgio. In ecclesia S. Tychonis propria acoluthia concini videtur in honorem istius imaginis.—Mz. II 510.—Sn. 379.

V

Susceptio S. Crucis et S. Spinae Dni N. Jesu Ch., dp. maj. in Calendario Narbonensi a. 1826.—Bibl. Boll.

Gaudiorum B. Mariae V. festum saeculo XVII annuntiabatur hac die in libris liturgicis archidioecesis Parisiensis cum officio a B. Joanne Eudes concinnato.—Oeuvres XI 167.

F. **Puritatis B. Mariae V.** dp. maj. dioecesi Camerinensi concessum est 16 Aug. 1801; eadem concessione, 28 Julii, F. **Maternitatis Mariae** dp. maj.—Archiv.

F. **Iconis B. Mariae V. Oeconomae (Domostroitelnitza, Iconomissa)** in magna Laura Sacri Montis Athonis proprio canone agitur.

Propter famem et inopiam meditanti fugam B. Virgo apparuit S. Athanasio Fundatori saeculo X, promittens se semper in Laura oeconomae munere esse functuram. Unde Laura non habet oeconomum, sed adjutorem tantum SS. Deiparae oeconomae.—De hac icone h. d. fit memoria in Menologio Russico.—Mz. II 517.—Sn. 374.

VI

F. **B. Mariae V. de Carcere (Carceribus),** dp. maj. in dioec. Pratensi (Prato) in Etruria, e concessione 26 Junii 1884. In Ordine 1910 dp. 1 cl. oct. in propria ecclesia dp. 2 cl. in dioecesi, ultima Dom. Julii.—In prisco carcere 6 Julii 1484 apparuit SS. Dei Mater et inventa est imago oculos claudens et aperiens. Anno 1491 primo celebratum est festum.—Archiv.—Ricc. II 222.—Gump. 326.—Sign. I 187.—Beissel, Wallf. 411.—F. M.—v. 7. h.—Nunc agitur die 7. Julii in dioecesi.

VII

Coronatio Iconis B. Mariae V. dp. 2 cl. in civitate Spoleti; dp. maj. in dioecesi Spoletana.—Cal. approb. 30 Martii 1914.—Postquam Fridericus I Imperator Spoletum devastavit, a. 1185, civibus dono dedit imaginem B. Mariae V. e Graecia allatam. Die 7 Julii 1800 incoronata est, et festum concessum 1 Sept. 1802. Officium propr. indultum a. 1906. Cal. Spolet. 1906.—Archiv.

Visitationis B. Mariae V. dp. solemne cum oct. inter officia propria S. Victoris Parisiis, 1552.—Bibl. Musaei Brit.

F. **Patrocinii B. Mariae V.** dp. maj. in Eremo Camaldulensi Montis Coronae Cal. 1899.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Gratia,** dp. maj. in dioec. Oppidi in Calabria.—Ordo 1888.—F. M.

Manifestatio B. Mariae V. de Carceribus, dp. maj. in dioec. Prati, assign. ex heri in Cal. approb. 12 Julii 1912 et 18 Feb. 1914. v. heri.

Circuitus B. Mariae V. sub titulo Dulcis Matris (De soete Lieve Vrouwe van Hertogenbosche), dp. 2 cl. in dioec. Boscoducensi (Bois-le-Duc, Hertogenbosche). — Off. prop. conc. a. 1904. — Archiv.—Agebatur cum circuitu festum primo Dom. post festum S. Joannis, deinde Dom. post II Julii. — Wichmans 102. — Beissel, Wallf. 376. — Imago a. 1629 a catholicis Bruxellam translata et 16 Maji 1641 iterum Boscoduci cultui tradita est in ecclesia S. Jacobi. In Proprio Silvaducensi a. 1724 vocatur hoc festum: **Deportatio Imaginis B. Mariae V.** — Vierges mirac. 104.—F. M.

F. **B. Mariae V. Blachernitissae (Wlachernskaja)** Moscoviae in Cathedrali Obdormitionis B. Mariae V. et alibi in Russia. Hanc praeclarissimam iconem, quae differt ab icone Odigitriae, destructa (a. 1437)

ecclesia Blachernarum CPoli, in Montem Athonem et 17 Oct. 1654 Mosquam allatam esse tradit Maltzew II 526, sed perperam eam cum Odigitria confundit. De hac icone 7 Julii fit commemoratio in Menologio Russico universali.—Sn. 381.—Beissel, Wall. 391.

VIII

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** Patr. Princ. Ferrarae, dp. 1 cl. oct. assign. h. d. in Cal. Ferrarae approb. 1 Dec. 1913, e Dom. II Julii q. v. —Archiv.

Gaudiorum B. Mariae V. f., dp. maj. in Proprio Eudistarum 1890. —Hoc festum institutum est a B. Joanne Eudes pro Congregatione sua, die 8 Julii agendum a. 1652, cum officio proprio a semetipso concinnato. Denuo approbatum est a S. Rit. C. 16 Apr. 1874 cum officio quo utitur Ecclesia Lusitana. In Cal. 8 Martii 1914 approbato, sublatum est, sed restitutum 21 Maji 1920.—Archiv.—Oeuvres XI 167.

Visitationis B. Mariae V. f. ritu dp. cum oct. medio aevo agebatur hac die in dioec. Remensi (Reims) et dioec. Genevensi. — Grotefend II 137.—cf. Brev. Remense 1630. Bibl. Boll.—F. M.

Apparitio B. Mariae V. Kasanicae (Kasanskaja), festum universae ecclesiae Russicae. Inventa est imago 8 Julii 1579 post incendium civitatis Kasan inter rudera; festum primo institutum est pro dioecesi Kasanensi; a. 1649 vero ad totam ecclesiam Russicam extensum. Innumeri per Russiam coluntur ectypa; hodie praeclarissima est omnium imaginum Deiparae quas venerantur Russi.—Mz. II 532.—Mrt. 172.—Mz. et Sn. plurimas enumerant icones, quae sub titulo Kasanicae per Russiam coluntur et in Menologio Russico commemorantur.—Sn. 383-425.—Mz. II 534 ss.—cf. 22 Oct.—F. M.

F. **Miraculosae Imaginis B. Mariae V. Ustjugensis (Ustjugskaja)** agitur in dioecesi Ustjugensi et Mosquae in Cathedrali Obdormitionis Mariae, hac die in festo S. Procopii Ustjugensis, qui anno 1290 coram hac icone B. Mariae V. Annuntiatae orans civitatem Ustjugensem a pluvia lapidea liberavit. Anno 1567 imago translata est in Cathedralem Mosquensem, jubente Joanne Terribili. In Menologio Russico memoria hujus iconis in synaxario matutini, die 8 Julii.—Mrt. 172.—Mz. 538.—Sn. 426.—Agitur hoc festum etiam a Serbis.—F. M.

Memoria **Apparitionis Imaginis B. Mariae V. Rshevensis (Okowitzkaja-Rshewskaja),** quae evenit a. 1539 in civitate Okowitzka in gubernio Tverensi signatur hac die in Menologio Russico. Anno 1540 imago translata est Moscoviam, ubi ei ecclesia propria aedificabatur.— Mz. II 530.—cf. 11 Julii.—Sn. 426.

Memoria **B. Mariae V. de Teneritudine (Umilenie)** signatur h. d. in Menologio Russico, in honorem iconis homonymae Novgorodiae in ecclesia SS. Trinitatis, ubi miraculis inclarescere coepit 8 Julii 1337.— Sn. 425.

Missa vot. sol. B. Mariae V. et processio notatur ex dotatione hac die pro Cathedrali Seguntina (Siguenza) in Ordine Hispanico 1640 et 1718. in Bibl. Boll.

IX

F. **Quinque Plagarum Dni** dp. celebratur in antiquo Breviario Turonensi. — Guyet, de Dierum Fest. celebratione, 1729, p. 385. — Bibl. Univ. Friburg.

Susceptio Coronae Spineae, dp. maj. in dioec. Mimatensi (Mende). —Cal. approb. 18 Martii 1914.—item in dioec. Pampelonae (Hisp.).— Cal. approb. 24 Martii 1914.

Prodigiorum seu Patrocinii B. Mariae V. f., dp. maj. agebatur hac die Romae et in multis aliis dioecesibus Italiae, Galliae etc. in memoriam miraculi motionis oculorum, quo plurimae in Italia a. 1796 (v. 26 Junii) infulserunt B. Mariae V. imagines, imprimis Romae, die 9 Julii. Concessum officium et Missa 24 Junii 1797.—G. Marchetti, Centenario di Maria SS. avvenuti in Roma nel 1796.—In reformatione Calendariorum hoc festum penitus interiise videtur (1914).—F. M.

F. **B. Mariae V. Reginae Pacis,** dp. 2 cl., ex indulto 7 Sept. 1658 in Congregatione SS. Cordium Jesu et Mariae.—Cal. 1826, 1837 et Cal. approb. 14 Febr. 1914.—Idem festum dp. 1 cl. oct. Patronale Regularium Prov. Flandriae O. Carmel. Cal. 1903 et 1914. — Archiv. — item Patr. Princ. civitatis Honolulu in Oceania. — Ordo 1909. — Effigies B.M.V. de Pace, super portam ecclesiae Capuccinorum Parisiis posita miraculis fulgere coepit 24 Sept. 1651; die 9 Julii 1658 translata est in novum sanctuarium. Nunc, ex anno 1806, colitur in ecclesia Sororum SS. Cordium (Rue Picpus).—N. D. de France I 79.—Drochon 13.—Archiv.—F. M.

F. **Humilitatis B. Mariae V.,** dp. maj. in dioec. Theatina (Chieti) et Vastensi.—Ordo 1888. Nunc vero agitur Dom. IV Sept. Ordo 1899. —F. M.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. concessum 2 Junii 1818 pro dioec. Compsana (Conza), et Larinensi, et Montis Cassini (1908).—Insuper agitur in dioec. Salernitana, Consentina, et Nicaeensi (Nizza).—cf. Calendaria.

F. **B. Mariae V. de Gratia,** dp. maj. e conc. 18 Febr. 1899. Imago S. M. Gratiarum colitur Parmae in ecclesia S. Blasii.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Luce,** dp. maj. in dioec. Civitatis Castellanae in Etruria.—Cal. approb. 28 Martii 1914.—Cal. 1833 et 1835.

F. **Patrocinii B. Mariae V.,** dp. maj. in dioec. Perusina (Perugia), assign. e Dom. II Julii, q. v. Cal. approb. 23 Julii 1914.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum de Caprimonte,** dp. maj. apud Carmelitas Discalceatos in Provincia Brabantiae; in basilica Dnae N. de

Caprimonte, dp. 2 cl.—Archiv.—Sanctuarium N. Dominae de Caprimonte (Chevremont) situm est in summitate collis in dioecesi Leodiensi (Liège); exstructum est in loco ubi arx surgebat, destructa a. 979. Nova ecclesia aedificata est a. 1679 et coluntur ibi duae statuae B. Mariae V., quarum una servata est in excidio arcis saec. X.—Vierges Mir. de la Belgique, 43.

F. **Cordis B. Mariae V.,** dp. maj. in Congregatione Benedictina Solesmensi 1910.—Archiv.—Bibl. Coll. Anselmiani Romae.

F. **B. Mariae V. de Pace,** dp. maj. in Oratorio S. Philippi in Gallia, 1878.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. Speculum Justitiae** vel **Commemoratio Virtutum Ejus,** dp. maj. (olim F. Virtutum et Gaudiorum B.M.V.).—Ordo Monialium Annuntiationis 1863. v. 4 Febr.

F. **B. Mariae V. Rosarii de Chiquinquirà**, dp. maj. in dioecesibus Columbiae et Aequatoris (America Merid.), assign. e 17 Nov. ex decr. 9 Dec. 1875 pro prov. Columbiae, 4 Dec. 1884 pro prov. Aequatoriana.—Cf. Cal. et Archiv.—In dioec. Manizalensi Reipublicae Columbiae Patr. Princ., dp. 1 cl. oct. Ephemer. Lit. 27, 5, 286.—Pro Bogotà et Emerita indultum erat 12 Apr. 1825 die ab Ordinario designanda; officium approbatum est 18 Julii 1829; pro Quito conc. 8 Maji 1830.—Archiv.—F. M.

F. **B. Mariae V. de Refugio,** dp. maj. assign. e 9 Julii pro dioec. Chilapa in Mexico, 29 Julii ad 4 Julii ritu dupl. 2 cl.—Archiv.—Cal. Galvan 1895.

F. **B. Mariae V. de Itatì**, dp. 2 cl. in dioec. Corrientes in Argentina.—Cal. Corr. 1912 et 24 Apr. 1914.—Titul. ecclesiae propriae.—Cal. Sublacense 1915. — Colitur ibi imago Matris Dei, in dioecesi Corrientes celeberrima.

F. **Incoronationis B. Mariae V. Montium de Ceignac,** dp. maj. cum off. proprio in dioec. Ruthenensi (Rodez) in Gallia. Incoronata est imago 9 Julii 1876. Festum concessum est 15 Apr. 1914; off. et missa 24 Martii 1915.—Archiv.—Imago ibi colitur ab immemoriali; coram illa a. fere 1150 palatinus quidam Hungarus visum recepit. Solemnitas praecipua (grand-pardon) celebratur in Dominica post Assumptionem; a. 1629 post supplicationem institutam in honorem B. Mariae V. de Ceignac civitas Ruthenensis a peste liberata est. Post rebellionem civilem (1793) sanctuarium dirutum est, sed reaedificatum a monachis Benedictinis anno 1825.—Drochon, 519.—Koenig 34.—Durand 35.—Guérin VII 516.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** Patr. Princ. dioec. Aberdonensis in Scotia, dp. 1 cl. cum oct.—Cal. Aberdon. 1914.—Imago B. Mariae V. per annos sexcentos in Cathedrali Aberdonae (Aberdeen) in honore fuit; saepius, divina ope, haereticorum furori subducta est; tandem Guilelmus Langius Aberdonensis iconem Isabellae Infanti Hispaniae dono dedit, quae eam Bruxellis in sacello regio cultui exposuit; 3 Maji 1626 in eccle-

siam Augustinianorum deducta est, ubi colitur sub titulo Boni Successus, Dom. I Maji.—Gump. 723.

Commemoratio Deiparae ad Fontem, Antiochiae; ita Codex Vatic. Syr. 20. Evangel. scriptus a. 1215 pro Graeco-Syris Antiochiae; in Cal. haec annuntiantur: "Encaenia templi trium Puerorum et Commemoratio Deiparae. Et hac die apparuit Deipara ad fontem aquarum in monte Daphnes; apparuit autem illa apostolis Petro et Joanni cum portati essent a Spiritu Sancto ex Sion matre ecclesiarum et inventa est Deipara in Daphne Antiochiae Syriae." Ita coram me edocuit cl. Rev. D. Goussens in civitate Düsseldorf. cf. etiam "Journal of the American Oriental Society" XI, 1585, art. 11, from a ms. Syrian Lectionary by Prof. Dr. Hall. —Menaea Graeca h. d.—Colven. hac die perperam scribit de ecclesia B. Mariae Fontis Vivifici CPolitana.

Apparitio Imaginis B. Mariae V. de Kolocia (Kolotshskaja), festum Ecclesiae Russicae.—Apparuit imago a. 1413 ad Kolociam flumen in gubernio Smolenscensi et primo Moshaiskum tum Mosquam delata, tandem templo in apparitionis loco exstructo tradita. — Mz. II 543. — Mrt. 174.—Sn. 428.

Memoria **Imaginis B. Mariae V. de Kolosha (Koloshskaja),** diversa a praecedente in Menologio Russico. — Imago ipsa celebratur Grodni (Grodno) in monasterio SS. Borisi et Glebae; e saeculo XII colebatur Koloshae, Grodni suburbio; a. 1855 in civitatem translata est.—Mz. II 543.—Sn. 438.

Memoria **Imaginis de Cypro (Kyprskaja)** in Menologio Russico. Imago B. Mariae V. de Cypro colitur in Cathedrali Obdormitionis B. M. V. Mosquae. Ectypon est iconis cujusdam quae in Cypro insula in honore habetur.—Mz. 11544.—Ipsa hac die Mz. et Sn. in Menologio Russico commemorant et alias imagines, quae in Cypro coluntur:

B. Mariae V. de Accipitre (Jastrebskaja).
B. Mariae V. de Absynthio (Polynkowskaja).
B. Mariae V. Oculos Sanantis (Tshistitelnaja).
B. Mariae V. de Cultro (Noshowaja) in monasterio Machaera.—Hackett 345.—Mz. 544.—Sn. 432-434.

X

Depositio Tunicae (Chitonis) Dni N. Jesu Ch., Moscoviae, festum universae Ecclesiae Russicae.—Traditio a Maltzew (II, 550) proposita est haec. Tunica inconsutilis Dni saeculo primo in Iberiam (Georgiam) delata et a S. Ninone virgine saeculo IV inventa, saeculo XVI in Persiam portata et Michaeli Russorum Imperatori dono data est, qui eam Mosquae in Cathedrali Obdormitionis deposuit, a. 1627.—De Tunica inconsutili v. Nordamer. Pastoralblatt, Sept. 1911. cf. Mrt. 10 Julii.—Max. I 209. v. 1. Oct.—Histoire de l'Eglise Géorgienne, 95.—Rohault 257.

F. **B. Mariae V. de Bono Consilio,** dp. maj. in Societate Marianistarum, e conc. 21 Febr. 1921.—Archiv.—Idem festum in dioec. Fulginatensi (Foligno).—Ordo 1900.

F. **B. Mariae V. de Sanitate** saltem per Missam vot. sol. hac die agitur Carpentoraci (Carpentras) in Gallia, in sanctuario proprio, quod fundatum est a. 1401. Die 10 Julii 1629 campana ecclesia nemine movente insonuit, ut indicaret finem pestilentiae.—Drochon 924.—N. D. de France VI 28.

Memoria **Iconis B. Mariae V. de Koneva (Konewskaja)** in Menologio Russico.—Imago colitur in monasterio Konevae, dioec. Novogorodensis; allata est de Monte Athone a S. Arsenio Konevensi a. 1393 et deposita in insula Ladogae lacus, ubi a. 1573 prodigiis inclaruit.—Mz. II 535.—Mrt. 174.—Max. I 209.—Sn. 434.—F. M.

F. **Prodigiorum B.M.V.** dp. maj. in Cal. O. Praemonstrat. 1897.

XI

F. **Triumphi S. Crucis sub Constantino,** dp. maj. in dioec. Lunae, Sarzani et Brugnati. — Off. pr. 1842, 1909 et 1910. — Lectiones referunt victoriam S. Crucis sub Constantino Imperatore.—Cal. approb. 15 Apr. 1914. — Institutum est festum in gratiarum actionem pro liberatione a terraemotu a. 1735.—Archiv.

Commemoratio Quinque Vulnerum Dni "secundo", dp. maj. Romae in ecclesia SS. Marcellini et Petri, in honorem imaginis Dni Crucifixi, quae oculos movisse traditur 11 Julii 1796.—Marchetti 137.—Cal. O. Carmel. 1910, prov. Romana.

F. **S. Spineae Coronae Dni N. Jesu Ch.,** dp. maj. in dioec. Ruthenensi (Rodez) in Gallia.—Cal. approb. 15 Apr. 1914.

F. **SS. Sindonis Dni N. Jesu Ch.,** dp. 2 cl. in dioec. Bisuntina (Besançon); dp. 1 cl. in Cathedrali.—Ab Othone de Rupe a. 1204 CPoli impetrata et a. 1206 in Cathedrali Bisuntina deposita est. Disparuit a. 1793.—Rohault de Fleury 235.—Off. pr. Bisunt.—In Brev. Bisuntino a. 1843 dp. 2 cl., item in Brev. S. Claudii 1823.—Bibl. Boll.

F. **B. Mariae V. de Planctu,** solemne, Mediolani in ecclesia propria, prope ecclesiam S. Caloceri.—Cal. Mediolanense in bibl. P. Anselmi O. Capp. Romae in Generalatu Capucc.

F. **Humilitatis B. Mariae V.** dp. maj. in dioec. Drepanensi (Trapani).—Ordo 1888.

F. **B. Mariae V. de Victoria,** dp. Cortraci (Courtrai) in Flandria, in gratiarum actionem pro victoria Flandrorum de Gallis, reportata 11 Julii 1302.—Colv. hac die.—F. M.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in Cal. Sonorae in republica Mexicana 1910.

F. **B. Mariae V. tit. Speculum Justitiae et Virtutum B. Mariae V.,** dp. 2 cl., concessum a. 1862 pro monialibus B. Joanne Valesiae in dioec. Aginnensi (Agen).—Hoc festum agebatur olim titulo Decem Virtutum et Gaudiorum B. Mariae V. die 4 Feb., emortuali B. Joanne Valesiae. Die 12 Julii celebrandum extendebatur ad universum Ordinem 18 Jan. 1905.—Archiv.—v. 9. Jul.

Itum Dnae N. Deiparae ad Elisabeth in Calendariis Copticis celebrari hac die dicit Binterim, V 408. Deest vero talis festivitas in Cal. a cl. Nilles publicatis etiam pro Coptis Catholicis.—F. M.

Memoria **Translationis Iconis B. Mariae V. Rshevcensis (Rshewskaja)** in Menologio Russico. cf. 8 Julii. Imago a. 1540 translata Moscoviam; hac die solemnis processio e palatio imperiali fieri solebat ante revolutionem ad ecclesiam B. Mariae V. Rshevcensis.—Mz. 561.—Sn. 437.—F. M.

Memoria **Iconis B. Mariae V. Smolenscensis de Shuja** (Shuiskaja-Smolenskaja) in Synaxario Menologii Russici. Incolae Shujae civitatem a. 1655 a peste liberatam esse credunt interventu SS. Deiparae per iconem B.M.V. Smolenscensis quae Shujae colitur.—Mz. II 561.—Sn. 442.

Memoria **B. Mariae V. de Borcolabowia (Borkolabowskaja)** in Menologio Russico. — Imago colitur in monasterio hujus nominis apud civitate Mohilew a. 1648 fundato. Imago in ecclesia principali miraculis se manifestavit a. 1659.—Sn. 442.

XII

F. **Dni N. Jesu Ch. Crucifixi,** dp. maj. cum officio et missa de Triumpho S. Crucis (16 Julii) fit hac die in sacello nosocomii dioec. Vicensis (Vich) in Hispania, e conc. 18 Jan. 1905, in honorem iconis Crucifixi prodigiis clarae.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. Speculum Justitiae,** dp. 2 cl. cf. 11 Julii; extensum est festum hac die agendum ad totum ordinem monialium de Annuntiatione B. Mariae V., 18 Jan. 1905.—Archiv.

F. **Maternitatis B. Mariae V.** in dioec. Eugubina (Gubbio).—Ordo 1900.—F. M.

F. **B. Mariae V. de Oratione (della Preghiera)** seu **de Campis** agitur hac die Stezzani in dioec. Bergomensi. — Ricordo di Caravaggio 1901. — Omnes Missae de Beata, e conc. 28 Jan. 1891. — Archiv. — Apparuit Stezzani SS. Dei Genitrix sub specie monachae orantis, 12 Julii 1586.—Maggia-Zanella, III 408.

Memoria **Translationis Iconis B. Mariae V. de Tribus Manibus (Trojerutshitza)** in Menologio Russico. Imago ista recolitur in eremitorio Bjelobereshcensi, in territorio Bojanscensi in gubernio Orloff; peracta est translatio a Simeone fundatore. cf. 28 Junii.—Sn. 443.

XIII

Commemoratio Beneficiorum et Prodigiorum B. Mariae V., Patr. Princ. civitatis Lucerinae (Lucera) in Apulia, dp. 1 cl. sine oct.—Ordo Luc. 1889.—Cal. approb. 26 Oct. 1914.—Imago B. Mariae V. quae in Cathedrali colitur, tempore morbi Asiatici, 13 Dec. 1837 oculos movere incepit.—Sign. II 207.—Sign. Napoli 248.—Die 16 Aug. processio totius civitatis.

F. **B. Mariae V. de Providentia** agitur hac die in ecclesia archipresbyterali Arcis Cavarum dioec. Praenestinae, per M. vot. sol. B.M.V. de Providentia, Barnabitis concessam, ex decr. 18 Martii 1899.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Omnium Afflictorum Laetitiae** hac die agitur Moscoviae in ecclesia Academiae.—Cal. Mosqu. 1818.—Mrt. 177.—Deest hoc festum apud Maltzew et apud Snessorewam.—F. M.

XIV

Commemoratio **SS. Redemptoris** fit in parochia Zeli, dioec. Adriensis e conc. 20 Julii 1883; omnes Missae de SS. Redemptore.—Cal. 1888.

Apparitio B. Mariae V. tit. Auxilii Christianorum (dell' Ajuto), Parmae, dp. maj.—Ordo 1888.—Cal. approb. 28 Aug. 1914.—In pariete prope asceterium S. Christophori se manifestavit imago B. Mariae V. a. 1723, cui datum est titulus Auxilii Christianorum. Nihil commune hoc festum habet cum festo 24 Maji. Imago translata est ad ecclesiam S. Quintini; officium propriissimum concessum die 17 Aug. 1833.—Archiv.—Incoronata imago die 14 Julii 1923.

F. **B. Mariae V. de Rupe (Peña)** fit hac die in oppido Berge dioec. Caesaraugustanae (Zaragoza) in Aragonia.—Imago quam Christiani irruentibus Saracenis absconderunt, inventa est a pastore quodam die 14 Julii mediante saeculo XII.—De la Fuente 274.—A. 1650 post supplicationem ad hanc iconem institutam liberata est civitas a peste.—Faci II 88.

F. **B. Mariae V. de Miraculis,** dp. maj. in dioec. Atrebatensi (Arras), dp. 2 cl. in civitate Audomaropolitana (Saint-Omer).—Ordo 1921.—Saeculo XVI hoc festum agebatur Dom. ante 24 Junii; huic diei 14 Julii assignatum est a. fere 1918.

XV

F. **SS. Redemptoris,** dp. 2 cl.; in reformatione Calendarii a. 1914 e Dom. III Julii huic diei assignatum pro provincia Veneta. v. Dom. III Julii. Idem festum h. d. apud Mercedarios (Cal. 17 Apr. 1914), Servitas (Cal. 15 Maji 1914), in dioec. Trejae, Aversae, Lauretana (Cal. 17 Feb. 1915) et alibi.—Archiv.

F. **SS. Salvatoris,** Titul. Cathedralis Ilcinensis (Montalcino) in Etruria.—Cal. Ilcin. approb. 17 Nov. 1914.—In Cathedrali Ilcinensi coli-

tur imago Dni N. Jesu Christi Crucifixi miraculis clara, a qua templum titulum recepit. Unde festum istud omnino diversum est quoad objectum a festo Venetiano.—Imago ectypus est iconis Berytensis (Beirut in Syria); festum etiam Ilcini olim agebatur die 9 Novembris, sed die 15 Julii 1815 assignatum est Dom. III Julii; lectio VI propria historica approbata est 30 Aprilis 1916.—Archiv.

F. SS. **Sepulchri Dni N. Jesu Ch.,** Tit. Cathedr. Hierosolymis, dp. 1 cl. cum oct. in Patriarchatu Latino Hierosolymarum. — Cal. approb. 2 Julii 1919.—Dp. maj. (ante 1919: dp. 2 cl.) in Ordine Seraphico (O. F. M.).—Archiv.—Expugnationis Urbis Jerusalem memoriam olim hac die celebratam esse ritu dp. cum oct. v. Speelman 147. cf. etiam Auctuaria ad Usuardum; Auctuarium Molani: "Ipso die Hierosolyma ab exercitu Christianorum capta est anno 1099":—Auct. Greveni: "Dedicatio Templi Dominici Sepulchri in Jerusalem" (Patrol. Lat. 124, 264.—Bal. 348. —Colv. 15 Julii). v. Dom. II post Pascha. — Per rescriptum 11 Julii 1910 S. Rit. C. concessit festum SS. Sepulchri Dni agendum in ecclesia Novi S. Sepulchri dioec. Bituricensis (Bourges) hac die, qua SSmi Dni Sepulchrum ex infidelium potestate ope crucesignatorum militum redemptum est et quo die olim Hierosolymis agebatur Dedicatio, i. e. Restauratio Ecclesiae S. Sepulchri (Ephem. Liturg. 27, 6, p. 323 ss.). v. Dom. II p. Pascha.

F. **B. Mariae Gratiae et Misericordiae,** dp. 2 cl. Romae in ecclesia S. Joannis Florentinorum.—Quod festum sub titulo Matris Misericordiae usque ad annum 1914 agebatur Dom. III Julii; in reformatione calendariorum a. 1914 deletum est a S. Rit. C., sed 12 Aprilis 1920 restitutum est petentibus canonicis S. Joannis, die 15 Julii agendum.—Archiv.

Vigilia Commemorationis Solemnis B. Mariae V. de Monte Carmelo cf. libros liturgicos Ordinis B. Mariae V. de Monte Carmelo.

XVI

F. **Triumphi S. Crucis,** dp. maj., festum totius Hispaniae et Coloniarum, institutum a. 1212 in gratiarum actionem pro victoria Christianorum de Saracenis apud Navas de Tolosa, 16 Julii 1212. In multis dioecesibus festum assignatum est ad 18 vel 21 Julii propter festum B.M.V. de Monte Carmelo. Triumphus S. Crucis titulare est ecclesiae S. Crucis in civitate Bilbao.—Propria Officia Hispaniae.

Oblatio S. Crucis, f. duplex in Cal. Insulensi (Lille) a. 1513.—Weale I 229.—Gualterius Cortracensis, cancellarius Balduini Imperatoris CPolitani, saeculo XIII ecclesiae collegiatae S. Petri Insulis magnam S. Crucis particulam dono dedit.—Rohault de Fleury 132, 348.—Lect. p. II noct.

F. **Sacerdotii Dni N. Jesu Ch.** solemne majus cum octava, Parisiis in ecclesia et seminario S. Sulpitii.—Off. pr. 1771. Bibl. Boll.

Apparitio Dni S. Martiali, dp. maj., festum Domini, in Cal. Lemovicensi (Limoges) approb. 18 Junii 1914. Item in Cal. et Ordine 1887. —Videndum se praebuit Dominus S. Martiali et sociis ejus in carcere et ceciderunt catenae de manibus eorum.

Commemoratio Solemnis B. Mariae V. de Monte Carmelo, festum universae Ecclesiae Latinae, dp. maj.; dp. 1 cl. cum oct. privilegiata apud Carmelitas. Institutum est festum inter annos 1376 et 1386 in memoriam victoriae Ordinis de inimicis ejus et approbationis regulae per Honorium III, 30 Jan. 1116.—Cath. Enc. III 355.—Colv. 30 Jan.—Assignatum est festum diei 16 Julii, quia hac die, ex traditione Carmelitana, SS. Dei Genitrix S. Simoni contulit scapulare, a. 1251, in capella Carmelitarum in loco Newenham, Cambridgeshire (Waterton, 105).—Approbatum est festum pro Carmelitis a Sixto V a. 1587. Ex decreto anni 1628 contra abusos prohibitum est, ne celebretur extra ecclesias Carmelitarum; die 21 Nov. 1674 vero extensum est ad omnes status Regis Catholici Hispaniarum, a. 1675 ad status Imperatoris Austriae, 1679 ad Lusitaniam, 1725 ad Status Ecclesiae. Per decretum 24 Sept. 1726 concessum universae Ecclesiae Latinae.—F. M. 144.—Inter Catholicos Orientales Chaldaei hoc festum adoptaverunt sub titulo: **"Vestis Virginis Mariae de Monte Carmelo".**—Nill. II 683, et Italo-Graeci Calabriae (ib. 550).—Colv. hac die.—Goudard, 16 ss.—W. W. VIII 805.—Schuetz, III 505.—Waterton, II 104, 243.—In Congressu Mariano Caesaraugustano (1908) S. M. de Monte Carmelo electa est in Patronam Classis Hispaniae, Postins 119.—Sub hoc titulo et festo SS. Dei Mater Patrona est Reipublicarum Chilenae et Boliviae (Cal. 1914); item Titularis Cathedralis Fluminis Januarii (Rio de Janeiro) in Brasilia.—Cal.

F. **B. Mariae V. Einsidlensis,** dp. 1 cl. oct. tit. Ecclesiae Abbatialis N. D. de Eremitis in Helvetia. e Dom. III Julii huic diei assign. in reformatione Calendarii.—v. Dom. III Julii.—Idem f. ejusdem ritus in Abbatia S. Meinradi (Stat. Unit. Amer. Sept.), Titul. Ecclesiae.—dupl. 2 cl. vero in Abbatiis Neo-Sublacensi (Ark.), S. Joseph (Covington, La.) et S. Mariae (Richardton, S. D.). Ordo O.S.B. Congr. Helveto-Amer. 1923).

F. Iconis **B. Mariae V. Tshirensis** seu **Pscoviensis (Tsherskaja-Pskowskaja)** in dioec. Pscoviensi (Pskow) in Russia.—Anno 1420 in pago Tshersk tempore pestis se manifestavit, unde a Theodoro Duce advecta in Cathedralem SS. Trinitatis.—Mrt. 179.—Mz. II 578.—Max. 211. Sn. 444.—De hac icone fit commemoratio in Menologio Russico.

XVII

F. **Triumphi S. Crucis,** dp. maj. in Abbatia Silos in Hispania; item apud monachos Cistercienses Ord. Militaris de Calatrava (Cal. 26 Feb. 1914) et in Regia Capella Matriti (Cal. 4 Dec. 1916). — Archiv. v. 16 Julii.

Apparitio Imaginis B. Mariae V. de Porticu, dp. 1 cl. oct. Romae in ecclesia S. M. in Campitellis; in ecclesia S. Gallae Dom. III Julii (ante reform. 1914). Imago apparuit S. Gallae 17 Julii 524; celebrior est inter icones, quae Romae coluntur. Ex antiqua ecclesia S. M. de Porticu translata est in ecclesiam S. M. de Campitellis, 14 Jan. 1662.—Festum actum est a tempore immemorabili; officium approbatum 17 Julii 1635; lectiones conc. 17 Junii 1679.—Archiv. Incoronata est imago 26 Nov. 1650 et 16 Julii 1899.—Gump. 370.—Colv. 17 Julii.—Riccardi III 81.—Sign. I 50.—Bomb. I 55.

F. **B. Mariae V. ab Humilitate,** dp. 2 cl. in dioec. Pistoriensi (Pistoja); dp. maj. in dioec. Pisciensi. Cal. 1888. — In Cal. Pistoriensi approb. 13 Dec. 1913 dp. maj. tantum.—Die 17 Julii 1490 imago copiosum fudit sudorem; in novum templum translata est 4 Dec. 1560; incoronata 20 Sept. 1716.—Ricc. II 215.—F. M.

F. **Humilitatis B. Mariae V.** ante reformationem Calendariorum dp. maj., festum devotionis apud PP. SS. Redemptoris, Laureti, Rhegii (Calabria) et alibi.—Calend.

Commemoratio B. Mariae V. ab Igne fit hac die per missam vot. sol. B.M.V. in Cathedrali Fori Livii (Forlì) in Aemilia, pro liberata civitate a terraemotus flagello, 17 Julii 1751.—Ricc. II 325.—cf. 4 Febr.

Memoria **B. Mariae V. de Monte Sancto (Swiatogorskaja)** in Menologio Russico. In monte Swiatogorensi, dioec. Pscoviae duae imagines coluntur, quae ibi se manifestaverunt prodigiis a. 1563 et 1569.—Mz. II 580.—Mrt. 180.—Max. I 211.—Sn. 445.

XVIII

Triumphi S. Crucis, dp. maj. assign. e 16 hujus in archid. Granatae et dioec. Salmanticensi (Salamanca).—Calend.

F. **B. Mariae V. vulgo "de la Bonne Delivrande",** Parisiis in capella propria Religiosarum S. Thomae de Villanueva.—Semaine Relig. Parisiis 1911, 15 Julii, p. 78.—Colebatur imago olim Parisiis in ecclesia S. Stephani Graecorum; coram ea orans S. Franciscus Salesius juvenis a magna desperationis tentatione liberatus est. Die 1 Julii 1806 translata est in oratorium S. Thomae.—N. D. de France, I 48.—Drochon 7 ss.—Guérin VII 591.

Desponsatio B. Mariae V. hac die agebatur Olmutii in Moravia, saeculo XVI.—Colven. I 65.

Compassio B. Mariae V. annuntiatur hac die in libris liturgicis dioecesis Merseburgensis exeunte saeculo XV.—Grotefend, II 123.

F. **B. Mariae V. de Monte Carmelo** agitur Toleti (decr. 3 Sept. 1673). — In Cal. Compostellae 1648 hac die Missa vot. sol. B.M.V.—Bibl. Boll.

In civitate Capranicae, dioec. Nepesinae 2 Missae de Beata, 18 Julii, in Cal. Nepesino (Nepi) approb. 17 Apr. 1914, in memoriam **aperitionis oculorum** cuiusdam imaginis B. Mariae V. a. 1796.

Translatio Imaginis B. Mariae V. gladio transfixae in ecclesia S. Andreae loci Mornico, dioec. Bergomensis, per missam vot. sol. et Vesperas de Matre Dolorosa, ex indulto 10 Jan. 1834.—Archiv.

XIX

Compassio B. Mariae V., festum novem lectionum in libro Horarum canonicarum ecclesiae Halberstadtensis a. 1515. In Missali a. 1486 agebatur "altera die festi Corporis Christi". Eadem die 19 Julii f. Compassionis Lubeci (1513) et Misnae. — Grotefend, Cal. II. — Item in Missali Pragensi a. 1520, Bibliothecae Strachoviensis O. Praemonstrat.

Desponsatio B. Mariae V. signatur hac die ad marginem Missalis Praemonstratensis a. 1597 in bibliotheca Strachoviensi (Prag), quod praesens vidi a. 1900.

F. **B. Mariae V. de Monte Carmelo,** hac die agitur Mediolani (Milano).—Cal. Ambrosianum 1892.

Festum **B. Mariae V. ob Aperitionem Oculorum** a. 1796, dp. maj. Anguillariae in dioec. Sutrina.—Ordo 1888.—In Cal. Sutrino, approb. 17 Apr. 1914. duae missae de Beata.—Archiv.

Commemoratio S. Joseph Sponsi B.M.V. dp. Cal. S. Fidei in Neogranatensi approb. 5 Dec. 1875.—v. 19 Jan.

S. Annae festum habetur h. d. in dioec. Ambianensi et Cameracensi saec. XVII.—v. Grotef. II 63. In Cal. Ambianensi, (Weale) a. 1554 erat festum trium lectionum.

XX

F. **SS. Crucifixi,** dp. maj. sub officio SS. Redemptoris, Trifolini, dioec. Firmanae (Fermo) in ecclesia SS. Venantii et Blasii, ex indulto 27 Maji 1826.—Archiv.

Festum Uvarum, sub officio B. Mariae V. agitur h. d. a Melchitis Syriae.—Patr. Or. X.—Offeruntur in ecclesiis primitiae vinearum.

Hac die **Introitus seu Purificatio S. Annae** in Synaxario Abyssinorum.—Harris 432. cf. 26 Nov. — Natalis Mariae enim in Abyssinia agitur die 1 Maji.

Hac die ab anno 1856 usque ad annum fere 1865 agebatur f. **Apparitionis B. Mariae V. de Navicula Clodiae** (Chioggia) v. 25 Junii.

Compassio B. Mariae V. signatur hac die in Missali Numburgensi a. 1517.—Grotefend, II 139.

Memoria **Iconis B. Mariae V. Tshuchlomensis** seu **Galicensis (Tshuchlomskaja)** annuntiatur in Menologio Russico hac die, in festo S. Abramii Galicensis. — Imago colitur in monasterio Gorodjecensi in gubernio Kostromae, ubi S. Abramio a. 1359 apparuit ad ripam lacus Galicensis.—Mz. II 592.—Mrt. 182.—Max. 211.—Sn. 451.

F. **B. Mariae Abalacensis de Signo (Abalatzkaja-Snamenije)** agitur Abalaci in gubernio Tobolsci in Sibiria.—Apparuit Maria sub specie iconis Signiferae Novogorodiensis (v. 27 Nov.) a. 1636; unde Nectarius episcopus Tobolsci iconem pingi jussit; celeberrima est in universa Sibiria. —De ista icone fit memoria in Menologio Russico tam hac die quam 27 Nov.—Mz. II 593.—Sn. 446.

F. **S. Joseph, Sponsi B.M.V.** antiquitus agebatur in ecclesiis Aegypti et Aethiopiae, die 20 Julii. — Usque ad reformationem calendariorum **Transitus S. Joseph Sponsi,** contra decreta S. Rituum Congregationis, etiam in nonnullis ecclesiis Latinorum celebratur h. d. v. g. in sanctuario B.M.V. de Guadalupe juxta Mexicum (Cal. Mex. 1887).—Extat in Breviariis Gallicanis Lingonensi (1827) et Aurelianensi (1820). — In Cal. Puteolano 1895 signatur h. d. **Patrocinium S. Joseph,** dp. 2 cl. Anguli (Serrastretta) in dioec. Neocastrensi (Calabria) h. d. agebatur (Ordo 1888): "**Memoria Transitus S. Joseph Sponsi**", dp. 1 cl. oct.— Probabiliter rubrica Martyrologii Romani, 20 Julii: "In Judaea natalis b. Joseph, qui cognominatus est Justus", e fonte orientali, forse Coptico, assumpta, antiquitus non referebat ad illum, quem apostoli cum b. Matthia statuerunt, ut locum apostolatus impleret, sed ad Sponsum B. Mariae V.

XXI

F. **Triumphi S. Crucis,** dp. maj. in universa fere Hispania in Cal. reformatis a. 1914.—Archiv.—In dioec. Elnensi (Perpignan) in Gallia h. d. duae missae de S. Cruce (26 Maji 1914).—Archiv. v. 16 Julii.

F. **B. Mariae V. de Civitate,** dp. 2 cl. in archid. Cajetana (Gaeta); Itrii vero ubi colitur imago "della Cività", dp. 1 cl. oct., quia Patr. Princ.—Ordo Cajetae, 1888.—Inventa imago 10 Oct. 796; die 21 Julii 1527, supplicatione cum icone peracta, civitas a peste liberata est. Incoronata 21 Julii 1777.—Propr. Cajetae. Sign. Nap. II 220.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Verulana. ex indulto 17 Sept. 1822.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Pozzano,** dp. maj. in Cal. Minimorum, approb. 24 Jan. 1914.—v. Dom. ult. Julii.

F. **B. Mariae V. Einsidlensis,** dp. maj. in dioec. Curiensi, conc. a 1918.—Cal. Curiense 1921.—Archiv.—v. 16 Julii et Dom. III Julii.

Synaxis SS. Deiparae in partibus Armatii, CPoli, signatur hac die in Menaeis Graecis.—Mrt. 183. cf. 17 Aug.

Apud Coptos et Abyssinios **Com. mensilis B. Mariae V.**—Harris 432.

XXIII

F. **Inventionis B. Mariae V. de Terzito (Tersito, de Campanella),** dp. maj. in dioec. Liparitana.—Ordo Liparis 1899.—Celebre est sanctuarium B.M.V. de Terzito apud "Valle di Chiesa" in insula Salina Liparitana. Ann. Catt. p. 540.

F. **B. Mariae V. vulgo "Sotto gl' Organi"** fit hac die in Cathedrali Pisana per missam vot. sol. de Beata in altari proprio.—Ordo Pisae 1907.—Imago e castello Lombricensi Pisano allata a. 1235 et die 25 Oct. 1596 in incendio incolumis servata. Durand 13.

F. **B. Mariae V. de Valle Alta** f. in sanctuario proprio in valle Serii, dioec. Bergomensis annuntiatur hac die in Calendario 1901, Ricordo del Sanctuario di Caravaggio. Ibi Maria 23 Julii 1496 scaturire fecit fontem aquarum.—Maggia-Zanella-Gump. III 340.

XXIV

F. **B. Mariae V. de Consolatione,** dp. maj. concessum pro ecclesia S. Mariae in Platea, Anconae in Piceno, 5 Martii 1815.—Archiv.

Patrocinii B. Mariae V. dp. maj. in Cal. Tudertino (Todi) approbato 17 Apr. 1914.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Luce,** dp. maj. in Cal. Uxentino (Ugento), approbato 18 Martii 1914.—Archiv.

F. **S. Annae Matris S. Mariae.** XII lectionum. invenitur hac die in Brevario Cluniacensi a. 1478. — Grotef. II 2, 25. — Item in Missali Toletano saec. XVII.

XXV

Synaxis Deiparae olim observata in Pagidio (CPoli?); ita hac die Max. I 212.

Festum **Dormitionis S. Annae Matris Deiparae** cum officio solemni agitur hac die, 25 Julii, in ecclesia Syriaca, Graeca et filiabus.—Festum antiquum est et videtur esse anniversarium Dedicationis ecclesiae, quam in honorem S. Annae Constantinopoli aedificavit Justinianus Imperator. Synaxis (statio) festi CPoli fiebat in loco vocato Deuteron.—Max. I 212.

XXVI

Transfiguratio Dni N. Jesu Ch. dp. in Cal. Audomaropolitano, 1518.—Weale Anal. lit. I 288.—item in Cal. Brugensi (Brùegge) 1520 (ib. 296); item in Cal. dioec. Sedunensis (Sitten, Sion) exeuntis medii aevi.—Grotefend, II 171.—Item in martyrologio S. Aengussii (saec. IX); Bradshaw Coll. XXIX.

F. **SS. Crucifixi de Bona Morte** hac die agitur in ecclesia S. Francisci Conventualium Terrae Longiano dioec. Caesenae. Omnes Missae de SS. Redemptore e conc. 10 Martii 1827.—Archiv.

Inventio Iconis B. Mariae V. de Sanitate hac die per missam vot. sol. de Beata agitur Romae in ecclesia S. Laurentii in Lucina; die 26 Julii 1596 primo apparuit imago in columna, salutem conferens claudo. M. vot. concessa 3 Julii 1894.—Archiv.—Bomb. III 35.—F. M.

Hac die una **Missa B. Mariae V.** pro gratiarum actione, Sessae in Cal. approbato 10 Oct. 1914.—Archiv.

F. **S. Annae Matris B. Mariae V.,** dp. 2 cl. in ecclesia latina.—Hae solemnitas est festum graecum, e die 25 Julii, per festum S. Jacobi Apostoli impedito, translatum. In occidente hoc festum primo invenitur in Calendario Wintoniensi a. 1031, quod habet etiam festum Conceptionis Mariae. (Hampson, Medii Aevi Cal. I 428.) Sublatum esse videtur a Normannis una cum festo Conceptionis. Sed iterum primo approbatum est pro Anglia a. 1378, postquam Ordo Fratrum Minorum a. 1263 illud inter festa sua recepit. In Breviario Romano 1479 erat simplex, in Brev. 1503 et 1564 dp. maj. Pius ex breviario expunxit, quia nomen S. Annae ex apocryphis desumptus est. Sed paulo post publicationem Breviarii Piani de novo institutum est f. S. Annae a Gregorio XIII, die 1 Maji 1584, pro Orbe Latino. A Clemente XII die 3 Oct. 1738 ad ritum dp. majorem, sed a Leone PP. XIII die 1 Augusti ad dp. 2 cl. elevatum est. Schober. Brev. Rom. 232.

In Calendario Ottoniensi (Odensee) in Dania die 26 Julii signatur f. **Translationis S. Annae;** ibidem et aliud festum die 9 Decembris. (Grot.).

In Breviario Metensi 1774 et Viennensi 1784 agebatur hac die f. **SS. Joachim et Annae;** idem festum in hodierno Breviario O. S. Benedicti. Commissio a Benedicto XIV pro reformatione breviarii instituta nomina apocrypha supprimens die 26 Julii annuntiabat f. **Parentum S. Mariae.**

XXVII

Transfiguratio Dni N. Jesu Ch. in Monte Thabor hac die in Cal. Cameracensi (Cambrai) 1495.—Weale, Anal. I 237; in Brev. Cameracensi 1495 (Weale), 1509 et 1716, item Parisiis et Ambiani (Amiens) exeunte medio aevo.—Grotefend II, 2. 89. Item in Calendario Montensi 1500, Weale 347.

F. **S. Spineae Coronae,** dp. maj. in dioec. Cremonae.—Cal. approb. 29 Dec. 1913.

F. **B. Mariae V. de Bono Occursu,** dp. maj. in dioec. Aginnensi (Agen) in Gallia.—Cal. approbatum 28 Apr. 1914.—Officium et Missa approbata 23 Junii 1915.—Archiv.—v. Dom. ante 3. Aug.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Verularum (Veroli).—Ordo 1888.—Cal. appr. 23 Junii 1914.

F. **Prodigiorum B. Mariae V.** in Officiis prop. Servorum B. Mariae V., dp. maj. 1908.

F. **Humilitatis B. Mariae V.** dp. maj. Ordo Missionar. de la Salette, 1909.

S. Joachim, Patris S. Mariae f. signatur h. d. postridie S. Annae, ut festum IX lectionum in Missali Praemonstratensi, Parisiis 1578 et 1597. —Grotef. II 2, 49.

F. **S. Annae** annuntiatur eadem die in Calendario ecclesiae Augustanae (Augsburg), Erfordensis, Halberstadtensis, Trecensis et Hispalensis; v. Grotef. II 2, 63. item in Brev. Brugensi.—Colven. 26 Julii.

XXVIII

F. **B. Mariae V. de Providentia,** dp. maj. Mathelicae in ecclesia S. Francisci, ex indulto 27 Oct. 1917. Antea, e conc. 28 Jan. 1805, dicebatur hac die una Missa de Beata, in gratiarum actionem pro liberatione in terraemotu a. 1799.—Archiv.

F. **Translationis Cinguli B. Mariae V.** dp. maj. in dioec. Pratensi; e Dom. II Julii huic diei assignatum 12 Junii 1912.—In Cal. approb. 18 Febr. 1914 dp. 2 cl. pro Cathedrali tantum; dp. maj. pro dioecesi restitutum 16 Aug. 1917.—Archiv.—Dom. II Julii duae Missae de Beata.—Archiv.—v. Dom. II Julii.

F. **B. Mariae V. Reginae Pacis,** dp. maj. fit hac die in anniversario Independentiae Nationalis Peruviae in Cal. dioec. Trujilli in Peruvia, approb. 23 Sept. 1916.—Festum pro dioec. Limana concessum fuerat 16 Julii 1899; sed non invenitur in Cal. Limano approb. post reformationem Calendariorum.—Archiv.

F. **Maternitatis B. Mariae V.,** dp. maj. pro dioecesi Camerini concessum est 16 Aug. 1801. Archiv.

F. **B. Mariae V. Succursu,** dp. maj. hac die habetur in Calendario Camerini, 1867.

F. **Iconis B. Mariae Odigitriae de Smolensco (Smolenskaja)** celebratur in universa Ecclesia Russiae.—Imago probabiliter e Constantinopoli allata est ab Anna uxore Vsevolodi Ducis; quo demortuo deposita est in Cathedrali Smolenscensi a. 1101. Objectum directum hujus festi secundum Martinovium est translatio ectypi in monasterium Novodevincense a. 1525; secundum Maltzew vero translatio imaginis ipsius ex ecclesia Odigitriae Smolensci ad Cathedralem restauratam a. 1658.—Mz. II 621. Mrt. 189.—cf. 5 Nov.—Snessorewa p. 453-486 et Maltzew commemorant hac die multas imagines depictas sive ab Odigitria CPolitana, sive ab imagine Smolenscensi, quae variis locis in Russia coluntur. — Secundum Max. I 213 hoc festum agitur etiam a Serbia.—F. M.

F. B. **Mariae V. de Grebnevia (Grebnewskaja)** agitur hac die praeter festum Odigitriae Smolenscensis Mosquae in ecclesia propria a. 1472 aedificata a Joanne Duce et in ecclesia Assumptionis (Lubjanka) ubi nunc ex anno 1687 colitur. Imaginem cives Grebneviae a. 1380 obtulerunt Demetrio Tanaico (Donski) Duci. De ea fit memoria in Menologio Russico.—Mrt. 189.—Mz. II 627.—Sn. 460.—F. M.

Memoria **B. Mariae V. Odigitriae (Mglenskaja)** in Menologio Russico. Imago colitur in pago Mglensco apud Cernigoviam, ubi miraculis infulsit, 7 Martii 1664.—Sn. 480.

Encaenia Templi SS. Deiparae Diaconissae CPoli commemoratur hodie in Synaxario Menaeorum Graecorum.

F. **S. Joachim** annuntiatur h. d. in aliquo Breviario Parisiensi.—Grotef. II 2, 120.

F. **S. Annae** in Cal. Aarhusensi 1519, in Brev. Bellovacensi, Tornacensi etc.—Grotef. II 2, 63.—Item in Brev. Parisiensi 1497, (Colven.) et S. M. Magdal. Parisiis 1646.

XXIX

Liberatio Civitatis ab Haereticis, festum Domini, dp. 1 cl. in civitate et territorio Castrensi, dioec. Montispessulanae (Montpellier).—Brev. Castrense 1827. Bibl. Boll.—Off. propria Montispessulani, 1888.

F. **SS. Redemptoris,** dp. maj. in dioec. Cordubensi (Cordova) in Hispania.—Cal. 1901.

Encaenia SS. Deiparae in Promoto, Constantinopolis suburbio, annuntiatur hac die in Menaeis Chiffleti et Sirmundi.—Mrt. 190.

In Synaxario Abyssino h. d. **Commemoratio mensilis Nativitatis Dni.**—Harris, 433.

XXX

F. **B. Mariae V. Matris Misericordiae a Porticibus,** Patr. minus principalis Urbaniae in Piceno, dp. maj. in Cal. Urbaniae 1912 et iterum in Cal. approb. 2 Dec. 1914.—Archiv.

F. **Coronationis Imaginis B. Mariae V. de Crea,** dp. maj. in Calendario Casalensi approb. 5 Dec. 1913.—Archiv.—Imago allata esse traditur ex Oriente a S. Eusebio Vercellensi. Riccardi, II p. 50.

F. **Prodigiorum B. M. V.** dp. maj. in monasteriis O. Servorum B. M. V. in Tyrolio.—Ordo 1900.

F. **S. Mariae tit. "de Piazza",** e conc. 11 Julii 1827 per unam Missam vot. sol. de Beata fit Fundis (Fondi) in dioec. Cajetana.—Archiv.

F. **Iconis B. Mariae V. de Ocona (Okonskaja)** agitur hac die in Ecclesia Nationali Iberiae (Georgiae), usque ad revolutionem Russiae subjecta.—Zeitschrift für Kath. Theologie, Innsbruck 1903, IV 671.—Fit

de ea memoria etiam in Menologio universali Russico.—Cum Bagrat rex Georgiae in matrimonium duceret Helenam filiam Romani Imperatoris, ipsa e Constantinopoli secum tulit hanc imaginem a. 1018. Summo in honore habetur in Iberia; in proelia ducebatur a regibus.—Tammarati, p. 136.—Translata est ex Iberia Liskovam in gubernio Inferioris Novogorodiae. — Mz. II 639. — Secundum Snessorewam 486 sub Wachtango IV Iberiae Rege ex Hierosolymis allata est imago in monasterium Gajanacense et translata Liskovam a Georgio Alexandrowitsh Duce.

Memoria **Iconis B. Mariae V. de Worgola (Worgolskaja)** in Menologio Russico.—Imago colitur in sanctuario suo apud Cernigoviam, ubi Maria se manifestavit a. 1751. Anno 1850 a Synodo declarata est miraculosa.—Sn. 783.

XXXI

Memoria Flagellorum Terrae Motus in civitate Pralos (ad oram maris apud Pralos) annuntiatur in Menologiis Jacobiticis vetustis.—Patr. Or. X 44.

Annuntiatio futurae Conceptionis Mariae per Angelum, Annae Matri ejus facta, secundum apocrypha annuntiatur h. d. in Calendario Coptico apud Harris III p. 434 et aliis.

Encaenia Aedis SS. Dei Genitricis in Blachernis commemoratur h. d. in Synaxario Menaeorum Graecorum. Secundum Anal. Juris Pontificii XXL 402, Menaea olim habebant canonem de isto festo, quod in aliquibus locis die 20 Junii agebatur.—Ecclesia celeberrima B. Mariae V. in Blachernis, Constantinopolis suburbio, a Justino I (518-527) exstructa, a Justino II (565-578) ad finem perducta, a. 1434 incendio consumpta est. Nunc nihil superest praeter fontem et parvam capellam.—Niesen, Panagia 133 ss.—F. M.

Profestum Processionis Crucis Vivificae, in Menaeis Graecis et apud Mz. II 643.

F. **N. D. de SS. Corde Jesu** pro hac die signatur inter festa patronalia diec. Triventinae in Annuario d'Italia, 1924, p. 1114.

FESTA MOBILIA JULII.

Dominica V post Pentecosten.

F. **Divini Sacerdotii Dni N. Jesu Ch.** ritu dp. 1 cl. oct. in Seminario Congregationis S. Sulpitii Andegavi (Angers). — Ordo Andegav. 1896.—Idem festum feria VI post hanc Dominicam in Seminario Baltimorensi.—Off. spec. Seminarii 1896.

Inventio Veli (Vestis) B. Mariae V. hac Dominica agitur ab Armenis schismaticis, assign. e 2 Julii. Festum institutum est ineunte saeculo XIX.—Tondini 30.

F. **B. Mariae V. de Perpetuo Succursu,** dp. maj. in dioec. Neritonensi (Nardò) in Apulia.—Ordo 1901.—dp. 2 cl. in Cal. 1882.—Bibl. Boll.

Coronatio Imaginis B. Mariae V. per missam vot. sol. B. Mariae V. fit hac Dominica in sanctuario " Maria Plain " juxta Salisburgam in Austria. — Ordo O.S.B. S. Petri Salisb. 1900. — Die 17 Dec. 1633 in incendio pagi Regen apud Ratisbonam imago B. Mariae V. permansit incolumis, unde translata est in castellum Fuerstenegg; a. 1652 cultui exposita in monte Plain; 1671 dedicata est nova ecclesia. Incoronata Dom. V post Pent. 1751.—Rudnicki 182.—G. Reitlechner, Maria Plain, 1898.

Dominica VI post Pentecosten.

F. **SS. Redemptoris,** dp. 2 cl. in Archidioecesi Genuae, ex indulto 5 Aug. 1801.—Archiv.

F. **Divinae Providentiae,** solemne, cum officio proprio, celebratur in abbatia regali S. M. Angelorum et S. Cyri in dioec. Carnutensi (Chartres). Officium proprium approbatum est ab episcopo Carnutensi a. 1754. —v. Off. pr. gallic. hujus abbatiae in Bibl. Musaei Brittanici.

Festum **Patris Misericordiarum** cum officio proprio hac Dom. agitur Remis (Reims) in nosocomio.—cf. hymnos apud Coffin a. 1736. Bibl. Nation. Parisiensis.

F. **B. Mariae V. de Gratia,** dp. maj. in Cal. Excalceatorum S. Augustini Congreg. Hispanicae a. 1908.—Archiv.

Dominica post F. SS. Petri et Pauli.

F. **Susceptionis Crucis,** inter officia pr. S. Genovefae, Parisiis, 1765. Bibl. Paris. Nation. v. Dom. I Augusti.

Dominica I Julii.

F. **Pretiosissimi Sanguinis Dni N. Jesu Ch.** dp. 2 cl., festum universalis Ecclesiae Latinae, nunc 1 Julii. Concessum est Patribus Congregationis Pretiosissimi Sanguinis a B. Casparo Buffalo fundatis, 26 Martii 1822; sequenti anno multis petentibus. Cum Pius IX Papa Cajetae versaretur in exilio, hanc solemnitatem per decr. 10 Aug. 1849 ad universam extendit Ecclesiam Latinam. Pro dioec. Sarzanensi in Etruria die 16 Dec. 1747 officium Pretiosissimi Sanguinis approbatum fuerat pro feria II post Trinitatis.—Archiv.

SS. Calicis Dni N. Jesu Ch. dp. 2 cl. festum cum officio Pretiosissimi Sanguinis agitur hac Dominica Valentiae in Hispania, ipsum festum Pret. Sanguinis vero feria IV post Oct. SS. Petri et Pauli cum officio proprio. In Cathedrali Valentiae sacrum vas servari dicitur in quo Christus vinum mutavit in sanguinem (Grail). Calicem istum Oscam allatum esse a S. Laurentio M., traditio fert apocrypha Hispanorum. Saeculo

VIII irruentibus Saracenis translatus et absconditus est in arce S. Joannis de Rupe; die 26 Sept. 1399 dono datus est regibus Aragoniae et ab Alphonso V rege translatus in cathedralem Valentinam. — Cath. Enc. VI 719.—Idem vas extare fertur Genuae (Il s. Catino) v. fer. II post Trinitatis.—Archiv.—Prop. Valentiae.—Rohault, 277.

F. **SS. Redemptoris,** dp. 2 cl. concessum est Eremitis S. Augustini Portugalliae ex indulto 6 Sept. 1806.—Archiv.

F. **SS. Cordis Jesu,** annuale majus in Brev. Trecensi (Troyes) 1829; solemne majus in Brev. Bellovacensi (Beauvais) 1829. Bibl. Boll. —Diaria Romana hoc festum celebrari contendunt hac Dominica Romae in eccl. S. Laurentii in Damaso et S. M. in Publicolis.

F. **B.M.V. de Planctu** (delle Piante) agi h. D. Romae in ecclesia "Domine quo vadis", in Via Appia antiqua v. Annuario delle dioecesi e del Clero d'Italia, 1924, p. 47.—F. M.—v. Dom. infra Oct. Epiph. Diario Rom. 1921, p. 198.

F. **B. Mariae V. tit. Manna Coeli,** dp. maj. in dioec. Uxentina (Ugento) in Apulia, e conc. 28 Jan. 1896, fixe translato festo Pret. Sanguinis ad Dom. II Julii. — Die 24 Sept. 1889 pro Supersano, ubi imago colitur, concessa fuerat pro hac Dom. una Missa vot. sol. tit. Manna Coeli. —Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** quod celebratur Berceti in sanctuario proprio signatur inter festa principalia dioeceseos Parmensis in Annuario Catholico, 1924, p. 438.

F. **B. Mariae V. tit. Auxilium Christianorum,** Titul. ecclesiae III Ordinis S. Francisci, Agrigenti in Monte Succursus, dp. 1 cl. oct. Omnia ut 24 Maji.—Ordo III Ord. Romae 1869. Bibl. Boll.

Festum **Iconis B. Mariae V.** dp. maj. Spoleti in monasterio S. Gregorii.—Ordo Prov. Seraphicae O.F.M. 1844.—Bibl. Boll.

F. **B. Mariae V. de Portu Salvo,** Panormi (Palermo) in ecclesia propria ritu dp. 1 cl. cum oct. celebrari, praesens didici a clero hujus ecclesiae a. 1900. Imago inventa est a. 1524; ecclesia stilo normanno exstructa a. 1527.

F. **B. Mariae V. de Sanitate,** Titulare ecclesiae confraternitatis medicorum et judicum hac Dom. celebrari Messanae v. Sampieri 493.

F. **B. Mariae V. tit. Auxilium Agonizantium,** dp. maj. concessum est primo pro clero utriusque Siciliae 14 Dec. 1824.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. 2 cl. in honorem iconis a Capitulo Vaticano coronatae 2 Julii 1893, concessum est 30 Julii 1920 pro clero Palmae, dioec. Nolanae.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. cum facultate transferendi, die 18 Nov. 1831 concessum est dioecesi abbatiae Sublacensis.—v. Dom. II Julii. Archiv.

F. **B. Mariae V. Salutis,** dp. maj. concessum civitati Panormi 20 Aug. 1831; in aliqua calendarii reformatione hoc festum ante a. 1888 disparuit.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Suffragio** dp. maj., die 24 Aug. 1819 concessum pro dioec. Consentina (Cosenza).—Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum** agitur hac Dominica in sanctuario proprio parochiae S. Mauritii civitatis Pineroli, dp. 1 cl. oct. Imago ectypon est Consolatricis Taurinensis (20 Junii). Nova ecclesia aedificata est a. 1832, quae sanctuarium principale Pinerolensium est.—Colomb. 178.

F. **B. Mariae V. tit. de Peña de Francia (de Rupe Galliae),** Patr. Princ. dioec. Novae Caceres in Philippinis, dp. 1 cl. oct. e conc. S.R.C. a. 1895.—Colitur imago in ecclesia propria, Cathedralis filia, ex a. fere 1700. Electa est in Patronam 23 Nov. 1894. (Annales Romaines II 727.) Per decretum 8 Apr. 1905 translatum est festum in Dom. post Oct. Nativitatis.—Archiv.—Imago ectypus esse videtur iconis, quae colitur in Hispania sub titulo N. D. de la Peña de Francia.

F. **Visitationis B. Mariae V.** Rotomagi (Rouen) in ecclesia S. Maclovii, triplex 1 cl.—Off. propr. 1765. Bibl. Boll.—Item in universa Bohemia. dp. 1 cl. oct.—Off. pr.

F. **Fugae B. Mariae V. in Aegyptum,** dp. maj. habetur hac Dom. in Proprio Ludovicensi (St. Louis) et Floridarum a. 1821 impresso.—Bibl. S. J. S. Ludovici.

Translatio Imaginis B. Mariae V. Poczensis, per Missam vot. sol. B. Mariae V. agitur hac Dom. in Cathedrali Vindobanensi (Wien).—cf. literas a. 1906 a Directore Sacristiae Cathedralis acceptas.—Cf. Dom. post 4 Nov. — Die 7 Julii 1597 translata est imago e palatio Favoritensi in ecclesiam Augustinianorum, deinde in Cathedralem, ubi in altari majore colitur. Ectypon in summo honore habetur in capite navis Cathedralis.—Maurer-Kolb, 5.

Translatio Imaginis B. Mariae tit. Auxilium Christianorum, Oeniponte (Innsbruck), dp. 1 cl. oct., quia Patr. Princ.—Ordo Brixinus, 1907. — Wittenbergi a. 1517 a Luca Cranach picta, a Joanne Georgio Saxoniae Rege dono data Leopoldo II Austriae Archduci et Pataviam (Passau) allata est, ubi a. 1622 a De Schwendi canonico depicta, deinde Oenipontem transvecta et Dom. I Julii 1650 cultui exposita est in ecclesia S. Jacobi.—Gump. 949.—Marianum 1142 (Ott).—Beissel, Wallf. 100.

Commemoratio Immaculatae Conceptionis B. Mariae V. per Missam vot. sol. B.M.V. Immaculatae agitur hac die Volcei, in archid. Compsana (Conza) e privil. 10 Maji 1882.—Ordo Comps. 1895.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Angelorum, Aurigarum Patronae** agitur Romae in ecclesia "dei Coccheri", S. M. Angelorum in Cacaberis, e conc. 22 Martii 1825, pro Aurigarum sodalitate. Una Missa vot. sol. B. Mariae V. —Archiv.—Diario Rom. 1826.

F. **B. Mariae V. de Bono Consilio,** dp. maj. in Corsica Insula.—Ordo 1819.

Circuitus Iconis B. Mariae V. Gratiarum hac Dom. cum indulgentiis et Missa solemni B. Mariae V., sicut fieri solet in his Circuitus festis, in civitate Castres, dioec. Cameracensis (Cambrai) in honorem apparitionis B. Mariae V. ad sepulchrum trium virginum Mm.—N. D. de France II 470.

Sabbato proximo IV Julii.

Commemoratio Voti in honorem B. Mariae V. servatur hoc Sabbato per Missam vot. sol. B. Mariae V. ab incolis oppidi Landivy, dioec. Valleguidonensis (Laval) in ecclesia S. Sulpitii oppidi Fourgères.—N. D. de France, V 333.—F. M.

Dominica proxima IV Julii.

F. **Gaudiorum B. Mariae V.** ritu dp. fiebat saeculo XVI in dioec. Noviomensi (Noyon).—Colv. I 323.—F. M.

Dom. post Octavam S. Joannis Bapt.

F. **Visitationis B. Mariae V.** dp. 2 cl. cum oct in Brev. Coloniensi 1779. Bibl. Semin. Colon.—Pr—op. Paderborn. 1884.

Dominica infra Oct. Visitationis B. Mariae V.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. pro ecclesia homonyma in suburbio Anconae concessum 26 Junii 1817.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. conc. pro dioec. Civitatis Castellanae a. 1833.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in Proprio Cathacensi (Catanzarò) 1843.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Divini Pastoris Matris,** dp. maj. in dioec. Scyllacensi (Squillace) in Calabria.—Ordo Scyll. 1887.

Supplicatio Primaria Urbis Boscoducensis, tempore Colvenerii ritu dp. agebatur hac Dominica (Colv. II 458), nunc autem die 7 Julii.

Feria II post Dom. I Julii.

Solemnitas B. Mariae V. de Bono Succursu. Hac feria saeculo XVIII fiebat processio parochiae S. Maclovii Rotomagi (Rouen) ad sanctuarium in monte positum (Blosseville), et canebatur missa vot. sol. propria B.M.V. ritu triplici 2 cl. — Officia pr. S. Maclovii Rotom. 1768.

Bibl. Boll.—Bibl. Musaei Brit.—Festum patronale B. Mariae V. de Bono Succursu nunc fit die 24 Maji.

Dominica post IV Julii.

Festum **Gaudiorum B. Mariae V.** dp. in civitate Ennemain, dioec. Ambianensis.—Drochon, 125.—F. M.

Dominica post V Julii.

F. **B. Mariae V. Bononiensis (N. D. de Boulogne),** dp. 1 cl. oct. sub officio Visitationis fit h. Dom. in civitate Bononiensi sub Sequana (Boulogne-sur-Seine), sec. literas 21 Sept. 1907 scriptas. Anno 1320 exstructum est sanctuarium ad instar ecclesiae Bononiensis sub Mari. Imago argentea a. 1793 periit. Collocata est in ecclesia nova a. 1852 imago B. Mariae V. Nautarum Patronae.—N. D. de France I 95.—Drochon, 26.

Dominica post VI Julii.

F. **SS. Faciei Dni N. Jesu Ch.;** ectypon iconis "Veronicae" a. 1249 allatum in civitatem Montreuil-sous-Laôn, dioec. Laudunensis (Laôn), translatum in Cathedralem Laudunensem. Officium et Missa hujus festi approbata sunt ab abbate Cisterciensi; tempore perturbationis Galliarum a. 1793 festum periit, a. 1808 reassumptum, sed postea deletum est.—Janvier, Holy Face 89 ss.—v. Dom. II Julii.

F. **S. Coronae Spineae Dni,** dp. maj. in dioec. Pampelunensi in Navarra, cum officio proprio antiquo.—Off. Pampel. 1885.—Jam invenitur festum in Calendario Pampelunensi a. 1640. — Cal. Hisp. Bibl. Boll.—Item, Sabbato post Octavam SS. Apost., in Cal. Arienesi 1514. Weale I 334.

Feria IV post VI Julii.

F. **Sacratissimi Sanguinis Dni N. Jesu Ch.,** dp. 2 cl. in archid. Valentina, dioec. Segorbiensi et Oriolensi in Hispania. — Off. pr. Cetera festa Passionis (tempore Quadragesimali) in provincia Valentina semper ignota erant. Idem festum dp. 2 cl. in civitate Oaxacensi in Mexico.—Ordo 1995.

Sabbato ante Dom. II Julii.

F. **S. Spineae Coronae Dni,** dp. 2 cl. in dioec. S. Luciae Mylarum in Sicilia.—Cal. approbatum 9 Maji 1916.

Coronatio B. Mariae V. a Monte Serrato, dp. maj. Xyliani (Scigliano) in dioec. Nicastri in Calabria.—Cal. Neocastrense approb. 19 Dec. 1913.—Item in Proprio Xyliani 1915;—et in Cal. Xyliano approbato 19 Aug. 1917.—Archiv. v. Dom. II Julii.

F. **B. Mariae V. de Misericordia,** dp. 2 cl. in Cal. Interamnensi (Terni) approb. a. 1914.—Archiv.

F. B. **Mariae V. de Caravagio,** dp. 2 cl., Neapoli in Collegio Barnabitarum S. M. de Caravagio.—Cal. approb. 6 Apr. 1914.

F. B. **Mariae V. Matris Gratiarum,** Titulare Ecclesiae Metropolitanae civit. Belem de Parà in Brasilia.—Cal. approb. 3 Oct. 1914.

F. B. **Mariae V. de Bono Consilio,** assign. e 26 Apr. dp. maj. fit a Monialibus O. S. Francisci Panormi.—Cal. O.F.M. Prov. Vallis Mazariae a. 1846. Bibl. Boll.

Dominica II Julii.

F. SS. **Crucifixi de Sanguine,** dp. 2 cl. in ecclesia S. M. de Sanguine civitatis Veliternae (Velletri) sub officio SS. Redemptoris fit in honorem imaginis Christi Crucifixi, e conc. 29 Junii 1801.—Archiv.

F. SS. **Nominis Jesu Nazareni,** dp. maj. fit Anconae in ecclesia Collegiata SS. Mariae et S. Rochi, e decreto 21 Julii 1818.—Archiv.

F. SS. **Redemptoris,** dp. 2 cl. Corleone in dioec. Montis Regalis (Monreale) in Sicilia.—Cal. anni 1820.—Archiv.

F. **Spinae Dni N. Jesu Christi** in dioec. S. Luciae del Mela in Sicilia agi Dom. II Julii, v. inter festa patronalia illius dioecesis Annuario Cath. 1924 p. 544. Nunc agitur Sabbato praecedente.

F. SS. **Redemptoris,** dp. maj. pro dioec. Catacensi (Catanzaro), ex indulto 23 Aug. 1825.—Archiv.

F. **Jesu Nazareni,** dp. 2 cl. Genuae in ecclesia Canonicorum Regular. S. Augustini Lateran.—Cal. 1908.—Item in dioec. Fuldensi.—Off. pr.

F. S. **Columnae Flagellationis Dni N. Jesu Christi,** dp. 2 cl. apud Clericos Excalceatos SS. Crucis et Passionis.—Off. pr.—v. Fer. VI post Dom. III Quadragesimae.—Ordo 1900.—Rohault, 265.

Susceptio S. Spinae de Corona Dni, dp. maj. in dioec. Mimatensi (Mende).—Cal. 1903.—Item in Brev. Mimatensi 1764. Bibl. Insul. et in Brev. Mimatensi a. 1829, Bibl. Boll.

F. S. **Coronae Spinae Dni,** dp. 2 cl. in Brev. Ruthenensi (Rodez) a. 1824.—Bibl. Boll.

Sanctae et Verae Effigiei Dni N. Jesu Ch., solemne majus in Cathedrali Laudunensi.—Off. pr. 1828.—Bibl. Boll. v. Dom. post 6 Julii.

SS. Cordis Jesu festum in archidioecesi Bisuntina (Besançon), dp. 1 cl. oct.—Off. Propria 1886.—Item in Breviariis Gallicanis: Briocensi 1813, Corisopitano (1835, Quimper); in Diurnali Claromontano a. 1823; in Bisuntino 1843; Tolosano 1849, solemne majus; Andegavensi (Angers, 1827); Molinensi 1830; Atrebatensi 1838; Meldensi 1852 (Meaux) sol. majus; Vapincensi (Gap) 1831, sol. maj.; Pictaviensi (Poitiers) sol. maj. 1827; Tarbiensi 1844, sol. III ord.; Nivernensi 1833 sol. maj.; Cenomanensi (LeMans) 1827, sol. minus.—Bibl. Insulensis et Boll.

F. **B. Mariae V. Adorationis (sive, Adorationis B. Mariae V., i. e. Mariae Puerum adorantis,** Patr. Princ. Vicariatuum Codepontis et Fivizzani, dioec. Apuanae (Pontremoli), dp. 1 cl. oct.—Oratio propria pro hoc festo concessa est 10 Martii 1802 (Archiv.). In Cal. O. F. Min. Prov. Tusciae a. 1847 annuntiatur hoc festum: **"N. Dominae Rhegiensis",** Terrae Fivizzani Patronae, dp. 1 cl. Est enim haec imago ectypon iconis B.M.V. de Glara Rhegiensis.—cf. 29 Apr.

F. **B. Mariae de Monte Serrato,** dp. 1 cl. oct. sub officio Maternitatis B.M.V. concessum pro civitate Xyliani (Scigliano) in Calabria, 19 Aug. 1817.—Archiv. Nunc festum fit Sabbato praecedente.

F. **B. Mariae V. Salutis Infirmorum,** Patr. Princ. Raphadali, dioec. Agrigentinae in Sicilia, dp. 1 cl. oct. Imago se manifestavit a. 1585. —Gump. 514.—Per decr. 27 Maji 1907 festum translatum est ad Dom. V Sept., dp. 1 cl. oct. Raphadali, dp. maj. in dioecesi Agrigentina.—Archiv.—Ordo 1909.—F. M.

F. **B. Mariae V. tit. Abundantiae,** dp. maj. Cursii in dioec. Hydruntina (Otranto) e conc. 26 Nov. 1816.—In Ordine Hydruntino 1899: Patr. Princ. Terrae Cursii dp. 1 cl. oct. Etiam Mezzanae, dioec. Anglonae et Tursii ecclesia extat sub titulo S. Mariae Abundantiae.

F. **Patrocinii (Annuli) B. Mariae V.,** dp. 2 cl. in archid. Perusina (Perugia) ex anno 1677 e consuetudine approbata per decretum S. R. C. 22 Sept. 1720, 25 Apr. 1722 et 6 Aug. 1868.—Off. prop. conc. a. 1871.—Est festum proprium **"Annuli B. Mariae V.",** eximii illius ecclesiae Perusinae thesauri. Traditio est haec. A S. Joanne Apostolo Romam, a S. Mustiola Clusium (Chiusi) delatus annulus, die 23 Julii 1474 furto Perusiam abreptus est.—Colven. 3 Aug.—Koenig, 5.—Trombelli de Reliquiis B. Mariae V. Summa Aurea II 726 ss.—F. M.—Ann. Cattol. 1924, p. 459.

F. **B. Mariae V. Salutis Infirmorum,** Titulare ecclesiae propriae in civit. Consentina in Calabria, dp. 1 cl. oct. et officio Patribus Infirmis Ministrantibus pro Dom. ult. Aug. concesso, e decr. 19 Maji 1905.—Archiv.

F. **Cinguli B. Mariae V.,** dp. maj. in dioec. Pratensi in Etruria.—Ordo 1888. Quod cingulum in Assumptione sua Maria dedisse fertur S. Thomae Apostolo sibi occurrenti. A. 1141 a Michaele Dragomari Pratum allatum est ex Hierosolymis et ab ipso a. fere 1173 traditum Cathedrali. Idem cingulum quod S. Thomae dedisse creditur Deipara colitur in monasterio Vatopedi in sacro Monte Athone in Macedonia.—Dioecesi Pratensi festum concessum est a. 1798.—Archiv.—Summa Aurea II 712 (Trombelli).—G. Pelegatti, Il s. Singolo Mariano 1895.—F. M.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** Patr. Princ. Ferrariae, dp. 1 cl. oct. A. 1720 ista imago inventa est in atrio Cathedralis, a. 1734 translata ad altare proprium et incoronata 24 Maji 1779. Electa in Patr. Civit. et

Dioec. 19 Junii 1849; approbatum est festum eodem anno.—P. Marighi, Madonna delle Grazie. Ferrara 1898.—Archiv.—F. M.—Nunc agitur die 8 Julii.

Apparitio B. Mariae V. de Misericordia, dp. maj. in dioec. Nolana, ex decr. 11 Febr. 1864.—Ordo Nolae 1895.—Archiv.

F. **B. Mariae V. a Creta** agitur hac Dominica in sanctuario proprio in terra Castelazzo Bormida, dioec. Alexandrinae in Pedemonte. Anno 1720 sacellum fere dirutum fuit et imago translata in ecclesiam parochialem; nova ecclesia e populi voto erecta est 1797-1846.—Colomb. 214.

F. **B. Mariae a Bono Consilio,** dp. 2 cl. in honorem ectypi celeberrimi imaginis Genestanae de Bono Consilio obtentum est a Capitulo Basilicae S. Marci in Urbe (Piazza Venezia), die 15 Nov. 1900. In Cal. reformato (1914) duae missae B.M.V. de Bono Consilio; ex decreto S. R. C. 9 Jan. 1918 festum fit Sabbato ante Dom. II Julii.—Archiv.—Festum B. V. de Bono Consilio ante reformationem calendariorum hac Dominica fiebat. dp. 2 cl. in Societate Mariae (12 Aug. 1891), in dioec. Huajuapenensi (conc. 1904); in dioec. Vastana (dp. maj. conc. 21 Jan. 1823), in dioec. Hieracensi (Gerace, 1888) et alibi.—Archiv.—F. M.

F. **B. Mariae V. de Pietate,** dp. maj. in dioec. Andriae in Apulia, in honorem iconis miraculosae Matris Filium demortuum plangentis.—Off. pr.—Signor. Nap. II 282. In Cal. 23 Maji 1913 duae Missae.—F. M.

F. **B.M.V. de Succursu Perpetuo,** dp. 2 in Cal. Huajuapan, 1904.

F. **B. Mariae V. Providentia,** dp. maj. pro dioec. Calatayeronensi (Caltagirone) concessum 18 Sept. 1819, et pro dioec. Platiensi a. 1904. —Archiv.; item in dioec. Syracusana, Catanensi, et Pactensi in Sicilia.— F. M.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Sarsinae, conc. officium 12 Julii 1830, quod indultum fuerat pro Servitis Pisauri, 13 Dec. 1800. Vetusta imago B. Mariae V. Gratiarum colitur in Cathedrali.— Archiv.

F. **B. Mariae V. in Sabbato,** dp. maj. Minervini (Murge) in dioec. Andriae.—Off. pr. Andriae, 1880.—F. M. Agitur in memoriam doloris quo Maria viduata et sola Sabbato post crucifixionem plangebat Filius suum. (v. F. S. M. de Pietate h. Dom.)

F. **B. Mariae V. Pauperum Mater,** totum dp., Seminarae in dioec. Miletensi in Calabria, ubi colitur imago in ecclesia PP. Praedicatorum.— Literae 7 Febr. 1903 e Rhegio Calabr.—Ann. Cattol. 1924, p. 534.

F. **B. Mariae V. de Passavia,** dp. maj. in ecclesia Monialium Franciscalium Alcami in Sicilia.—Ordo O.F.M. prov. Panormitanae 1900. —In Cal. O.F.M. Vallis Mazariae 1917: Miss. vol. sol.—Archiv.

F. **Patrocinii B. Mariae V.** dp. maj., concessum pro Tusculo (Frascati) 12 Nov. 1814 pro Dom. II Julii, in qua Dominica antea celebratum fuerat f. Matris Dolorosae.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Misericordia,** Patr. min. prin. civit. et dioec. Interamnensis (Terni), dp. maj.—Ordo 1908 et 1911.—Imago a. 1850 e castello comitum Manassei translata est in Cathedralem, ubi 16 Maji 1796 oculos movere incepit.—Vera Roma.—F. nunc agitur Sabbato praecedente.

Coronatio B. Mariae V. de Paradiso, dp. maj. in sola civitate Mazariae in Sicilia.—Ordo 1888.—v. 4 Nov.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in oppido Palmae Campaniae, dioec. Nolanae, e conc. 6 Maji 1904.—Objectum est imago prodigialis S. M. Gratiarum.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Consolatricis Afflictorum,** dp. 1 cl. oct., Titularis ecclesiae propriae Agadii Inferioris (Agaggio Inferiore) in dioec. Ventimigliae, e conc. 14 Dec. 1894.—Archiv. Annuario Cattolico, 1924, p. 434.

F. **B. Mariae V. de Pietate,** dp. maj. Liburni (Livorno) in ecclesia S. Catharinae e conc. S.R.C.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. 1 cl. oct., Contitularis ecclesiae S. Gregorii Kercemi, dioec. Gaudisiensis (Gozo).—Ordo Gaudisii 1888.

F. **Aperitionis Oculorum in Imagine B. Mariae V. ad Populum Anconitanum,** seu **Prodigiorum B. Mariae V.**—Ordo S. Marci et Bisiniani a. 1901.—v. 26 Junii et 9 Julii.—Idem festum "**Aperitionis Oculorum**" in dioec. Cerignolae.—Ordo 1899.—Sub titulo **Prodigiorum B. Mariae V.** idem festum in dioec. S. Joannis de Cuyo in Argentina (Amer. Merid.), Tiburtina (Tivoli), Engolismensi (Angoulême), Tusculana (Frascati) etc. v. Calend.

F. **B. Mariae V. Divini Pastoris Matris,** dp. maj. in dioec. Tarentina, Lucerina, Miletensi, Oppidensi, Polycastrensi, Teramensi, Cariatensi et alibi.—Piminori in dioec. Oppidi S. Maria Divi Past. Mater est Patrona Principalis.—cf. Calend.—F. M.

F. **B. Mariae V. de Lourdes,** dp. maj. in dioec. Telesina in Italia.—Ordo 1908.

F. **B. Mariae V. de Gratia,** festum devotionis in dioecesibus Aliphana, Anglonensi et Tursiensi.—Cal. 1900.

F. **Maternitatis B. Mariae V.** in dioec. Neocastrensi (Nicastro) in Calabria.—Ordo 1888.

F. **B. Mariae V. tit. Refugii Peccatorum,** dp. maj. in dioec. Lyciensi (Lecce) in Apulia.—Ordo 1853 et 1888. Additiones et variationis in lectionibus conc. a. 1902.—Idem festum in dioec. Martinicensi in Indiis Occidentalibus.—Cal. 1902.

F. **B. Mariae V. Auxilii Agonzantium,** dp. maj. in dioec. Materensi in Apulia.—Ordo 1888, in dioec. Aquini, Sorae et Pontiscurvi, ex decr. 26 Aug. 1902.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. maj. in dioecesibus Barensi in Apulia (1899) et Ferentina (1903).—Cal.

F. **B. Mariae V. de Misericordia,** dp. maj. in dioec. Surrentina.—Ordo 1890.

F. **B. Mariae V. de Suffragio,** dp. maj. in Cal. Consentino 1894.

F. **B. Mariae V. de Constantinopoli** fit hac Dom. per Missam vot. sol. in ecclesia S. Mariae de Portu, dioec. Cataciensis (Catanzaro) in Calabria, ex indulto 7 Maji 1897.—Archiv.

Commemoratio B. Mariae V. in ecclesia S. Martini, terrae Sagliaccio, dioec. Sarsinae per Missas omnes de Beata, e conc. 10 Martii 1827. —Archiv.

F. **B. Mariae tit. "dell Accommodata" i. e. Commendationis Matris Dolorosae,** tempore Samperii, i. e. saec. XVII, celebrabatur hac. Dom. Messanae in ecclesia "degl' Alabardieri", vulgo "la Beveratura Vecchia".—Sampieri 490.

F. **B. Mariae V. tit. Sedes Sapientiae,** saltem per missam vot. hac Dom. Genuae in ecclesia Matrum Piarum S. Petri de Arena.—Settimana Relig. 1901, 28.

F. **B. Mariae V. Lauretanae,** e conc. 13 Apr. 1886 per Missam vot. sol. de Beata fit hac Dom. in ecclesia Collegiata Manduriae, dioec. Uritanae (Oria).—Propr. Uritanum 1899.—Archiv.

Patrocinii B. Mariae V. f. hac Dominica agitur per Missam vot. sol. B. Mariae V. in Cathedrali Mediolanensi (Milano). — Cal. Ambrosianum 1888.

F. **B. Mariae V. de Regula,** concessum 18 Martii 1833 pro ecclesia pagi "Casali di Ussita", dioec. Nursinae (Norcia); omnes missae de Beata.—Archiv.

Descensionis B. Mariae V. de Pace, dp. maj. die 6 Sept. 1806 concessum est f. Eremitis S. Augustini Lusitaniae.—Archiv.—v. 24 Jan.

F. **B. Mariae V. de Gratia,** Titularis ecclesiae Metropolitanae Belem de Parà in Brasilia, dp. 1 cl. cum oct.; in dioec. Amazonensi dp. maj.—Off. pr. 1907.—Ordo 1912.

F. **B. Mariae V. Desertorum,** dp. maj. in dioec. La Plata in Bolivia.—Off. pr. 1910.

F. **B. Mariae V. de Ocotlan,** Patr. Princ. civitatis Tlascalae, dioec. Angelopolitanae (Puebla de los Angeles) in Mexico, dp. 1 cl. oct.; dp. maj. in dioecesibus Angelopolitana et Verae Crucis.—Imago inventa est in

luco abietum (ocotlan) ad ripam fluminis Atoyac a. fere 1541 et colitur in magnifico sanctuario prope civitatem Tlascalae. Electa est in Patronam 6 Apr. 1755; festum concessum est 22 Aug. 1755.—Florencia, Zodiaco 211.—Suarez de Peredo, La SS. Virgen de Ocotlam, 1823.—A. J. de Velasco y Texada, N. S. de Ocotlan, 1750.

F. **Cordis B. Mariae V.** in dioec. Fori Julii (Fréjus); item in dioec. Bononiensi, Pisciae et Volaterrae.—v. Calend.—In Brev. Tolosae 1843 hac Dom. fit f. **SS. Cordis Jesu** cum commem. **Cordis B.M.V.**—Bibl. Boll.

F. **Miraculorum B. Mariae V.** dp. 2 cl. cum oct. et off. proprio hac Dominica fit in ecclesia S. Mauri Fossatensis (Joinville) in archid. Parisiensi, e conc. 11 Feb. 1898. — Archiv. — Imago lignea dono data monasterio S. Mauri a. 1061. Propter miraculorum splendorem tanto in honore habita est, ut monachi nonnisi nudipedes in capellam ejus ingrederentur.—N. D. de France I 105.—Drochon, 24.

F. **B. Mariae V. tit. Consolatricis Afflictorum,** dp. maj.—Ordo Missionariorum B. Mariae V. de la Salette. 1909.

F. **Prodigiorum B.M.V.** dp. maj. in Cal. Engolismensi, 1903.

F. **B. Mariae V. de Valle Benedicta (Valbenoîte)** fit per missam vot. sol. B.M.V. hac Dom. in collegio S. Annemundi Congregationis Maristarum, in sanctuario principali dioec. Virdunensis. — Statua a. 1140 inventa, a. 1793 vero combusta est.—N. D. de France VI 78.—Gump. 56.—Drochon, 1189.—Beissel, Wallf. 421.

F. **B. Mariae V. de Laureto** festum ritu dp. 1 cl. oct. olim fiebat hac Dom. in ecclesia propria civit. Venetensis (Vannes) in Britannia; minore; nunc exterior solemnitas ex decr. 23 Nov. 1917 fit hac Dom. per duas missas votivas de Beata.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Insula,** dp. 2 cl. cum officio Visitationis fiebat hac Dom. in sanctuario proprio pagi Goudelin dioec. Briocensis (Saint-Brieuc).—Ex epistola Rev. P. J. Allain, rectoris pagi Goudelin, 5 Febr. 1903.—N. D. de France IV 537.

Transitus S. Joseph, dp. 1 cl. agebatur olim h. D. Baruli in Apulia cum officio proprio. v. Off. prop. Provinciae Tranensis 1830.—v. 20 Julii qua die Anguli in Vicariatu Ferolethi, dioec. Neocastrensis in Calabria: **Memoria Sacri Transitus S. Joseph,** dp. 1 cl. oct. Cal. 1888.

Dominica post IX Julii.

F. **B. Mariae V. Miraculorum** per Missam vot. sol. B.M.V. fit hac Dom. in ecclesia propria Romae, juxta basilicam S. M. de Populo.—Archiv. — Diario Rom. 1909. — Depicta in muro juxta Tiberim a. 1525 translata est in capellam propriam.—Anno 1698 nova imago substituta et die 11 Feb. 1646 incoronata est.—Bomb. I 83.—Marchetti, Centenario 319.

Dominica post X Julii.

Commemoratio Beneficiorum B. Mariae V. ad Quercum, dp. maj., festum confirmatum 4 Aug. 1818 pro sodalitate mercatorum et artificum Viterbii in ecclesia propria cum off. et Missa B. Mariae V.; festivitas instituta fuerat a. 1800 e privilegio.—Archiv.—v. Dom. ult Sept.

Dominica post XI Julii.

Liberatio civitatis Castrensis regnante Ludovico XIII a. 1631, dp. 1 cl.—F. Dni. Off. prop. Castrensia (dioec. Montispessulani) a. 1771. —Bibl. Boll.

Dominica proxima diei XIV Julii.

Miraculorum B. Mariae V. Cancellatae, duplex decanale, Duaci in ecclesia S. Petri (Douai). — Colv. 8 Julii. — Bal. 332.—Gump. 62.— Statua exteriori parieti ecclesiae S. Petri adhaerens, inter cancellos ferreos occlusa, se manifestavit 8 Julii 1552, unde exstructum sanctuarium proprium juxta ecclesiam S. Petri.—Beissel, Wallf. 426.—N. D. de France II 417.

Dominica III Julii.

F. **SS. Redemptoris,** dp. 2 cl. cum oct., agitur in provincia Venetiana, a. 1575 institutum Venetiis, liberata civitate a peste. Venetiis solemnis habetur processio. Officium approbatum est 25 Aprilis 1722. Festum extensum est ad clerum utriusque Siciliae, ritu dp. 2 cl. cum oct., die 14 Dec. 1824.—Archiv.—Ad multas alias transiit dioeceses. In Congregatione SS. Redemptoris agitur ritu dp. 1 cl. cum octava, ut Titulare et Patronale Congregationis. In reformatione Calendariorum assignatum est diei 15 Julii.

F. **Tituli SS. Crucis,** dp. 2 cl. in Congregatione Clericorum Excalceatorum SS. Crucis et Passionis. Cal. 1900. cf. Dom. ult. Januarii; ritu dp. maj. extensum est ad Ordinem Militarem B.M.V. de Domo Teutonica a. 1903.—Archiv.

F. **SS. Sacramenti Miraculosi,** dp. 1 cl. Bruxellis ex antiqua consuetudine. Anno 1369 Judaeus quidam in civitate Enghien ciborium cum hostiis consecratis furto abstulit; Bruxellas translatum SS. Sacramentum a Judaeis injuriis affectum est.—Cf. Propria antiqua Bruxellensia in Bibl. Boll. — v. Ord. S. J. Prov. Belgicae 1908. Bibl. Germanici Collegii, Romae.

F. **Vultus Sancti** celebrari in Burgo S. Sepulchri in Etruria inter festa patronalia Dominica III Julii v. Annuario Cattolico 1924 p. 469.

F. **B. Mariae V. Pietatis,** dp. 2 cl. in dioec. Abbatiali Sublacensi (Subiaco).—Ordo 1900.—Festum introductum et propagatum est a Ven. Servo Dei Hippolyto Pugnetti, ineunte saeculo XVIII.—In Archivio S. R.

C. pro Dom. III Julii habetur concessio festi B.M.V. Gratiarum die 27 Nov. 1838. In Cal. appr. 20 Maji 1913 duae missae B. V. de Pietate Dom. III Julii.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. 1 cl. oct. Titulare ecclesiae "Casal Zebbug" in Melita insula, concessum a. 1891.—Archiv.

F. **Septem Dolorum B.M.V.** dp. maj., concessum pro dioec. Albengae 3 Dec. 1806.—Archiv. Nunc 15. Sept.

F. **B. Mariae V. de Chiquinquirà,** dp. maj. in Calendario Mercedariorum Reipublicae Aequatorianae, approb. a. 1909. — Archiv. — v. 17 Nov.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** Titulare propriae ecclesiae in suburbiis Anconae dp. 1 cl. oct. e conc. 8 Maji 1821.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Ponte,** dp. maj. Cal. dioec. Clavarensis (Chiavari) 1910.—Arch.—Pitto, Liguria Mar. Riva orient.

F. **B. Mariae V. Gratiarum Matris,** dp. maj. pro dioec. Pisauri (Pesaro); ibidem in ecclesia O. Servorum Mariae dp. 2 cl., e conc. 2 Febr. 1802.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Matris Misericordiae,** dp. 2 cl. in dioec. Eugubina (Gubbio).—Ordo 1901.—cf. Dom. ult. Aug.

F. **B. Mariae V. de Misericordia,** dp. 2 cl. Romae in ecclesia S. Joannis Florentinorum. — Cal. 1912. — Anno 1614 cubulorum jactu aleo Virginis faciem in hac icone vulneravit. Incoronata 7 Junii 1648.—Bomb. I 51.—A. Cicognani, S. M. della Misericordia, Roma 1885. Nunc (e die 12 Apr. 1920) die 15. Julii.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Firmana.—Cal. 1888.

F. **B. Mariae V. de Bono Consilio,** dp. maj. in dioec. Sarsinae.—Ordo 1889.

F. **B. Mariae V. de Providentia,** Brixiae (Brescia) in ecclesia S. Laurentii; una missa de Beata, e conc. 28 Nov. 1815.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Colle,** Perusiae in ecclesia homonyma, in memoriam beneficiorem ope S. Dei Genitricis obtentorum, omnes Missae de Beata e conc. 18 Junii et 16 Julii 1822.—Archiv.

Apparitio B.M.V. de Lourdes, dp. maj. in dioec. Gaudisiensi (Gozo insula).—Ordo 1895.—cf. 11. Feb.

Maternitatis B. Mariae V. dp. maj. Novis in archid. Lyciensi (Lecce) in Salentinis.—Cal. Lyciense 1853. Bibl. Boll.

F. **B. Mariae V. Thaumaturgae Einsidlensis,** dp. 1 cl. oct. in monasterio S. M. de Eremitis in Helvetia. — Ordo 1905. — Idem festum eodem ritu in monasterio S. Meinradi in Indiana (Americ. Sept.) et dp.

maj. in abbatia Sublacensi in Arkansas.—Ordo O.S.B. Congreg. Americ.—Helveticae 1901.—Imago a. 837 allata in cellam S. Meinradi ab Hildegarde Turegi abbatissa. B. Everardus saeculo X ecclesiam exstruxit aediculam includens, quam ab ipso Domino consecratam esse vetus fert traditio.—Gump. 24.—Colv. 14 Sept.—Rudnicki 454.—Schuetz III 375.—De iconibus Virginis Nigrae v. Beissel, Wallf. 138, 353.—F. M.

F. **B. Mariae V. de Monte Carmelo** in Canariis insulis, dp. 1 cl. cum oct. in civitate Teneriffae. — Ordo Teneriffae 1895. — Item in dioec. Valentina (Valencia, Hisp.) e decr. 25 Nov. 1808.—Ordo Valent. 1895. —cf. 16 Julii.

F. **B. Mariae V. de Bono Portu,** nautarum patronae, fit hac Dom. in ecclesia S. M. de Guardia civitatis Antibes, dioec. Nicaeensis (Nizza). —Drochon 860.

F. **Cordis B. Mariae V.** dp. maj. in dioec. Vallis Vidonis (Laval) in Francogallia et in dioecesi Fuldensi in Germania ante reformationem Calendariorum.—Cal.

F. **B. Mariae V. de Columna,** dp. maj. (assign. e 12 Oct.) in ecclesia S. Joannis loci Amorin dioec. Tudensis (Tuy), e conc. 22 Julii 1815. —Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. "del Riposo",** Nicosiae (Sicilia) in ecclesia homonyma. Omnes missae de Beata, e conc. 18 Nov. 1820.—Archiv.

Dominica post 15 Julii.

F. **Compassionis B. Mariae V.,** minus summum, extat hac Dom. in Ordine ecclesiae Sverinensis (Schwerin) a. 1519. In brev. Sverinensi a. 1529 feri VI post Reminiscere.—Grotefend, II 169.

Dominica post 17 Julii.

F. **B. Mariae V. in Porticu,** dp. 1 cl. oct. Neapoli in ecclesia Domus Clericorum Regularium Matris Dei ad Burgum Clagiae (Chiaja). —Ex epistola Erm. Michelangelo Rect. Gen. Clericorum Matris Dei, 8 Dec. 1910. Item Romae in ecclesia S. Gallae, ubi apparuit SS. Dei Genitrix (Diaria Romana), v. 17 Julii.

Dominica post 18 Julii.

F. **B. Mariae Graecae,** dp. 1 cl. cum oct. Corati, in archid. Tranensi in Apulia. SS. Deipara a. 1658 se manifestavit in icone sua Graeca, quae in turri subterranea Corati inventa est die 18 Julii. Sanctuarium exstructum est a. 1664; ejus dedicatio (1726) agitur sub officio B. Mariae V. die 31 Augusti.—P. Cosmas de Jodice, La Madonna Graeca, Bologna, 870. v. 3 Sept.

Dominica post 21 Julii.

B. Mariae V. Agonizantium Patronae, dp. maj. in dioec. Uxentina (Ugento).—Ordo 1895 et 1901.

Sabbato ante Dom. IV Julii.

F. **B. Mariae de Pozzano,** Patr. Princ. dioec. Stabiarum (Castellamare), dp. 1 cl. oct. hoc Sabbato in Cal. 15 Junii 1914; per breve tempus dies pro festo assignata erat 21 Julii, sed 4 Sept. 1915 restitutum est huic Sabbato.—Archiv.

Dominica IV Julii.

F. **S. Spinae de Corona Dni,** dp. maj. in dioec. Cremonensi, ubi colitur S. Spina in Cathedrali. Concessum est festum 18 Aug. 1807. Ordo 1890 et 1909.—Archiv. In Cal. Cremonensi, approb. 10 Junii 1913, hac Dom. duae missae de Corona Spinea.—Archiv.

Coronatio SS. Crucifixi agitur hac Dom. in ecclesia S. Michaelis, terrae Recco dioec. Genuensis, per Missam vot. sol. SS. Redemptoris, e conc. 19 Maji 1900.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Misericordiae Matris,** Patr. Princ. Maceratae, dp. 1 cl. oct.—Ordo Maceratae 1902. — v. 25 Aug. — Ex concessione 22 Apr. 1832. Officium et Missa approbata sunt 13 Aprilis 1906.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Virginitate,** dp. 1 cl. oct.; die 11 Maji 1890 concessum pro clero Scaphatorum in dioec. Nolana. — Off. ut in festo Puritatis B.M.V.—Ordo Nolae 1895.

F. **B. Mariae V. de Campo,** Patr. min. princ. Montis Ambrisii, dioec. Cajetanae (Gaeta), dp. maj. in terra Lenulae.—Ordo Cajetae 1888.

F. **B. Mariae V. de Monte Nigro,** dp. maj. in dioec. Luni-Sarzanensi, in proprio sanctuario, e conc. 11 Maji 1894.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Consolatricis Afflictorum,** dp. 1 cl. cum oct., Romae in ecclesia S. M. de Suffragio, per decr. 9 Junii 1909; antea festum erat dp. maj. et dp. 2 cl.—Archiv.—Idem festum in eccl. S. Catharinae de Funariis.—Epistola 29 Aug. 1907.

F. **Maternitatis B.M.V.** dp. maj. Sermonetae in dioec. Terracinae, assign. e Dom. II Oct., quo die ibi festum B.M.V. de Victoria.—Ordo Terracinae 1899.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Theatina (Chieti) et Vastensi.—Ordo 1899.

F. **Purissimi Cordis B. Mariae V.** in dioec. Tarvisina (Treviso).—Off. pr. 1900.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in ecclesia S. M. delle Grazie, Pizzoni in dioec. Mileti in Calabria, cum officio Visitationis, e conc. 21 Aprilis 1818.—Archiv.

F. **B. Mariae Consolatricis Afflictorum,** dp. maj. pro pago Osasco, dioec. Pineroli in Pedemonte, e conc. 12 Julii 1825.—Archiv.—S. M. della Consolazione electa est in Patronam Princ. Osasci, quae electio confirmata est 1 Julii 1910. Officium fit de Visitatione B.M.V.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Incoronatae,** Patr. Princ. Civitatis Coronatae in archid. Genuensi (Genova), dp. 1 cl. oct. — Ordo Regul. Lateranensium 1909.—Gump. 258.—Settimana Relig. 1901.

F. **B. Mariae V. tit. Refugium Peccatorum,** dp. maj. in dioec. Uritana (Oria).—Ordo 1901—et Scyllacensi (Squillace)—Ordo 1887.

F. **B. Mariae V. de Bono Consilio,** dp. maj. in Ordine Savonensi 1890 (26 Apr.).—Archiv.

Commemoratio SS. Rosarii B.M.V. fit hac Dom. in ecclesia parochiali S. Procopii in dioec. Melitensi (Malta) per Missam vot. S. Rosarii e conc. a. 1904.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Consolatione** Nembri in dioec. Bergomensi. Omnes Missae de Beata, e conc. 25 Sept. 1891.—Archiv.

Translatio Iconis B. Mariae V. de Misericordia in pago Masaccio, dioec. Aesinae (Jesi) per Missam vot. sol. conc. 9 Aug. 1833.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Misericordia** in civitate Nicaeensi (Nizza) pro confraternitate homonyma. Missa vot. sol. conc. 4 Julii 1830.—Archiv.

F. **B. Mariae V. a Miraculis,** pro ecclesia propria Romae e 9 Julii ad Dom. IV Julii translatum. Omnes Missae de Beata, conc. 17 Junii 1890.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Misericordia,** Titulare ecclesiae propriae, dp. 1 cl. oct. concessa Presbyteris a SS. Corde Jesu de Clairefontaine, dioec. Namurcensis, 22 Apr. 1910.—Archiv.

Dominica ultima Julii.

Susceptio S. Crucis, dp. maj. Parisiis in ecclesia S. Stephani de Monte.—Off. propr. 1777. Bibl. Nation. Paris.—cf. Dom. I Aug.

F. **SS. Redemptoris,** dp. 2 cl. in dioec. Sipontina (Manfredonia) et Ostunensi; dp. maj. in dioec. Syracusarum et Neti (Noto); item in dioec. Spirensi (Speyer). — cf. Calendaria et Dom. III Julii. — In Cal. Faesulano (Fiesole) 28 Julii 1913, duae missae de SS. Redemptore.

F. **B. Mariae V. de Pozzano (Puteo),** Patr. Princ. Castriadmaris Stabiarum (Castellamare), dp. 1 cl. cum oct. in civitate, dp. 2 cl. sine oct. extra civitatem. E concessione 14 Jan. 1893. Idem festum dp. maj. in toto Ordine Minimorum S. Francisci de Paula.—Ordo 1900. Inventa est imago in puteo saeculo XII; a. 1506 sanctuarium traditum est PP. Minimis.—Ricc. III 38.—Ordo Castell. 1899.—Sign. Nap. 158.—Beissel, Wallf. 399.

F. **Manifestationis B. Mariae V. de Carceribus,** dp. maj. in Cal. Pratensi (Prato) 1910. In ipso sanctuario vero die 6 Julii.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj., concessum pro dioec. Placentina (Piacenza) 29 Julii 1829. Imago coli videtur Burginovi in ecclesia O.F.Min.—Cal. O.F.Min. pro Aemilia 1905.—Off. Propr. Placentina 1908.

F. **B. Mariae V. tit. Refugium Peccatorum,** dp. maj., pro dioec. Uritana (Oria), concessum 26 Nov. 1898.—Archiv. Cal. 1899.

F. **B. Mariae V. de Carpinello,** dp. maj. in oppido Visciano, Nolae, e conc. 20 Febr. 1904.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. Salutis Infirmorum,** dp. maj. in dioec. Aquensi (Acqui) in Pedemonte, e conc. 20 Dec. 1901.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Misericordia,** dp. 1 cl. oct. Titulare ecclesiae prop. in oppido Corleone, dioec. Monregalensis (Monreale) in Sicilia, e decr. 15 Dec. 1905.—Archiv.

Patrocinii B. Mariae V. del Campione, dp. 2 cl. in dioec. Tudertina (Todi).—Ordo 1895.—Fit processio cum icone in Cathedrali. Festum e dp. maj. ad dp. 2 cl. elevatum 9 Julii 1891.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Perpetuo Succursu** dp. maj., in Ordine Amalphitano, 1895.

F. **B. Mariae V. Divini Pastoris Matris,** dp. maj. in dioec. Mazariae in Sicilia.—Ordo 1888.—et in Collegiata Terrae Cryptaleensis (Grottaglie) archid. Tarentinae (conc. 17 Nov. 1835).—Cal. Tarent. 1889.

F. **Cordis B. Mariae V.** in dioec. Pistoriae in Etruria et Tolentina in Piceno.—cf. Calend. 1888.

F. **B. Mariae V. tit. Porta Paradisi,** dp. maj. in sanctuario ad Turrim Pharum (Torre di Faro) juxta Messanam.—Gump. 1132. Quodsi festum impediatur festo S. Jacobi Apost. ex indulto Urbani VIII transfertur in Dom. I Augusti.—Sampieri.

F. **B. Mariae V. Angelorum,** Patr. Princ. civitatis Montispavonis, dioec. Scyllacensis (Squillace) in Calabria, dp. 1 cl. oct.—Ordo Scyll. 1887.

F. **B. Mariae V. de Monte Carmelo,** dp. maj. in dioec. Panormitana (Palermo) et Catacensi (Catanzaro).—Cal. 1888.

F. **B. Mariae V. tit. Auxilii Agonizantium,** dp. maj. in prov. eccl. S. Ludovici et Milwaukiensis (Amer. Sept.).—Ordo 1900.

F. **Prodigiorum B. Mariae V.** dp. maj. in omnibus Reipublicae Argentinae dioecesibus.—Off. Pr. 1899.—Item in archid. Quitensi, reip. Aequatorianae.—Cal. 1900 et 1910.

F. **B. Mariae V. de Libera,** Piani in dioec. Surrentina (nunc Salernitana), per Missam vot. sol. de Beata, e conc. 17 Julii 1896.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Abundantia,** Marzani, in ecclesia propria, dioec. Nolanae, per Missam vot. sol. de Beata, e conc. 18 Maji 1904.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Gratia,** dp. maj. in d. Aliphana, 1901.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Castello** hac Dom. celebrari Corneti in ecclesia Annuntiationis B.M.V. a. 1888 me edocuit Revmus Angelus Rossi Ep. Corneti et Centumcellarum.

F. **S. M. delle Piazze** hac Dom. celebrari Frontignani, dioec. Senensis per unam Missam vot. sol. de Beata, e conc. 30 Julii 1816.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Consolatricis Afflictorum** per unam Missam vot. sol. B.M.V. hac Dom. agendum 12 Junii 1889 concessum est a S.R.C. pro ecclesia S. Eusebii, Romae.—Archiv.

F. **S. M. Consolatricis Afflictorum** agitur hac Dom. e conc. S.R.C. Julii 1816 Romae in ecclesiis S. Catharinae de Funariis et S. M. de Suffragiis. Omnes Missae de Beata.—Archiv.

F. **Patrocinii B. Mariae V.,** Claromonte (Chiaramonte), dioec. Syracusanae, in ecclesia Capuccinorum, e conc. 12 Julii 1826. Omnes Missae de Beata.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. Salutis Infirmorum** fit hac Dom. Finalmarinae (dioec. Savon.), in ecclesia Capuccinorum, e conc. 16 Julii 1898. —Archiv.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. maj. in Cal. Missionariorum Oblatorum Immaculatae Conceptionis.—Cal. 1896.

F. **Humilitatis B. Mariae V.** dp. maj. in Cal. Societatis Mariae, 1900 (Cal.).

S. Annae, Matris Mariae f. ritu dp. 1 cl. cum oct. ante reformationem calendariorum a. 1913 agebatur hac Dominica in regno Portugalliae et republica Brasiliensi. Cal.

Dominica infra Octavam S. Jacobi Apostoli.

F. **B. Mariae V. de Sacris Literis,** dp. maj., e conc. 12 Julii 1826 agitur in parochia S. Jacobi civitatis Corte, dioec. Clavarensis, in Liguria Orientali, cum officio proprio quod Messanae recitatur die 3 Junii. Lectiones propriae approbatae sunt 22 Junii 1910. — Statua parva, ectypus iconis Messanensis S. M. de Litteris, inventa est in mari 20 Junii 1783; super aquas incessisse fertur. — Pitto, Liguria Mariana Riv. Orient.— Archiv.

F. **B. Mariae V. Matris Misericordiae de Porticibus,** dp. maj. in dioec. Urbaniae.—Ordo 1889.—Imago colitur in Cathedrali S. Christophori M.—Nunc fit die 30 Julii.

Dominica post 26 Julii.

F. **B. Mariae V. Matris Misericordiae,** dp. maj. in dioec. Tropaeae et Nicoterae in Calabria.—Ordo 1892 et 1895.

F. **B. Mariae V. de Misericordia,** dp. maj. in dioec. Uxentina (Ugento), e conc. 8 Julii 1891.—Ordo 1901.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Consolatione** per missam vot. sol. de Beata fit hac Dom. in ecclesia parochiali S. Michaelis civitatis Rivalti, dioec. Utinensis (Udine) ex indulto 7 Martii 1901.—Archiv.

AUGUSTUS.

I

PROCESSIO Venerandi Ligni Vivificae Crucis, festum est ecclesiae Graecae et filiarum inter Slavicas gentes. Hac die reliquia insignis S. Crucis e palatio imperiali (Constantinopoli) solemniter deducebatur ad Cathedralem Hagiae Sophiae et deinde duabus hebdomadibus per urbis plateas portabatur ad repellendos morbos. Quae reliquia nunc servari dicitur in monasterio S. Pauli Sacri Montis Athonis in Macedonia.—Nill. I 92.—Mrt.—Mz.—Max.—Rohault, 57, 349.

Festum **Misericordissimi Salvatoris Christi Dei Nostri et SS. Dei Genitricis Matris Ejus** institutum est pro Russia a S. Andrea Bogoljubensi Duce, pro triumpho reportato de Bulgaris ad Volgam flumen A. D. 1158; pro Graecia vero inauguratum a Manuele Comneno Imperatore in gratiarum actionem pro obtenta victoria de Sarazenis (Pazinacis) A. D. 1164. Quod festum apud Graecos periit, in Russia vero adhuc celebratur propriis tropariis et canone. De festo Graeco "Pazinacarum" (i. e. Scytharum) v. Colv. 15 Nov. Moscoviae una cum Cruce magna die 1 Aug. in processione defertur imago B.M.V. Vladimiriensis. — Mz. II 647.—Max. 215.

F. **B. Mariae V. titulo Angelorum,** dp. maj. agitur h. d. Castrinovi (Castelnuovo di Farfa) in dioec. Mandelensi (Poggio Mirteto) in Italia.—Ordo 1908.

F. **B. Mariae V. in Finibus Terrae** agitur h. d. in sanctuario Leucadensi (S. M. di Leuca), dioec. Uxentinae (Apulia) ex decreto S. R. C. 28 Junii 1719. Omnes Missae sunt vot. sol. de Beata. Ubi olim, in promontorio Japygiae, templum fuerat Minervae, nunc antiqua extat ecclesia SS. Salvatoris, in qua colitur imago B. M. Mariae V. tit. in Finibus Terrae.—Sig. Nap. II 273.—Arch.

Descensio B. Mariae V. ad fundendum Ordinem Nostrum, duplex, signatur in Calendario Hispaniae a. 1640, in appendice pro Mercedariis; in Calendario a. 1646 idem festum est dp. 1 cl. oct. Quod festum nunc agitur die 24 Sept.—Apparuit S. Maria ad fundendum Ordinem de Mercede 1 Aug. 1218: S. Petro Nolasco, S. Raymundo de Peñafort et Jacobo Regi.—Sanj. II 649.—v. 24 Sept.

F. **Iconis B. Mariae V. tit. Antiphonetria** (Predwoswestitelnitza) cum officio (acoluthia) proprio celebratur in monasterio Costamoniti S. Montis Athonis in Macedonia. Cum Agatho monasterii ecclesiarcha tem-

pore famis horrea monachorum omnino vacua esse conqueretur, vox ab ista icone prodiens ei annuntiavit, cellas promptuarias plenas esse. Fit de hoc festo memoria h. d. in Menologio Russorum.—Mz. 649.—Sn. 487.—Epis. 111.

F. **Iconis B. Mariae V. Siluanae** (Siluanskaja, i. e. dantis robur), quam S. Andreas Bogoljubensis secum deduxit in proelium (1158) in Cathedrali Mosquensi jungitur cum officio Misericordissimi Salvatoris (v. supra).—Mz. II 650.—Sn. 487.

Memoria **S. Annae Matris B. Mariae V.** h. d. signatur in Synaxario Aethiopico Patr. Or. IX 245.

II

Festum **B. Mariae V. titulo Angelorum** die 2 Augusti variis in locis aguntur, eadem quidem nuncupatione, non vero eodem objecto:

1. F. **Dedicationis B.M.V. Angelorum de Portiuncula,** ritu dp. 1 cl. oct. sub officio B.M.V. Gratiarum et lectionibus propriis agitur in provincia S. M. Angelorum (Regn. Neapol.) Ordinis Minorum, ex concessione 4 Feb. 1913.—De sacello Portiunculae et basilica S. M. Angelorum juxta Assisium, ubi S. Franciscus indulgentiam Portiunculae a Dno accepisse traditur, v. Colv. 2 Aug.—Sign. I 23.—Ricc. II 355.—Rud. 420, etc. Festum Dedicationis illius sacelli ritu dp. 2 cl. in universo Ordine Fratrum Minorum agitur sub officio Dedicationis Ecclesiae. Ubi vero ecclesia aliqua trium Ordinum S. Francisci dedicata est S. Mariae Angelorum, ex decr. 10 Junii 1690 F. Titulare agitur sub officio ut in Festis B. Mariae V. cum lect. propriis 2 Aug.—Gump. 159.

2. **S. M. Angelorum,** dp. maj. in dioec. Aeserniae et Venafri, in honorem iconis quae colitur in sanctuario proprio Valliscupae, dioec. Venafri.—Ordo 1895.

3. **S. M. Angelorum,** dp. 1 cl. oct. Romae in ecclesia propria in Macello Martyrum.—In hac ecclesia, a. 1563-1566, inter ruinas thermarum Diocletiani aedificata, colitur imago B. Mariae V. Angelorum a Perugino delineata.—P. W. 126.—Bom. IV 91.

4. **B. Mariae V. Reginae Angelorum,** dp. 1 cl. oct. in dioec. Pinnae et Hatriae (Penne ed Atri) in Piceno, Titul. Cathed. Pinnae.—Ordo 1901.

5. **S. M. Reginae Angelorum,** dp. 2 cl. in Archidioecesi Mexicana.—Tempore inundationis a. 1580 Isoyaque princeps indigena invenit hujus imaginis prototypum super aquas natantem. A. 1595 exstructa est capella Dnae Nostrae Angelorum Reginae; praesens ecclesia ad finem perducta est a. 1808, Gregorius XVI proprium concessit officium pro festo titulari, quod ad dioecesim et ad universam fere rempublicam Mexicanam transiit.—Zod.—Pr. Mex. In dioec. Tulancingo dp. 1 cl. Cal. 1903.

6. F. **B. Mariae V. tit. Reginae Angelorum,** Patronae Principalis Reipublicae Costaricensis in America Centrali.—Sanctuarium S. M. Angelorum Carthagine in honore est; statum parvam die 2 Augusti 1643 invenit mulier mulatta in fonte juxta civitatem.—Ordo Cost. 1895.—Cal. approbatum 14 Nov. 1914.—Arch.

7. F. **Dominae Angelorum,** dp. maj., cum officio Cordis B. Mariae V. signatur in Proprio Eudistarum, ab ipso B. Joanne Eudes calendario insertum, a. 1652.—Oeuvres. XI 404.

8. F. **B. Mariae V. tit. Reginae Angelorum,** dp. maj., tanquam festum devotionis cum officio proprio invenitur in Proprio Societatis Mariae et Filiarum Sapientiae, 1899.

In plurimis aliis locis hoc festum agitur, nempe in dioecesi Cupersanensi (Conversano, Puglia), Contursii in dioec. Compsana, Rotelli in dioec. Larinensi, Lucroni in Collegiata (1890) etc. Quae sint istorum festorum objecta, prorsus me latet.

F. **B. Mariae V. ab Igne,** dp. maj. in dioec. Faventina (Faenza).—Die 2 Aug. 1667 invocata Maria, Faventia a maximo incendio liberata est.—Ordo 1895.—Cal. appr. 5 Dec. 1913.—Lectio VI propria approbata est 31 Maji 1917.—Arch.—Cal. 1914.

Dedicatio S. Mariae de Scala, sub officio B. Mariae V. ritu dp. 1 cl. oct. celebratur in sanctuario proprio Soc. Jesu, Messanae; dp. maj. in dioecesi. Imago a. 1220 e Palestina allata est.—Ordo 1888 etc.—Gump. 44.—F. M.—Missa B. Mariae V. de Scala dicebatur etiam Syracusis in ecclesia homonyma; translata est solemnitas ad Dom. I Aug. die 31 Maji 1826.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Misericordia,** dp. maj. agitur Cerreti Latialis dioec. Sublacensis, in ecclesia S. Sebastiani, in honorem iconis miraculosae, ex concessione 26 Aug. 1909.—Arch.—Cal. Subl. 15 Mart. 1914.

Patrocinii B. Mariae V. duo extant festa ritu dp. maj. inter Officia propria dioec. Asculanae in Piceno a. 1827: unum hac die 2 Aug. celebrandum, alterum Dom. II Novembris.—Arch.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. maj., festum devotionis in dioecesi Taurini et aliis dioecesibus subalpinis. Off. propr. pro dioec. subalpinis, et Calend. approbatum pro dioec. Albae, 31 Aug. 1819.—Arch.

F. **B. Mariae V. de Misericordia,** dp. maj., in honorem cuiusdam iconis concessum pro dioecesi Hieracensi, (Gerace) in Calabria, 8 Julii 1891.—Arch.

Patrocinium B. Mariae de Misericordia, dp. maj. in dioec. Savonae in Liguria; cf. 18 Martii.—Archiv.—Off. pr.

III

Apparitio Dni N. Jesu Christi, facta S. Radegundae, ritu dp. 2 cl. agitur Pictavii (Gallia) in monasterio Benedictino S. Crucis. — Arch.— Decem diebus ante mortem videndum se praebuit Dominus S. Radegundae sub specie juvenis, 3 Aug. 587.—P. B. IX 502.

F. **B. Mariae V. de Miraculis,** Titulare ecclesiae Benedictinorum abbatiae homonymae in dioec. Celsonensi (Solsona) in Catalaunia (Hisp.) agitur ex concessione 7 Aug. 1907.—Arch.—Cal. O.S.B. Sublacense 1915.

IV

F. **Transfigurationis D. N. Jesu Ch.** f. simplex in Calendario Dioecesis Lebusanae in Posnania a. 1514.—Grot. II 100.

Recuperatio SS. Eucharistiae; festum solemne in sola Cathedrali Senonensi (Sens, in Gallia), in breviariis Gallicanis Senonensibus, e. g. 1836. In Calend. Senonensi approb. 24 Apr. 1914, fit commemoratio simplex de hoc festo in sola Cathedrali. — Anno 1541 Senonibus pyxis cum hostiis consecratis subrepta est; postea, 4 Augusti, inventae sunt hostiae inter rudera veteris ecclesiae.—Off. Pr. Sen.

Apparitio B. Mariae V. de S. Vito, ritu dp. 2 cl. agitur Pellestrinae in dioec. Clodiensi (Chioggia) cum officio proprio die 4 Febr. 1916 concesso. Festum ipsum approbatum fuerat dp. maj. a. 1908.—Arch.—Cal. Clodiae 4 Apr. 1914 approbatum.—Tempore quo Veneti Corcyram insulam classe lacesserunt, Dei Mater juxta Pellestrinam puerulo apparuit, injungens accolis suffragia pro defunctis. — Ricc. I 220. — Sign. II 59.—Ann. Cattol. 1924, p. 420.

F. **B. Mariae V. ad Nives** hac die anticipatur in Brevario Hispalensi, exeunte medio aevo, propter festum S. Dominici, tunc temporis die 5 Aug. celebrandum (Grot. III 137). Item in Cal. Narbonensi a. 1528 (Weale I 169) et Oxomiensi et Conchensi a. 1640 (Ordo Hisp. 1640).— Bibl. Boll.—v. 5 Aug.

F. **S. Annae Matris,** Parisiis apud Canonicos Regulares S. Victoris O. S. Aug.—Colv. 26 Julii.

V

Transfiguratio D. N. Jesu Christi agitur h. d. in Brev. Audomaropolitano (Saint-Omer) a. 1708.—Bibl. Boll.—Item, exeunte medio aevo in dioec. Wormatiensi (9 lect.), Leodiensi et Quinque Ecclesiarum (Fünfkirchen, Pecz).—Grot. II, 2, 89.

Festum **Arcae Dei** signatur h. d. in Menologio Armeno, in Vigilia Transfigurationis.—Nill. II 588.—v. Sabb. ante Dom. VII post Pent., 2 Julii, 16 Feb., 21 Nov.

IN DEDICATIONE S. MARIAE AD NIVES, dp. maj. in universa Ecclesia Latina; dp. 1 cl. cum oct. Romae in ipsa Basilica Liberiana S. Mariae Majoris, sub officio B. Mariae V.—Postquam S. Liberius Papa suo nomini fecit ecclesiam in Colle Exquilino, Sixtus III novam ibi basilicam extruxit a. fere 438, eamque Matri Dei dedicavit (Lib. Pont. n. 52).—Quae Breviarium Romanum in lectionibus hujus festi profert de miraculo nivis commenticia sunt, unde commissio Benedicti XIV pro reformatione Breviarii has lectiones immutandas esse existimavit.—Anal. Jur. Pont. 1885, p. 915.—Grisar, Rom, p. 153.—Kellner, p. 196.—Buch. II 840.—Baeum. 299.—Festum istud saec. XIV e basilica Liberiana transiit ad alias Urbis ecclesias et a Pio V extensum est ad universam Ecclesiam Latinam, sub titulo "S. Mariae ad Nives"; a 1913 festo isto redditus est titulus: "Dedicatio".—W. W. VIII 820.

Anniversarium Civitatis Auriliacensis ab Haereticorum invasione mirabiliter Deiparae auxilio liberatae, una cum Dedicatione Basilicae Liberianae celebratur h. d. Auriliaci et in tota dioecesi S. Flori (Saint-Flour) cum officio proprio B. Mariae V. cum hymnis et Missa propriis de Liberatione Civitatis.—Off. Pr. S. Flori 1900.—Evenit haec liberatio a. 1581.—N. D. II 329.—Drochon 973.

Inventio Imaginis B. Mariae V. de Columnella (Pilierello), festo diverso a festo B.M.V. Nivium, saeculo saltem XVII agebatur h. d. Messanae in ecclesia homonyma (Sampieri 124) Imago extypus est iconis B.M.V. de Columna Caesaraugustanae, a. 1537 e palatio regio translata in ecclesiam S. Gregorii.—Gump. 88.

In Martyrologio Praemonstratensi h. d. annuntiatur haec: "Eodem die **Apparitio ejusdem B. Mariae V.,** quae sto. Patri Norberto candidum Instituti habitum in capella S. Joannis Baptistae Praemonstrati ostendit." Apparuisse traditur Deipara a. 1120.

In Menologio Cisterciensi cl. Henriquez (1617) ista habentur: "**Descensio B. Mariae V. in Cistercium** et miraculosa mutatio habitus de nigro in album colorem sub S. Abbate Alberico." Quae evenisse creduntur a. 1101.—F. M. 166.—Colv. 5 Aug.—Etiam Servi Mariae, Carmelitani et alii habitum suum a S. Virgine collatum esse tradunt.

VI

TRANSFIGURATIO DOMINI, Festum Universalis Ecclesiae; in Breviario Romano dp. 2 cl., Romae vero, in Basilica Lateranensi Titulare, dp. 1 cl. oct. et vocatur: "**Transfiguratio D. N. Jesu Ch., Titulare Archibasilicae Lateranensis, quae omnium ecclesiarum Urbis et Orbis est Mater et Caput.**"—Videtur esse festum Dedicationis primae ecclesiae in summitate Montis Thabor aedificatae brevi post tempora S. Helenae (Baumst. 260—Sepp Jerus. II 165 ss.). Anno 1263 omnes ecclesiae et coenobia Montis Thabor destructa sunt, sed ex anno 1908 reaedifi-

cantur. Deest festum istud in Lectionario Hierosolymitano et in veteribus Calendariis Armenis apud Conybeare, 517 ss.; sed saeculo VII Gregorius Arsharuni Armenus Transfigurationis festum ab ipso S. Gregorio Illuminatore ineunte saeculo IV institutum esse docet loco festi Vardavarh (Rosa-flamma), quod pagani celebrabant in honorem Aphroditis (Conybeare, 510). Apud Rabban Slibha Syrum vocatur **Festum Tabernaculorum** Montis Thabor ("Faciamus hic tria tabernacula"). Transiit primo ad universam ecclesiam Graecam et alias Orientis ecclesias; in ecclesia Latina sensim receptum est exeunte medio aevo, 26 Julii seu aliis diebus agendum. Anno 1456 a Calixto III extensum est ad universam Ecclesiam Latinam in gratiarum actionem pro victoria ad Belgradum de Turcis reportatam die 6 Aug. 1456. In Armenia nunc agitur Dominica VII post Pentecosten. In sanctuariis Montis Thabor dp. 1 cl. oct. (Ordo O.F.M. Terrae S.). In Ecclesia Latina erat dp. maj.; ad ritum dp. 2 cl. elevatum 1 Nov. 1911.—Buch. II 2583.—W. W. XII 785.—Nill. I 235.

VII

Dulcissimi Nominis D. N. Jesu Christi f. dp. maj. cum oct. in Breviario Sarisburgensi (Sarum, Salisbury) a. 1514.—Brit. Mus.—Quod festum proprium est Ecclesiae Anglicae; hodiedum in libris liturgicis Cathedralis (Protest.) Sarisburgensis Anglicanae et aliarum invenitur. Ab ecclesia Sarisburgensi transiit ad Eboracensem (York), item cum octava, et ad alias in Anglia; item ad ecclesiam Aberdonensem in Scotia, solemne minus. Quae breviaria a societate Bradshaw publicata vidi in bibliotheca Domus Societatis Jesu Oxoniae (Oxford). — Bal. 398. — Colv. h. d. et 14 Jan. In lectionibus per octavam in breviario Sarisburgensi die 8 Aug. agitur de Constitutione Nominis Jesu, die 9 Aug. de Sanctificatione Ejus; die 11 Aug. de Descriptione Ejus et die 13 Aug. de Praenuntiatione Nominis Jesu.—Brev. Sarum, 1514.

Liberatio a Barbaris signatur h. d. in Menologio Basilii, in Calendario Ostromirano etc.—Mrt.

Confessio Divinitatis Christi per S. Petrum, apud Coptos. P. O. XVII 709.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** Patronae Princ. Gabiorum (Zagarole) in dioec. Praenestina (Palestrina) in honorem imaginis prodigialis, ex concessione 8 Aug. 1881. dp. 1 cl. oct., in dioec. dp. 2 cl. Incoronata est imago 7 Aug. 1881.—Cal. Praen. 1899, 1909 et 1914.

Conceptionem B. Mariae V. h. d. festo proprio celebrari ab ecclesia nationali Abyssiniorum in Africa, me edocuit Rev. P. Baeteman C. M. litteris Alitienae datis, 8 Dec. 1908.—Cf. Harris 434.—Nativitatem Mariae enim passim agunt ineunte mense Majo.—In Synaxario Arabo-Jacobitico (Patr. Or. XVII) hac die annuntiatur: "Deus misit Gabrielem ut annuntiaret Joachim nativitatem Dnae N. Matris Dei secundum carnem." —In Synax. Aethiopico (Patr. Orient. IX): "Annuntiatio Conceptionis

Mariae. Misit Dnus angelum suum Gabrielem qui annuntiaret Sancto Joachim Mariae Conceptione. Concepit S. Anna credendo verbo angeli."

VIII

Susceptio Sanguinis Dni in dioec. Strigoniensi (Gran, Esztergom) in Hungaria h. d. agebatur exeunte medio aevo.—Danko, Hymnarium, p. 452.

B. Mariae V. Providentiae Patronae Princ. civitatis Zafferanea Etnea, dioec. Catanensis (olim Dom. II Aug.), in Cal. approb. 5 Oct. 1915.

B. Mariae V. de Ponte f. celebrari h. d. Partinici, dioec. Montis Regalis in Sicilia, me edocuit Rev. Caesar Spigardi, eccl. S. Caroli Parochus in civitate nostra S. Ludovici.

B. Mariae V. Gratiarum f., in honorem iconis miraculosae quae colitur in ecclesia propria civit. Lyciensis, ritu dp. maj. agitur in archidioecesi Lyciensi (Lecce) in Apulia.—Off. pr. 1887.

B. Mariae V. de Tolga (Tolgskaja) f. celebratur in universa ecclesia Russica, institutum a. 1314 a Prochoro episcopo Rostoviae et Jaroslaviae, cui imago ad Tolgam flumen se manifestasse fertur. — Mrt. 197.—Mz. 691.—Max. 216.—Sn. 489, ubi plurima miracula referuntur.

IX

Inventio non manufactae Iconis D. N. Jesu Ch. in Camulianis; sic h. d. Menaea Graeca in Synaxario Matutini. Imago extypon esse videtur iconis Edessenae (16 Aug.) et tempore Tiberii II (578-582) mirabiliter apparuisse traditur Camulii in Cappadocia. Anno fere 600 translata est Melitenam; Byzantini vero eam Constantinopolim advectam esse dicunt exeunte saec. VI; saeculo VIII combusta est ab iconoclastis.—Dobschuetz, Christusbilder, 1899.—Mrt. 692.—Mz. II XXIV.

B. Mariae V. tit. Refugii Peccatorum, dp. maj., festum devotionis h. d. in archid. Rhegina in Calabria (Cal. 1896) et ab Ancillis SS. Cordis Jesu (Cal. approb. 17 Apr. 1914).

S. Mariae Angelorum f. dp. maj. in dioec. Surrentina (Sorrento) in Italia.—Cal. 1895.

Annivers. **Coronationis Imaginis B. Mariae V. tit. delle Rocche,** dp. maj.—Cal. Albae Pompeae (Piemont) approb. 4 Apr. 1914. — Ordo Passionist. 1917.—Imago B. Mariae V. delle Rocche colitur in pago Molare dioec. Aquensis. v. B. Aug.

B. Mariae V. Gratiarum f. dp. maj. in dioec. Urbevetrana (Orvieto).—Ordo 1888.

B. Mariae V. Incoronatae f., dp. maj. Patronae min. Princ. Civitatis Neritonensis (Nardò) in Apulia.—Cal. Nerit. 1912.

F. **Prodigiorum B. Mariae V.,** dp. maj. in dioec. Clavarensi.—Ordo 1909. v. 15. Sept.

X

Susceptio Coronae Dni, festum simplex (commem.) Carnuti in Gallia, in memoriam transitus S. Coronae per civitatem Carnutensem, cum Parisios transferretur a S. Ludovico, 10 Aug. 1239.—Cal. Carnut. 1895.—v. 11 h.

Apparitio B. Mariae V. de Mercede nuncupatae, Ordinis Redemptionis Captivorum sub ejus nomine Institutricis; sic h. d. Martyrologium Romanum ex decr. S. Rit. C. 11 Martii 1684. v. 1 Aug. et 24 Sept.—Die 10 Aug. 1223 constitutus est Ordo B.M.V. de Mercede Barcinone; apparuit vero SS. Virgo die 1 Aug. 1218.—Colv. h. d.

F. **B. Mariae V. de Dominica,** fortassis per Missam solemnem de Beata, agitur in ecclesia homonyma non longe a turri Pharo (Torre di Faro) sita prope Messanam.—Sampieri p. 575.—Gump. 1090.

Commemoratio B. Mariae V. de Luca (Lluch) per Missam vot. sol. B.M.V. celebratur h. d. in capella regali sanctuarii B.M.V. de Lluch (Luca), dioec. Majoricensis (Mallorca) ex decr. S. Rit. C. 30 Jan. 1899.—Inventa est imago a Luca pastore a. 1239.—Sanj. III 292.

XI

Susceptio (Adventus seu Translatio) S. Spineae Coronae Dni, dp. maj. in dioec. Parisiensi (Cal. 10 Febr. 1914).—Agitur hoc festum in memoriam translationis reliquiarum S. Spineae Coronae, quam S. Ludovicus IX peregit a. 1239. Corona usque ad annum 1204 servabatur in palatio imperiali Bukoleonensi Cpoli; per S. Ludovicum redempta a Venetianis. Die 11 Aug. 1806 S. Corona translata est ex abbatia S. Dionysii in Cathedralem Parisiensem. Haec solemnitas est vetustissima inter festa quae de Instrumentis Passionis Dominicae celebrantur, quia a. 1240 instituta. — In Capella Regia Parisiis dp. cum oct. — Off. pr. 1622 (Bibl. Nat. Paris.).—Medio aevo festum ad universam fere Galliam transiit.—Inveni hanc solemnitatem in Brev. Parisiensibus, in Officiis Capellae Regiae (1662) dp. cum oct.; in Brev. Meldensi (1709) Viennensi (1784, **Receptio Coronae),** Aptensi (1785), Rupellensi (1826), Carnutensi (1829), Constantiensi (1830), Aginnensi (1831) etc. In reformatione calendariorum festum susceptionis Coronae approbatum est pro Cal. Senonensi (24 Apr. 1914), Gratianopolitano (1915), Trecensi, Nanceiensi, Petricordiensi (1914) et aliis.—Roh. 202.—W. W. III 1789.—Buch. I 1167.—Rohault, 202.

B. Mariae V. de Eschio f. celebratur Valentani in dioec. Faliscodunensi (Montefiascone) in Etruria per M. vot. sol. B.M.V.—Ordo 1895.

B. Mariae V. tit. Refugii Peccatorum, dp. maj. festum devotionis in dioec. Ratisbonensi (Bavaria) ; item in Societate Divini Verbi.—Cal. 1911.—Kl. 96.

Liberationem Civitatis Blesensis ab invasione Angelorum sub Carolo VII cives Blesenses (Blois) agebant olim h. d. per M. vot. sol. in ecclesia N. Dnae de Pietate O.F.M.—N. D. de France I 136.

B. Mariae Miserantis, sive "Encaenia venerandae et pulcherrimae Domus et divi templi SS. Dnae N. Deiparae Miserantis". — Ita Men. Graeca h. d.—v. Cangius, Cpolis Christiana, IV 87.—Mrt. 198. cf. 15 Nov.

XII

F. **Apparitionis S. Crucis** factae S. Constantino Imperatori. Ita Synax. Arabo-Jacob. Patr. Or. XVII p. 717.

Translatio Coronae Spineae Dni, cum officio omnino diverso a Parisiensi die 12 Aug. agitur Divione (Dijon) in ecclesia S. Stephani. Idem festum in Cal. Lingonensi (Langres) a. 1490.—Weale Anal. I.—In Brev. Lingonensi 1829 dp. maj.—v. 11 Aug.

F. **B. Mariae Nivis,** ritu medii festi (historia) in Missalibus Passoviensibus (Passau) 1493, 1505, 1514 et 1515.—Grotefend II 179.

F. **B. Mariae V. de Itria** agebatur olim a clero saeculari civitatis Calatayeronis in Sicilia; translatum est festum ad Dom. IV post Pascha 12 Julii 1833.—Arch.

XIII

F. **Jesu Christi Salvatoris** dp. maj. h. d., in octava Transfigurationis, cum officio solemni agebatur Parisiis in ecclesia S. Salvatoris.—Off. pr. Saint-Sauveur, 1760. Bibl. Mus. Britt.

F. **SS. Redemptoris,** dp. maj. in Calendario Montisvidei (Amer. Merid.) 1905.

Reparatio pro furto Hostiae, a. 1648, dp. min., Parisiis in ecclesia S. Joannis, cum processione et officio proprio.—Off. Saint-Jean-en-Grève, Parisiis, 1742. Bibl. Mus. Britt.—v. Dom. II Adventus.

Transfiguratio Jesus Messiae in summitate Thabor, tanquam festum de praecepto in ecclesiis Aethopiae et Abyssiniae. — Thabor est symbolum ecclesiae; hic Dominus univit duas leges. P. O. IX 305.—Nill. II 703, 723.—Harris 434.—Syn. Arabo-Jacob. Patr. Or .XVII. v. 6. Aug.

Dormitionis (Transitus) B. Mariae V., dp. maj. ex antiqua consuetudine (e Lusitania accepta) agebatur in dioec. Macaonensi (China), sed a. 1894, in reformatione calendarii, sublatum est festum.—Arch.—Secundum traditionem vulgarem S. Dei Genitrix die 13 Aug. obiit et die 15 Aug. corporaliter assumpta est in coelum. — Bal. 13 Aug. — v. Dom. II Aug.—Arch.

Patrocinium B. Mariae V. in Hora Mortis, dp. maj. pro hac die Transitus B. Mariae V., primo concessum est monialibus Crucifixi O. S. Clarae civitatis Lisbonensis die 19 Julii 1791; 30 Jul. 1794 extensum est

ad moniales Benedictinas asceterii "Ave Maria" civitatis Oporto; 5 Dec. 1797 ad Ordinem Fratrum Minorum provinciae Portugalliae; 22 Julii 1815 ad moniales asceterii de Calvario civitatis Elborensis (Evora) et 23 Feb. 1823 ad moniales asceterii S. M. Paradisi, Elborae.—Arch. S. Rit. C. —S. Aur. VIII 493.

F. **B. Mariae V. Divinae Providentiae,** dp. 2 cl. in dioec. Gravinae et Montis Pelosi, 24 Maji 1921 appr.—Arch.

F. **Coronationis B. Mariae V. delle Rocche,** dp. maj. in dioec. Aquensi in Pedemonte.—Ordo 1895.—Sanctuarium B. Mariae de Rupibus in summitate montis juxta civitatem Molare exstructum est; apparuit ibi SS. Mater Dei a. 1500. Incoronata est imago 13 Aug. 1823.—Colomb. 99.—v. 9 Aug.

B. Mariae V. de Succursu festum ritu dp. maj. agitur a Patribus Societatis Jesu et Mariae (Eudistae) in anniversaria die approbationis ultimae constitutionis Congregationis Eudistarum a Pio IX. a. 1874, sub Angelo Le Doré Generali Superiore. — v. 3 Apr., 10 Junii. — Off. Prop. Eudist. 1899.

F. **B. Mariae V. tit. Refugium Peccatorum,** dp. maj. h. d. celebratur ut festum devotionis a Patribus Congregationis SS. Redemptoris et in Congregatione Missionariorum Filiorum Immaculati Cordis B. Mariae V.—Cal. appr. 20 Feb. 1914.

F. **Iconis B. Mariae V. de Passione** (Patientis, Strastnaja), Mosquae in propria ecclesia juxta portam Tverensem. Commemoratio in Menologio universae Ecclesiae Russicae.—Mz.—Anno 1641 e pago Palizi juxta Nishni-Novgorod, allata est Mosquam, ubi ecclesia cum monasterio in ejus honorem exstructa est a. 1654. Simillima est ista icon celeberrimae imagini B.M.V. de Perpetuo Succursu. Vocatur " Patiens ", quia angeli ad utrumque latus partis superioris depicti Puerulo monstrant insignia Passionis.—Mrt. 200.—Mz. II 712.—Max. 217.—Sn. 495.—Aliud festum Dom. VI post Pascha.

F. **Iconis B. Mariae V. tit. " Tuam ipsius animam pertransibit gladius ",** in pago Zysdra, gubernii Kalugae in Russia.—Sn. 499.

F. **Iconis B. Mariae V. Septies perforatae** (Semystrilnaja) agitur in ecclesia S. Joannis apud Vologdam ad rivum Toshna in Russia; de eadem icone, quae ostendit Matrem Dolorosam septem gladiis perforatam, aliud festum Dom. I post Pent.—Men. Russ. Sn. 499.

F. **Iconis B. Mariae V. de Minsca** (Minskaja) Men. Russ.—Imago colitur Minscae in ecclesia S. Spiritus. Saeculo decimo collocata est in ecclesia B.M.V. Decimanae Kioviensi; a. 1500 in flumen projecta, sed aquis erepta et Pinscum translata est, ubi die 13 Aug. collocabatur in ecclesia castelli; a. 1616 vero Minscam advecta et in ecclesia S. Spiritus posita est, quam monachi S. Basilii, Romanae Ecclesiae uniti curant.—Mz. 714.—Sn. 501.—Gump. 900.

XIV

F. **SS. Redemptoris,** dp. 2 cl. in dioec. Tusculana (Frascati) suburbicana.—Tusculi vetusta imago D. N. Jesu Christi colitur, miraculis clara. Festum e Dominica prima Septembris ad 14 Aug. translatum est 18 Sept. 1814. Hac die defertur in Cathedralem. Ritus elevatus ad dp. 2 cl. die 26 Julii 1916.—Arch.

Memoria **Magni Miraculi,** quod evenit Alexandriae, propter quod multi Judaei baptizati sunt manibus Anba Theophili, patrui S. Cyrilli. Christianus indigena apostata, ut placeret Philoxeno Judaeo ditissimo, imaginem Crucifixi cum pugione perforavit et profluxit e vulnere sanguis copiosus. Credidit Philoxenus et multi alii cum eo.—Synaxarium Arabo-Jacob. Patr. Or. XVII p. 720.—Synax. Aethiop. Patr. Or. IX; XVII.

Commemoratio SS. Trinitatis h. d. celebratur Pisae in ecclesia primitiali per Missam vot. sol. SS. Trinitatis, propter civitatem ab excidio terraemotus liberatam a. 1846.—Ordo Pis. 1907.

Vigilia seu **Profestum Assumptionis B. Mariae V.** peragitur h. d. in universa Ecclesia: apud Latinos quidem per officium feriale; in ecclesia Graeca vero propriis tropariis et canone de B. Maria V. Ejus jejunii meminit S. Nicolaus Papa a. 858 describens ad consulta Bulgarorum.

In hac vigilia **imago acheropita SS. Salvatoris** e Basilica Lateranensi ad ad Liberianam circumferebatur. Summus Pontifex mane in pervigilio comitantibus cardinalibus calceis exutus se conferebat ad capellam " Sancta Sanctorum ". Septies genuflectebat, tabulam aperiebat, osculabatur pedes Salvatoris, extrahebat imaginem et intonabat **Te Deum.** Sero autem primas Vesperas celebrabat cum Matutino novem lectionum, dein Lateranum repetebat ad celebrandam processionem. Tum cardinales et diaconi iconem Salvatoris in portatorio collocantes per agrum Lateranensem ad forum Romanum ferebant, comitante Papa et universo populo inter cantus psalmorum et collucentes cereos. Media nocte incipiebat processio. Immediate ante effigiem gradiebantur praefectus et duodecim e primoribus Urbis. Ad S. Mariam Novam sistebatur ibique super gradibus deposita imagine abstergebantur pedes Salvatoris, dum populos pronus centies **Kyrie eleison** concinebat, dein centies **Christe eleison,** iterumque centies **Kyrie eleison.** Ad S. Hadriani ad Forum repetebatur ablutio; tandem mane lucescente ad S. Mariam Majorem pertingit processio, ubi Pontifex missa celebrata populum defatigatum benedicebat ac dimittebat. Processio, quae ob interventum omnium corporationum Romanarum, innumerabilium peregrinorum concursum atque singularem solemnitatem nocturnam, tot saeculis maximam famam obtinuerat, propter varias abusus anno 1566 a S. Pio V suppressa fuit. (M. Righetti, Ephem. Lit. Aug. 1922, p. 356 ss.)

Commemoratio Apparitionis B. Mariae V. de Pinu, seu, "coram Georgio Ponomaro " agitur in Menologio Russico. — Recolitur imago in

ecclesia S. Nicolai in apparitionis loco juxta monasterium Tichvinense exstructa. Videndam se praebuit Deipara cum S. Nicolao Georgio monacho a. 1383, sub arbore pinu.—Mz. II 717; Sn. 502.—Ibidem F. **B. Mariae V. Loquentis** (Besidnaja), quod idem est cum praesente de Pinu.—Sn. 503.

Commemoratio Iconis B. Mariae V. de Narva (Narvskaja) recolitur in Menologio universae Ecclesiae Russicae.—Imago extat Moscoviae in Cathedrali Obdormitionis B. Mariae V. A. 1558 a Lutheranis in ignem projecta incolumis evasit, unde ibi ecclesia in honorem ejus aedificari coepta est, sed eodem anno translata est imago Moscoviam ab ipso archiepiscopo Novogorodiensi.—Mz. II 718.—Sn. 504.

XV

DIES MARIAE DEIPARAE. Mediantis Augusti solemnitas SS. Dei Genitricis summae antiquitatis laude gloriatur et cum festis mediantis (15) Januarii (seu 25(?) Jan. vel 26 Dec.) et mediantis (15) Maji ab Orientalibus creditur esse instituta ab Apostolis, jubente ipsa Dei Matre. Ita Breviarium Jacobiticum a. 1900 impressum in monasterio Darez-Zaaferan, p. 22; item Apocryphum "Departure of Our Lady", Journal of Sacred Literature, VII 152; item Transitus Arabicus apud Enger, p. 101; v. Scriptores Aethiopici, I 7, p. 38. Festum in Januario agebatur propter sementem, in Majo propter aristas et in Augusto propter vites et fruges arborum. Probabiliter ista tria festa celebrabantur in Syria saeculo V (fortassis exeunte saeculo IV). Haud scio an substituta sint a christianis in locum similium festorum, quibus colebant pagani vires naturae (Matrem Kybelam, cf. Allies, St. John Damascene p. 192).

Tria ista festa originis Syriaci (Antiocheni) esse videntur. Quocumque modo memoria Mariana sub die 15 Augusti magis popularis et solemnior evadere debuit, eo quia ecclesiae Armeniae, Jerusalem et Constantinopolis eam duabus aliis praetulerunt. Ecclesia Alexandrina vero prae aliis solemnitatem mensis Januarii adoptavit. Festum 15 Augusti a Graecis jam ante concilium Ephesinum adoptatum est, si sermo ille, quem Proclus sacerdos in festo S. Mariae praedicasse dicitur a 429, praesente Nestorio Archiepiscopo, revera authenticus sit.—Patr. Graeca, 65, p. 679 ss., 715 ss., 722 ss.—Luc. Anrich p. 484.

Hierosolymis statio festi diei 15 Augusti habebatur in ecclesia (jam pridem destructa) ad III milliarium juxta Bethlehem. Annuntiatur haec statio in lectionario Hierosolymitano, quem publicavit e manuscripto Armeno cl. Conybeare (Armenian Ritual, 511), sub titulo "Dies Mariam Deiparae", sive "Annuntiatio Mariae", ut vocatur in aliis fontibus Armenis apud Conybeare. Hic liber lectionarius a Gregorio Asharuni (a. 690) ascribitur S. Cyrillo Hierosolym.; Calendarium vero a. fere 555 compilatum est e festis saeculo quarto, quinto et sexto institutis. Idem Gregorius Asharuni cum tota traditione Armenorum contendit, S. Gregorium Illuminatorem, Armeniae apostolum, ineunte saeculo IV hoc fes-

tum mediantis Augusti substituisse festo pagano deae Anahit, quae divinitas est naturae frugiferae. Solemnitas ista "**Annuntiationis**" diei 15 Navarsad (Aug.) instituta est non a S. Gregorio Illuminatore, ineunte saeculo IV, sed eo tempore quo 15 Navarsad calendarii Armeni coincidebat cum 15 Augusti calendarii Juliani, i. e. inter annos 464 et 468 (Conybeare p. 511).—In sacello prope Bethlehem post concilium Ephesinum, a. fere 432, aedificato festum Syriacum diei 15 Augusti celebrabatur, unde cum lectionario ecclesiae Hierosolymitanae ad ecclesiam Armenam transiit a. fere 466, i. e. post reditum Armenorum e captivitate Persica et restitutionem liturgiae (demortuo Isdegerde). v. 25 Aug.

Hoc festum mediantis Augusti primitus non erat festum Obdormitionis seu Assumptionis Mariae sed celebrabatur in honorem dignitatis eximiae Mariae, quatenus est Mater Dei, juxta decretum solemne Concilii Ephesini. Hanc thesim probo sic:

1. In lectionario supradicto Hierosolymitano festum vocatur simpliciter: **"Dies Mariam Deiparae".** Calendarium vetus Armenum die 15 Navarsad (Augusti) refert **"Annuntiationem Deiparae".**—Etiam Gregorius Arsharuni dicit, S. Gregorium Illum. festo Anahit substituisse **Annuntiationem** Deiparae. (Conybeare 510). Lectiones festi glorificant maternitatem Dei Genitricis (verba Ps. 131, 8, quae canebantur: Surge, Domine, in requiem tuam, tu, et arca sanctificationis tuae", non necessario de Ascensione Dni et Assumptione Mariae intelligenda sunt in sensu mystico).

2. Festum in ecclesia Hierosolymitana agebatur in sacello ad tertium milliarium ad viam inter Bethlehem et Jerusalem. Si sepulcrum Mariae saeculo IV vel V notum erat Hierosolymis (ut quidam pie credunt), et si in festo 15 Augusti agebatur memoria Obitus et Assumptionis Mariae, celebrari debebat ad sepulcrum juxta Gethsemane (cujus ecclesia, sicut antea ecclesia prope Bethlehem post concilium Ephesinum (431) in honorem maternitatis Deiparae exstructa est).—cf. Conybeare 511.

3. Armeni medii aevi bene distinguebant inter festivitatem recentiorem Assumptionis Mariae et festum antiquum "a S. Gregorio institutum" (quod erat festum quod ecclesia Hierosolymitana agebat die 15 Augusti). Assumptionem medio aevo Armeni celebrabant die 15 Aug., festum "a S. Gregorio institutum" in civitate Eriza provinc. Ekelsiats ordinatum vero, die 15 Navararsad, quem illo tempore diei 25 Augusti aequiparabant. cf. Synaxarium Armenum Ter Israel, scriptum saeculo XIII. — Patr. Or. V 370. v. 25 Aug.

4. Neque in oratione Procli Constantinopoli habita, neque in vita S. Theodosii, ubi festum Dei Genitricis in monasterio suo ante annum 500 celebratum esse refertur, quaestio est de Obdormitione Mariae. — Boll. I Jan. p. 590.—Luc. An. 484.

5. Neque in Gallia festum diei 18 Jan. (quem vide) primitus erat festum Assumptionis Mariae.—v. Missam in lectionario Gallicano saeculi VII. P. L. 72, 180.—In sacramentario Bobiensi saec. VIII hoc festum 18

Jan. duas missas habet, primam, antiquiorem de Maternitate B. Mariae V., alteram, recentiorem de Assumptione Ejus.—Ib. p. 474 ss.

6. Romae festum mediantis Augusti adventicium erat, e Calendario Byzantino ascitum, quod Romae agi coeptum est in ecclesiis Byzantinis ad Collem Palatinum: S. Anastasiae, S. Theodori, S. Georgii, S. Mariae in Cosmedin etc., saeculo forse septimo. Missa vetusta sacramentarii Gelasiani, nihil habet de Obitu Deiparae, quamvis in manuscriptis recentioribus titulum Assumptionis prae se ferat.—cf. Duchesne 258.—Luc. An. 485.

7. Apud Coptos Aegypti commemoratio mensilis B. Mariae V., die 21, orta esse videtur, postquam Copti duo saltem festa, Januarii et Augusti, a Syris adoptaverunt. Si celebritas Augusti apud Syros ab origine erat festum Transitus Mariae, talis memoria etiam in Aegypto agi debebat mense Augusto. Copti vero primitus festum Obdormitionis Dei Matris celebrabant die 21 Januarii, i. e. recentiorem Mortis Deiparae memoriam cum antiquiore festo mensis Januarii jungebant.—Kell. 165 ss.

8. In apocryphis de Transitu Mariae, ubi tres festivitates Januarii, Maji et Augusti jussu Deiparae ab apostolis institutae esse dicuntur, quoad f. 15. Augusti nullibi fit memoria anniversarii Mortis seu Assumptionis B. Mariae V. Festum hiemale (15. Jan.) institutum esse traditur, "ut locustae in terra absconditae perirent segetesque rusticorum prosperarentur"; festum vernum (15 Maji): "propter aves muscasque nigras, ne e terra prodirent segetesque corrumperent"; festum aestivum (15. Aug.) "propter agros fructusque vineae et arbores quae ferunt fructus". v. Journal of Sacred Literature VII p. 152 ss. Joannis Ap. de Transitu B. Mariae, quem edidit Enger, p. 101.—Liber de Transitu B.M.V., Script. Aethiop. I 7, p. 38.—Patet festa ista antiquiora esse quam libri apocryphi de Transitu Mariae, et a populo celebrata esse priusquam de Morte Deiparae fieret memoria in Liturgia.

SOLEMNITAS ASSUMPTIONIS B. MARIAE VIRGINIS, dp. 1 cl. oct. in Ecclesia Latina, festum est universae Ecclesiae; vocatur apud Graecos **"Obdormitio"** apud Latinos antiquiores: **"Dormitio seu Pausatio S. Mariae."** Per prima quinque saecula post mortem Apostolorum traditio apostolica de Obdormitione et corporali in coelum Assumptione Deiparae quasi sub cineribus gliscebat et passim tantum et confuse vivebat. Saeculis VI et VII vero sensim et pedetentim reviviscebat. Deinde particulares ecclesiae memoriam Obdormitionis et Assumptionem Ejus cum aliquo festo Mariae praeexistente conjunxerunt: Ecclesia Syriaca, Graeca et post eas Romana cum festo mediantis Augusti, Alexandrina vero et Gallicana cum festo mediantis Januarii. Nicephorus Kallistu historiographus Byzantinus refert, Mauricium Imperatorem (582-602) pro ambitu imperii ordinasse, ut festum Obdormitionis Dei Genitricis celebraretur die 15 Augusti. (Hist. Eccl., 17, 28.)

Romae f. Assumptionis primo in monumento publico indicatur in mandato Sergii I Papae (a. 698) de processionibus. Festa Byzantina 15 Aug., 25 Mart. et 8 Sept. mediante tantum saeculo VII Romae adoptata

sunt. In Gallia festivitas B. Mariae V. diei 18 Jan. transiit in festum Assumptionis Mariae; aevo Caroli Magni vero Ecclesia Gallicana morem Romanum adoptavit et diei 18 Jan. assignavit Cathedram S. Petri e 22. Februarii.

Etiam Copti decursu temporis festum Assumptionis mediante Augusto a Graecis receperunt et die 16 Augusti celebrabant. Cum vero assueti essent, Requiem (Obitum) Deiparae die 21 Januarii celebrare, opinio apud eos invaluit (quae etiam in libros liturgicos transiit) Mariam die 21 Januarii obiisse, sed non ante 16 Augusti in coelos assumptam esse: " Dominus Apostolis promiserat, Se ipsis Eam in corpore monstraturum esse; dum istud promissum impleretur, apostoli expectabant usque ad 16 mesis Mesore (Augusti)" v. 21 Mensis Tubeh (Jan.) apud Wuestenfeld, p. 251. Ineunte saeculo nono f. Assumptionis Mariae in Ecclesiam universam transierat.—cf. Synodum Moguntinum a. 813.—Kell. 174.—Deligny, Origines de la Fête de l'Assomption.

Anno 847 a S. Leone IV Papa Assumptio Romae decorabatur octava, " liberata Urbe a saevo basilisco ", quae octava non ubique recipiebatur, e. g. Mediolani. In Menologiis Syricis saec. XIII-XIV annuntiatur hoc festum ita: **"Obitus Dei Matris, quae protegit vineas."** v. 15. Jan. Patr. Or. X. Apud Graecos festi hujus canones et troparia continuantur usque ad 23 Augusti, in monasteriis Athonis usque ad 29 Augusti. In territorio Senensi octava est privilegiata (decr. 14 Nov. 1816). In Bavariae dioecesibus (in dioec. Augustana usque ad reformationem Breviarii a. 1914) die 13 Sept. agebatur " Trigesimus Dies Assumptionis " et die 23 Sept. alibi " Quadragesimus Assumptionis ".—In civitate Hieracensi (Gerace) in Calabria usque ad annum 1914 die 15 Augusti celebrabatur Dormitio B. Mariae V. dp. 1 cl. oct., die 16 Aug. f. Assumptionis Ejus, dp. 1 cl. et die 17 Aug. f. Coronationis Ejus, dp. 1 cl.—Cal. Hier. 1889 et alia.—In Ordine Birgittanorum SS. Salvatoris olim die 30, nunc vero die 29 Augusti, dp. 2 cl. agitur f. Glorificationis B. Mariae V. quia Birgittani, secundum revelationes S. Birgittae, Mariam post dies quindecim assumptam esse arbitrantur.—Nill. I 245.—Colv. 15 Aug.—Buch. II 839. —W. W. VIII 812.—Nirschl, das Grab der hl. Jungfrau, 1896 et Nirschl, Haus und Grab der hl. Jungfrau, 1900.—Niessen, Panagia Kapouli, 1906. —Beissel I 44.—Luc. An. 487, 512, 521.—Kellner, 171.—Scheeben, Dogmatik III 570 ss. — Pohle Preuss, Mariology. — Lana, La Risurrezione e corp. Assunzione etc. 1880.

Sequentes icones B. Mariae V. h. d. tam in Ecclesia Georgiana (Iberiae) in Caucaso, quam in Menologio Russorum commemorantur:

1. Icon **B.M.V. de Ziklan** (Ziklanskaja) in monasterio Ziklan, in Cartalinia Iberiae provincia.

2. Icon celeberrima **B.M.V. de Askur** (Askurskaja), allata " a S. Andrea Apostolo ", recolitur in Cathedrali Gajenash (Gasnat), civit. Kutais.—Tam. 121.

3. Icon **B.M.V. de Gasnat** (Gajenash), allata a Tamara "Regina", filia Georgii III (1184-1212) et colitur in Cathedrali Kutaisensi.

4. Icon **B.M.V. de Bethlehem** in civitate Tiflis, in Cathedrali Kashajezkiensi. Monasterium B.M.V. de Bethlehem extruxit Tamara Regina.

5. Icon **B.M.V. de Blachernitissae,** in monasterio Kwabdachar in Cartilinia.—Mz. II 741.—Sn. 535.

Hodie in Synaxario Abyssiniae apud Harris, p. 434 signatur: **Praeparatio Corporis S. Virginis per apostolos pro peragendo funere, sive per Angelos pro ascensione diei 16 Augusti**—et die 16 Aug.: **Ascensio Corporis S. Virginis.**

In Menologio Ecclesiae Russicae a. 1901 a cl. Maltzew edito p. 735 pro die 15 Augusti sequentes icones prodigiosae B. Mariae V. commemorantur:

1. Icon **B.M.V. de Semigrado** (Semigradskaja), picta a S. Demetrio Glushizki; templum ejus ad Dvinitza flumen apud Semigradum (gub. Volodga) a. 1593 restauratum est.

2. Icon **B.M.V. de Ovinovo** (Owinowskaja), quae colitur in monsterio Paisii (gub. Kostroma), allata ex Ovinovo ad locum Galishensem.

3. Icon **B.M.V. Pscovocryptensis** (Pskowo-Petsherskaja). Allata a. 1521; in oppugnatione civitatis Pscoviae per Stephanum Bathory cives coram ea preces obtulerunt; item a. 1812 in bello Gallico.

4. Icon **B.M.V. de Surdegia** (Surdegskaja), quae apparuit a. 1530 juxta pagum Surdegi apud Ponawash (gub. Kowno), ubi nunc est monasterium S. Spiritus.

5. Icon **B.M.V. Tupitshensis** (Tupitshskaja) in monasterio S. Spiritus civitatis Mstislaviae (gub. Mohilew).

6. Icon **B.M.V. de Vladimiria** (Wladimirskaja-Rostowskaja), quae colitur in Cathedrali Rostoviensi; picta esse creditur angelorum manibus in quodam monasterio Kioviensi.

7. Icon **B.M.V. Dalmatinae** v. 15 Feb.

8. Icon **B.M.V. de Crimea** (Krimmskaja), picta in rupe. Mz. II 741.

9. Icon **B.M.V. Tshuchlomensis** (Galitshskaja-Tshuchlomskaja) v. 20 Julii.

10. Icon **B.M.V. tit. Hagiae Sophiae,** Novgorodiae et alibi, excepta Kiovia, ubi hoc festum agitur die 8 Sept.

10. Icon **B.M.V. Adriani** (Adrianowskaja). Sn. 518. Multae aliae icones ibidem, pp. 504-538.

Votum Ludovici XIII Regis commemorabatur olim h. d. in dioecesi Sarlatensi.—Ordo Sarlati 1783, et alibi in Gallia.

Mariae. Misit Dnus angelum suum Gabrielem qui annuntiaret Sancto Joachim Mariae Conceptione. Concepit S. Anna credendo verbo angeli."

VIII

Susceptio Sanguinis Dni in dioec. Strigoniensi (Gran, Esztergom) in Hungaria h. d. agebatur exeunte medio aevo.—Danko, Hymnarium, p. 452.

B. Mariae V. Providentiae Patronae Princ. civitatis Zafferanea Etnea, dioec. Catanensis (olim Dom. II Aug.), in Cal. approb. 5 Oct. 1915.

B. Mariae V. de Ponte f. celebrari h. d. Partinici, dioec. Montis Regalis in Sicilia, me edocuit Rev. Caesar Spigardi, eccl. S. Caroli Parochus in civitate nostra S. Ludovici.

B. Mariae V. Gratiarum f., in honorem iconis miraculosae quae colitur in ecclesia propria civit. Lyciensis, ritu dp. maj. agitur in archidioecesi Lyciensi (Lecce) in Apulia.—Off. pr. 1887.

B. Mariae V. de Tolga (Tolgskaja) f. celebratur in universa ecclesia Russica, institutum a. 1314 a Prochoro episcopo Rostoviae et Jaroslaviae, cui imago ad Tolgam flumen se manifestasse fertur. — Mrt. 197.—Mz. 691.—Max. 216.—Sn. 489, ubi plurima miracula referuntur.

IX

Inventio non manufactae Iconis D. N. Jesu Ch. in Camulianis; sic h. d. Menaea Graeca in Synaxario Matutini. Imago extypon esse videtur iconis Edessenae (16 Aug.) et tempore Tiberii II (578-582) mirabiliter apparuisse traditur Camulii in Cappadocia. Anno fere 600 translata est Melitenam; Byzantini vero eam Constantinopolim advectam esse dicunt exeunte saec. VI; saeculo VIII combusta est ab iconoclastis.—Dobschuetz, Christusbilder, 1899.—Mrt. 692.—Mz. II XXIV.

B. Mariae V. tit. Refugii Peccatorum, dp. maj., festum devotionis h. d. in archid. Rhegina in Calabria (Cal. 1896) et ab Ancillis SS. Cordis Jesu (Cal. approb. 17 Apr. 1914).

S. Mariae Angelorum f. dp. maj. in dioec. Surrentina (Sorrento) in Italia.—Cal. 1895.

Annivers. **Coronationis Imaginis B. Mariae V. tit. delle Rocche,** dp. maj.—Cal. Albae Pompeae (Piemont) approb. 4 Apr. 1914. — Ordo Passionist. 1917.—Imago B. Mariae V. delle Rocche colitur in pago Molare dioec. Aquensis. v. B. Aug.

B. Mariae V. Gratiarum f. dp. maj. in dioec. Urbevetrana (Orvieto).—Ordo 1888.

B. Mariae V. Incoronatae f., dp. maj. Patronae min. Princ. Civitatis Neritonensis (Nardò) in Apulia.—Cal. Nerit. 1912.

F. **Prodigiorum B. Mariae V.,** dp. maj. in dioec. Clavarensi.—Ordo 1909. v. 15. Sept.

X

Susceptio Coronae Dni, festum simplex (commem.) Carnuti in Gallia, in memoriam transitus S. Coronae per civitatem Carnutensem, cum Parisios transferretur a S. Ludovico, 10 Aug. 1239.—Cal. Carnut. 1895.—v. 11 h.

Apparitio B. Mariae V. de Mercede nuncupatae, Ordinis Redemptionis Captivorum sub ejus nomine Institutricis; sic h. d. Martyrologium Romanum ex decr. S. Rit. C. 11 Martii 1684. v. 1 Aug. et 24 Sept.—Die 10 Aug. 1223 constitutus est Ordo B.M.V. de Mercede Barcinone; apparuit vero SS. Virgo die 1 Aug. 1218.—Colv. h. d.

F. **B. Mariae V. de Dominica,** fortassis per Missam solemnem de Beata, agitur in ecclesia homonyma non longe a turri Pharo (Torre di Faro) sita prope Messanam.—Sampieri p. 575.—Gump. 1090.

Commemoratio B. Mariae V. de Luca (Lluch) per Missam vot. sol. B.M.V. celebratur h. d. in capella regali sanctuarii B.M.V. de Lluch (Luca), dioec. Majoricensis (Mallorca) ex decr. S. Rit. C. 30 Jan. 1899.—Inventa est imago a Luca pastore a. 1239.—Sanj. III 292.

XI

Susceptio (Adventus seu Translatio) S. Spineae Coronae Dni, dp. maj. in dioec. Parisiensi (Cal. 10 Febr. 1914).—Agitur hoc festum in memoriam translationis reliquiarum S. Spineae Coronae, quam S. Ludovicus IX peregit a. 1239. Corona usque ad annum 1204 servabatur in palatio imperiali Bukoleonensi Cpoli; per S. Ludovicum redempta a Venetianis. Die 11 Aug. 1806 S. Corona translata est ex abbatia S. Dionysii in Cathedralem Parisiensem. Haec solemnitas est vetustissima inter festa quae de Instrumentis Passionis Dominicae celebrantur, quia a. 1240 instituta. — In Capella Regia Parisiis dp. cum oct. — Off. pr. 1622 (Bibl. Nat. Paris.).—Medio aevo festum ad universam fere Galliam transiit.—Inveni hanc solemnitatem in Brev. Parisiensibus, in Officiis Capellae Regiae (1662) dp. cum oct.; in Brev. Meldensi (1709) Viennensi (1784, **Receptio Coronae),** Aptensi (1785), Rupellensi (1826), Carnutensi (1829), Constantiensi (1830), Aginnensi (1831) etc. In reformatione calendariorum festum susceptionis Coronae approbatum est pro Cal. Senonensi (24 Apr. 1914), Gratianopolitano (1915), Trecensi, Nanceiensi, Petricordiensi (1914) et aliis.—Roh. 202.—W. W. III 1789.—Buch. I 1167.—Rohault, 202.

B. Mariae V. de Eschio f. celebratur Valentani in dioec. Faliscodunensi (Montefiascone) in Etruria per M. vot. sol. B.M.V.—Ordo 1895.

B. Mariae V. tit. Refugii Peccatorum, dp. maj. festum devotionis in dioec. Ratisbonensi (Bavaria); item in Societate Divini Verbi.—Cal. 1911.—Kl. 96.

Liberationem Civitatis Blesensis ab invasione Angelorum sub Carolo VII cives Blesenses (Blois) agebant olim h. d. per M. vot. sol. in ecclesia N. Dnae de Pietate O.F.M.—N. D. de France I 136.

B. Mariae Miserantis, sive "Encaenia venerandae et pulcherrimae Domus et divi templi SS. Dnae N. Deiparae Miserantis". — Ita Men. Graeca h. d.—v. Cangius, Cpolis Christiana, IV 87.—Mrt. 198. cf. 15 Nov.

XII

F. **Apparitionis S. Crucis** factae S. Constantino Imperatori. Ita Synax. Arabo-Jacob. Patr. Or. XVII p. 717.

Translatio Coronae Spineae Dni, cum officio omnino diverso a Parisiensi die 12 Aug. agitur Divione (Dijon) in ecclesia S. Stephani. Idem festum in Cal. Lingonensi (Langres) a. 1490.—Weale Anal. I.—In Brev. Lingonensi 1829 dp. maj.—v. 11 Aug.

F. **B. Mariae Nivis,** ritu medii festi (historia) in Missalibus Passoviensibus (Passau) 1493, 1505, 1514 et 1515.—Grotefend II 179.

F. **B. Mariae V. de Itria** agebatur olim a clero saeculari civitatis Calatayeronis in Sicilia; translatum est festum ad Dom. IV post Pascha 12 Julii 1833.—Arch.

XIII

F. **Jesu Christi Salvatoris** dp. maj. h. d., in octava Transfigurationis, cum officio solemni agebatur Parisiis in ecclesia S. Salvatoris.—Off. pr. Saint-Sauveur, 1760. Bibl. Mus. Britt.

F. **SS. Redemptoris,** dp. maj. in Calendario Montisvidei (Amer. Merid.) 1905.

Reparatio pro furto Hostiae, a. 1648, dp. min., Parisiis in ecclesia S. Joannis, cum processione et officio proprio.—Off. Saint-Jean-en-Grève, Parisiis, 1742. Bibl. Mus. Britt.—v. Dom. II Adventus.

Transfiguratio Jesus Messiae in summitate Thabor, tanquam festum de praecepto in ecclesiis Aethopiae et Abyssiniae. — Thabor est symbolum ecclesiae; hic Dominus univit duas leges. P. O. IX 305.—Nill. II 703, 723.—Harris 434.—Syn. Arabo-Jacob. Patr. Or .XVII. v. 6. Aug.

Dormitionis (Transitus) B. Mariae V., dp. maj. ex antiqua consuetudine (e Lusitania accepta) agebatur in dioec. Macaonensi (China), sed a. 1894, in reformatione calendarii, sublatum est festum.—Arch.—Secundum traditionem vulgarem S. Dei Genitrix die 13 Aug. obiit et die 15 Aug. corporaliter assumpta est in coelum. — Bal. 13 Aug. — v. Dom. II Aug.—Arch.

Patrocinium B. Mariae V. in Hora Mortis, dp. maj. pro hac die Transitus B. Mariae V., primo concessum est monialibus Crucifixi O. S. Clarae civitatis Lisbonensis die 19 Julii 1791; 30 Jul. 1794 extensum est

ad moniales Benedictinas asceterii "Ave Maria" civitatis Oporto; 5 Dec. 1797 ad Ordinem Fratrum Minorum provinciae Portugalliae; 22 Julii 1815 ad moniales asceterii de Calvario civitatis Elborensis (Evora) et 23 Feb. 1823 ad moniales asceterii S. M. Paradisi, Elborae.—Arch. S. Rit. C. —S. Aur. VIII 493.

F. **B. Mariae V. Divinae Providentiae,** dp. 2 cl. in dioec. Gravinae et Montis Pelosi, 24 Maji 1921 appr.—Arch.

F. **Coronationis B. Mariae V. delle Rocche,** dp. maj. in dioec. Aquensi in Pedemonte.—Ordo 1895.—Sanctuarium B. Mariae de Rupibus in summitate montis juxta civitatem Molare exstructum est; apparuit ibi SS. Mater Dei a. 1500. Incoronata est imago 13 Aug. 1823.—Colomb. 99.—v. 9 Aug.

B. Mariae V. de Succursu festum ritu dp. maj. agitur a Patribus Societatis Jesu et Mariae (Eudistae) in anniversaria die approbationis ultimae constitutionis Congregationis Eudistarum a Pio IX. a. 1874, sub Angelo Le Doré Generali Superiore. — v. 3 Apr., 10 Junii. — Off. Prop. Eudist. 1899.

F. **B. Mariae V. tit. Refugium Peccatorum,** dp. maj. h. d. celebratur ut festum devotionis a Patribus Congregationis SS. Redemptoris et in Congregatione Missionariorum Filiorum Immaculati Cordis B. Mariae V.—Cal. appr. 20 Feb. 1914.

F. **Iconis B. Mariae V. de Passione** (Patientis, Strastnaja), Mosquae in propria ecclesia juxta portam Tverensem. Commemoratio in Menologio universae Ecclesiae Russicae.—Mz.—Anno 1641 e pago Palizi juxta Nishni-Novgorod, allata est Mosquam, ubi ecclesia cum monasterio in ejus honorem exstructa est a. 1654. Simillima est ista icon celeberrimae imagini B.M.V. de Perpetuo Succursu. Vocatur "Patiens", quia angeli ad utrumque latus partis superioris depicti Puerulo monstrant insignia Passionis.—Mrt. 200.—Mz. II 712.—Max. 217.—Sn. 495.—Aliud festum Dom. VI post Pascha.

F. **Iconis B. Mariae V. tit. "Tuam ipsius animam pertransibit gladius",** in pago Zysdra, gubernii Kalugae in Russia.—Sn. 499.

F. **Iconis B. Mariae V. Septies perforatae** (Semystrilnaja) agitur in ecclesia S. Joannis apud Vologdam ad rivum Toshua in Russia; de eadem icone, quae ostendit Matrem Dolorosam septem gladiis perforatam, aliud festum Dom. I post Pent.—Men. Russ. Sn. 499.

F. **Iconis B. Mariae V. de Minsca** (Minskaja) Men. Russ.—Imago colitur Minscae in ecclesia S. Spiritus. Saeculo decimo collocata est in ecclesia B.M.V. Decimanae Kioviensi; a. 1500 in flumen projecta, sed aquis erepta et Pinscum translata est, ubi die 13 Aug. collocabatur in ecclesia castelli; a. 1616 vero Minscam advecta et in ecclesia S. Spiritus posita est, quam monachi S. Basilii, Romanae Ecclesiae uniti curant.—Mz. 714.—Sn. 501.—Gump. 900.

XIV

F. **SS. Redemptoris,** dp. 2 cl. in dioec. Tusculana (Frascati) suburbicana.—Tusculi vetusta imago D. N. Jesu Christi colitur, miraculis clara. Festum e Dominica prima Septembris ad 14 Aug. translatum est 18 Sept. 1814. Hac die defertur in Cathedralem. Ritus elevatus ad dp. 2 cl. die 26 Julii 1916.—Arch.

Memoria **Magni Miraculi,** quod evenit Alexandriae, propter quod multi Judaei baptizati sunt manibus Anba Theophili, patrui S. Cyrilli. Christianus indigena apostata, ut placeret Philoxeno Judaeo ditissimo, imaginem Crucifixi cum pugione perforavit et profluxit e vulnere sanguis copiosus. Credidit Philoxenus et multi alii cum eo.—Synaxarium Arabo-Jacob. Patr. Or. XVII p. 720.—Synax. Aethiop. Patr. Or. IX; XVII.

Commemoratio SS. Trinitatis h. d. celebratur Pisae in ecclesia primitiali per Missam vot. sol. SS. Trinitatis, propter civitatem ab excidio terraemotus liberatam a. 1846.—Ordo Pis. 1907.

Vigilia seu **Profestum Assumptionis B. Mariae V.** peragitur h. d. in universa Ecclesia: apud Latinos quidem per officium feriale; in ecclesia Graeca vero propriis tropariis et canone de B. Maria V. Ejus jejunii meminit S. Nicolaus Papa a. 858 describens ad consulta Bulgarorum.

In hac vigilia **imago acheropita SS. Salvatoris** e Basilica Lateranensi ad ad Liberianam circumferebatur. Summus Pontifex mane in pervigilio comitantibus cardinalibus calceis exutus se conferebat ad capellam "Sancta Sanctorum". Septies genuflectebat, tabulam aperiebat, osculabatur pedes Salvatoris, extrahebat imaginem et intonabat **Te Deum.** Sero autem primas Vesperas celebrabat cum Matutino novem lectionum, dein Lateranum repetebat ad celebrandam processionem. Tum cardinales et diaconi iconem Salvatoris in portatorio collocantes per agrum Lateranensem ad forum Romanum ferebant, comitante Papa et universo populo inter cantus psalmorum et collucentes cereos. Media nocte incipiebat processio. Immediate ante effigiem gradiebantur praefectus et duodecim e primoribus Urbis. Ad S. Mariam Novam sistebatur ibique super gradibus deposita imagine abstergebantur pedes Salvatoris, dum populos pronus centies **Kyrie eleison** concinebat, dein centies **Christe eleison,** iterumque centies **Kyrie eleison.** Ad S. Hadriani ad Forum repetebatur ablutio; tandem mane lucescente ad S. Mariam Majorem pertingit processio, ubi Pontifex missa celebrata populum defatigatum benedicebat ac dimittebat. Processio, quae ob interventum omnium corporationum Romanarum, innumerabilium peregrinorum concursum atque singularem solemnitatem nocturnam, tot saeculis maximam famam obtinuerat, propter varias abusus anno 1566 a S. Pio V suppressa fuit. (M. Righetti, Ephem. Lit. Aug. 1922, p. 356 ss.)

Commemoratio Apparitionis B. Mariae V. de Pinu, seu, "coram Georgio Ponomaro" agitur in Menologio Russico. — Recolitur imago in

ecclesia S. Nicolai in apparitionis loco juxta monasterium Tichvinense exstructa. Videndam se praebuit Deipara cum S. Nicolao Georgio monacho a. 1383, sub arbore pinu.—Mz. II 717; Sn. 502.—Ibidem F. **B. Mariae V. Loquentis** (Besidnaja), quod idem est cum praesente de Pinu.—Sn. 503.

Commemoratio Iconis B. Mariae V. de Narva (Narvskaja) recolitur in Menologio universae Ecclesiae Russicae.—Imago extat Moscoviae in Cathedrali Obdormitionis B. Mariae V. A. 1558 a Lutheranis in ignem projecta incolumis evasit, unde ibi ecclesia in honorem ejus aedificari coepta est, sed eodem anno translata est imago Moscoviam ab ipso archiepiscopo Novogorodiensi.—Mz. II 718.—Sn. 504.

XV

DIES MARIAE DEIPARAE. Mediantis Augusti solemnitas SS. Dei Genitricis summae antiquitatis laude gloriatur et cum festis mediantis (15) Januarii (seu 25(?) Jan. vel 26 Dec.) et mediantis (15) Maji ab Orientalibus creditur esse instituta ab Apostolis, jubente ipsa Dei Matre. Ita Breviarium Jacobiticum a. 1900 impressum in monasterio Darez-Zaaferan, p. 22; item Apocryphum "Departure of Our Lady", Journal of Sacred Literature, VII 152; item Transitus Arabicus apud Enger, p. 101; v. Scriptores Aethiopici, I 7, p. 38. Festum in Januario agebatur propter sementem, in Majo propter aristas et in Augusto propter vites et fruges arborum. Probabiliter ista tria festa celebrabantur in Syria saeculo V (fortassis exeunte saeculo IV). Haud scio an substituta sint a christianis in locum similium festorum, quibus colebant pagani vires naturae (Matrem Kybelam, cf. Allies, St. John Damascene p. 192).

Tria ista festa originis Syriaci (Antiocheni) esse videntur. Quocumque modo memoria Mariana sub die 15 Augusti magis popularis et solemnior evadere debuit, eo quia ecclesiae Armeniae, Jerusalem et Constantinopolis eam duabus aliis praetulerunt. Ecclesia Alexandrina vero prae aliis solemnitatem mensis Januarii adoptavit. Festum 15 Augusti a Graecis jam ante concilium Ephesinum adoptatum est, si sermo ille, quem Proclus sacerdos in festo S. Mariae praedicasse dicitur a 429, praesente Nestorio Archiepiscopo, revera authenticus sit.—Patr. Graeca, 65, p. 679 ss., 715 ss., 722 ss.—Luc. Anrich p. 484.

Hierosolymis statio festi diei 15 Augusti habebatur in ecclesia (jam pridem destructa) ad III milliarium juxta Bethlehem. Annuntiatur haec statio in lectionario Hierosolymitano, quem publicavit e manuscripto Armeno cl. Conybeare (Armenian Ritual, 511), sub titulo "Dies Mariam Deiparae", sive "Annuntiatio Mariae", ut vocatur in aliis fontibus Armenis apud Conybeare. Hic liber lectionarius a Gregorio Asharuni (a. 690) ascribitur S. Cyrillo Hierosolym.; Calendarium vero a. fere 555 compilatum est e festis saeculo quarto, quinto et sexto institutis. Idem Gregorius Asharuni cum tota traditione Armenorum contendit, S. Gregorium Illuminatorem, Armeniae apostolum, ineunte saeculo IV hoc fes-

tum mediantis Augusti substituisse festo pagano deae Anahit, quae divinitas est naturae frugiferae. Solemnitas ista "**Annuntiationis**" diei 15 Navarsad (Aug.) instituta est non a S. Gregorio Illuminatore, ineunte saeculo IV, sed eo tempore quo 15 Navarsad calendarii Armeni coincidebat cum 15 Augusti calendarii Juliani, i. e. inter annos 464 et 468 (Conybeare p. 511).—In sacello prope Bethlehem post concilium Ephesinum, a. fere 432, aedificato festum Syriacum diei 15 Augusti celebrabatur, unde cum lectionario ecclesiae Hierosolymitanae ad ecclesiam Armenam transiit a. fere 466, i. e. post reditum Armenorum e captivitate Persica et restitutionem liturgiae (demortuo Isdegerde). v. 25 Aug.

Hoc festum mediantis Augusti primitus non erat festum Obdormitionis seu Assumptionis Mariae sed celebrabatur in honorem dignitatis eximiae Mariae, quatenus est Mater Dei, juxta decretum solemne Concilii Ephesini. Hanc thesim probo sic:

1. In lectionario supradicto Hierosolymitano festum vocatur simpliciter: **"Dies Mariam Deiparae".** Calendarium vetus Armenum die 15 Navarsad (Augusti) refert **"Annuntiationem Deiparae".**—Etiam Gregorius Arsharuni dicit, S. Gregorium Illum. festo Anahit substituisse **Annuntiationem** Deiparae. (Conybeare 510). Lectiones festi glorificant maternitatem Dei Genitricis (verba Ps. 131, 8, quae canebantur: Surge, Domine, in requiem tuam, tu, et arca sanctificationis tuae", non necessario de Ascensione Dni et Assumptione Mariae intelligenda sunt in sensu mystico).

2. Festum in ecclesia Hierosolymitana agebatur in sacello ad tertium milliarium ad viam inter Bethlehem et Jerusalem. Si sepulcrum Mariae saeculo IV vel V notum erat Hierosolymis (ut quidam pie credunt), et si in festo 15 Augusti agebatur memoria Obitus et Assumptionis Mariae, celebrari debebat ad sepulcrum juxta Gethsemane (cujus ecclesia, sicut antea ecclesia prope Bethlehem post concilium Ephesinum (431) in honorem maternitatis Deiparae exstructa est).—cf. Conybeare 511.

3. Armeni medii aevi bene distinguebant inter festivitatem recentiorem Assumptionis Mariae et festum antiquum "a S. Gregorio institutum" (quod erat festum quod ecclesia Hierosolymitana agebat die 15 Augusti). Assumptionem medio aevo Armeni celebrabant die 15 Aug., festum "a S. Gregorio institutum" in civitate Eriza provinc. Ekelsiats ordinatum vero, die 15 Navararsad, quem illo tempore diei 25 Augusti aequiparabant. cf. Synaxarium Armenum Ter Israel, scriptum saeculo XIII. — Patr. Or. V 370. v. 25 Aug.

4. Neque in oratione Procli Constantinopoli habita, neque in vita S. Theodosii, ubi festum Dei Genitricis in monasterio suo ante annum 500 celebratum esse refertur, quaestio est de Obdormitione Mariae. — Boll. I Jan. p. 590.—Luc. An. 484.

5. Neque in Gallia festum diei 18 Jan. (quem vide) primitus erat festum Assumptionis Mariae.—v. Missam in lectionario Gallicano saeculi VII. P. L. 72, 180.—In sacramentario Bobiensi saec. VIII hoc festum 18

Jan. duas missas habet, primam, antiquiorem de Maternitate B. Mariae V., alteram, recentiorem de Assumptione Ejus.—Ib. p. 474 ss.

6. Romae festum mediantis Augusti adventicium erat, e Calendario Byzantino ascitum, quod Romae agi coeptum est in ecclesiis Byzantinis ad Collem Palatinum: S. Anastasiae, S. Theodori, S. Georgii, S. Mariae in Cosmedin etc., saeculo forse septimo. Missa vetusta sacramentarii Gelasiani, nihil habet de Obitu Deiparae, quamvis in manuscriptis recentioribus titulum Assumptionis prae se ferat.—cf. Duchesne 258.—Luc. An. 485.

7. Apud Coptos Aegypti commemoratio mensilis B. Mariae V., die 21, orta esse videtur, postquam Copti duo saltem festa, Januarii et Augusti, a Syris adoptaverunt. Si celebritas Augusti apud Syros ab origine erat festum Transitus Mariae, talis memoria etiam in Aegypto agi debebat mense Augusto. Copti vero primitus festum Obdormitionis Dei Matris celebrabant die 21 Januarii, i. e. recentiorem Mortis Deiparae memoriam cum antiquiore festo mensis Januarii jungebant.—Kell. 165 ss.

8. In apocryphis de Transitu Mariae, ubi tres festivitates Januarii, Maji et Augusti jussu Deiparae ab apostolis institutae esse dicuntur, quoad f. 15. Augusti nullibi fit memoria anniversarii Mortis seu Assumptionis B. Mariae V. Festum hiemale (15. Jan.) institutum esse traditur, "ut locustae in terra absconditae perirent segetesque rusticorum prosperarentur"; festum vernum (15 Maji): "propter aves muscasque nigras, ne e terra prodirent segetesque corrumperent"; festum aestivum (15. Aug.) "propter agros fructusque vineae et arbores quae ferunt fructus". v. Journal of Sacred Literature VII p. 152 ss. Joannis Ap. de Transitu B. Mariae, quem edidit Enger, p. 101.—Liber de Transitu B.M.V., Script. Aethiop. I 7, p. 38.—Patet festa ista antiquiora esse quam libri apocryphi de Transitu Mariae, et a populo celebrata esse priusquam de Morte Deiparae fieret memoria in Liturgia.

SOLEMNITAS ASSUMPTIONIS B. MARIAE VIRGINIS, dp. 1 cl. oct. in Ecclesia Latina, festum est universae Ecclesiae; vocatur apud Graecos **"Obdormitio"** apud Latinos antiquiores: **"Dormitio seu Pausatio S. Mariae."** Per prima quinque saecula post mortem Apostolorum traditio apostolica de Obdormitione et corporali in coelum Assumptione Deiparae quasi sub cineribus gliscebat et passim tantum et confuse vivebat. Saeculis VI et VII vero sensim et pedetentim reviviscebat. Deinde particulares ecclesiae memoriam Obdormitionis et Assumptionem Ejus cum aliquo festo Mariae praeexistente conjunxerunt: Ecclesia Syriaca, Graeca et post eas Romana cum festo mediantis Augusti, Alexandrina vero et Gallicana cum festo mediantis Januarii. Nicephorus Kallistu historiographus Byzantinus refert, Mauricium Imperatorem (582-602) pro ambitu imperii ordinasse, ut festum Obdormitionis Dei Genitricis celebraretur die 15 Augusti. (Hist. Eccl., 17, 28.)

Romae f. Assumptionis primo in monumento publico indicatur in mandato Sergii I Papae (a. 698) de processionibus. Festa Byzantina 15 Aug., 25 Mart. et 8 Sept. mediante tantum saeculo VII Romae adoptata

sunt. In Gallia festivitas B. Mariae V. diei 18 Jan. transiit in festum Assumptionis Mariae; aevo Caroli Magni vero Ecclesia Gallicana morem Romanum adoptavit et diei 18 Jan. assignavit Cathedram S. Petri e 22. Februarii.

Etiam Copti decursu temporis festum Assumptionis mediante Augusto a Graecis receperunt et die 16 Augusti celebrabant. Cum vero assueti essent, Requiem (Obitum) Deiparae die 21 Januarii celebrare, opinio apud eos invaluit (quae etiam in libros liturgicos transiit) Mariam die 21 Januarii obiisse, sed non ante 16 Augusti in coelos assumptam esse: "Dominus Apostolis promiserat, Se ipsis Eam in corpore monstraturum esse; dum istud promissum impleretur, apostoli expectabant usque ad 16 mensis Mesore (Augusti)" v. 21 Mensis Tubeh (Jan.) apud Wuestenfeld. p. 251. Ineunte saeculo nono f. Assumptionis Mariae in Ecclesiam universam transierat.—cf. Synodum Moguntinum a. 813.—Kell. 174.—Deligny, Origines de la Fête de l'Assomption.

Anno 847 a S. Leone IV Papa Assumptio Romae decorabatur octava, "liberata Urbe a saevo basilisco", quae octava non ubique recipiebatur, e. g. Mediolani. In Menologiis Syricis saec. XIII-XIV annuntiatur hoc festum ita: **"Obitus Dei Matris, quae protegit vineas."** v. 15. Jan. Patr. Or. X. Apud Graecos festi hujus canones et troparia continuantur usque ad 23 Augusti, in monasteriis Athonis usque ad 29 Augusti. In territorio Senensi octava est privilegiata (decr. 14 Nov. 1816). In Bavariae dioecesibus (in dioec. Augustana usque ad reformationem Breviarii a. 1914) die 13 Sept. agebatur "Trigesimus Dies Assumptionis" et die 23 Sept. alibi "Quadragesimus Assumptionis".—In civitate Hieracensi (Gerace) in Calabria usque ad annum 1914 die 15 Augusti celebrabatur Dormitio B. Mariae V. dp. 1 cl. oct., die 16 Aug. f. Assumptionis Ejus, dp. 1 cl. et die 17 Aug. f. Coronationis Ejus, dp. 1 cl.—Cal. Hier. 1889 et alia.—In Ordine Birgittanorum SS. Salvatoris olim die 30, nunc vero die 29 Augusti, dp. 2 cl. agitur f. Glorificationis B. Mariae V. quia Birgittani, secundum revelationes S. Birgittae, Mariam post dies quindecim assumptam esse arbitrantur.—Nill. I 245.—Colv. 15 Aug.—Buch. II 839. —W. W. VIII 812.—Nirschl, das Grab der hl. Jungfrau, 1896 et Nirschl, Haus und Grab der hl. Jungfrau, 1900.—Niessen, Panagia Kapouli, 1906. —Beissel I 44.—Luc. An. 487, 512, 521.—Kellner, 171.—Scheeben, Dogmatik III 570 ss. — Pohle Preuss, Mariology. — Lana, La Risurrezione e corp. Assunzione etc. 1880.

Sequentes icones B. Mariae V. h. d. tam in Ecclesia Georgiana (Iberiae) in Caucaso, quam in Menologio Russorum commemorantur:

1. Icon **B.M.V. de Ziklan** (Ziklanskaja) in monasterio Ziklan, in Cartalinia Iberiae provincia.

2. Icon celeberrima **B.M.V. de Askur** (Askurskaja), allata "a S. Andrea Apostolo", recolitur in Cathedrali Gajenash (Gasnat), civit. Kutais.—Tam. 121.

3. Icon **B.M.V. de Gasnat** (Gajenash), allata a Tamara "Regina", filia Georgii III (1184-1212) et colitur in Cathedrali Kutaisensi.

4. Icon **B.M.V. de Bethlehem** in civitate Tiflis, in Cathedrali Kashajezkiensi. Monasterium B.M.V. de Bethlehem extruxit Tamara Regina.

5. Icon **B.M.V. de Blachernitissae,** in monasterio Kwabdachar in Cartilinia.—Mz. II 741.—Sn. 535.

Hodie in Synaxario Abyssiniae apud Harris, p. 434 signatur: **Praeparatio Corporis S. Virginis per apostolos pro peragendo funere, sive per Angelos pro ascensione diei 16 Augusti**—et die 16 Aug.: **Ascensio Corporis S. Virginis.**

In Menologio Ecclesiae Russicae a. 1901 a cl. Maltzew edito p. 735 pro die 15 Augusti sequentes icones prodigiosae B. Mariae V. commemorantur:

1. Icon **B.M.V. de Semigrado** (Semigradskaja), picta a S. Demetrio Glushizki; templum ejus ad Dvinitza flumen apud Semigradum (gub. Volodga) a. 1593 restauratum est.

2. Icon **B.M.V. de Ovinovo** (Owinowskaja), quae colitur in monsterio Paisii (gub. Kostroma), allata ex Ovinovo ad locum Galishensem.

3. Icon **B.M.V. Pscovocryptensis** (Pskowo-Petsherskaja). Allata a. 1521; in oppugnatione civitatis Pscoviae per Stephanum Bathory cives coram ea preces obtulerunt; item a. 1812 in bello Gallico.

4. Icon **B.M.V. de Surdegia** (Surdegskaja), quae apparuit a. 1530 juxta pagum Surdegi apud Ponawash (gub. Kowno), ubi nunc est monasterium S. Spiritus.

5. Icon **B.M.V. Tupitshensis** (Tupitshskaja) in monasterio S. Spiritus civitatis Mstislaviae (gub. Mohilew).

6. Icon **B.M.V. de Vladimiria** (Wladimirskaja-Rostowskaja), quae colitur in Cathedrali Rostoviensi; picta esse creditur angelorum manibus in quodam monasterio Kioviensi.

7. Icon **B.M.V. Dalmatinae** v. 15 Feb.

8. Icon **B.M.V. de Crimea** (Krimmskaja), picta in rupe. Mz. II 741.

9. Icon **B.M.V. Tshuchlomensis** (Galitshskaja-Tshuchlomskaja) v. 20 Julii.

10. Icon **B.M.V. tit. Hagiae Sophiae,** Novgorodiae et alibi, excepta Kiovia, ubi hoc festum agitur die 8 Sept.

10. Icon **B.M.V. Adriani** (Adrianowskaja). Sn. 518. Multae aliae icones ibidem, pp. 504-533.

Votum Ludovici XIII Regis commemorabatur olim h. d. in dioecesi Sarlatensi.—Ordo Sarlati 1783, et alibi in Gallia.

XVI

Translatio Iconis Achiropitae D. N. Jesu Christi, ex Edessa Constantinopolim. Festum Ecclesiae Graecae et Filiarum. — Secundum traditionem apocrypham Graecorum haec imago ab angelis delineata et ab ipso Domino S. Abgaro Regi Syriae transmissa est. Mediante saeculo sexto imago ista Edessae notissima et veneratissima erat. Anno 944 a Romano Imperatore Saracenis erepta et Constantinopolim translata est (S. Madelion). A. 1247 deposita Parisiis in Capella Regia; disparuit a. 1793 (Dobschütz, Christusbilder).—Maltzew contendit iconem istam a. 1204 a Venetianis abreptam esse, navim vero iconem portantem, in Marmara mari naufragio periisse.—Mz. II 744.—Genuenses iconem Edessenam Genuam allatam esse et in ecclesia S. Bartholomaei recoli credunt. Alii eam Romae in ecclesia S. Silvestri asservari putant (a. 1870 in Vaticanum translatam). —Pilg. Walks. 385.—Max. 217.—Cf. Fer. 3 post Trinitatis.—Rohault, 247.

Commemoratio **Iconis Achiropitae in Latere** h. d. apud Maltzew II 744.—Ectypon iconis Edessenae, secundum traditionem Graecam angelorum manibus factum Hierapoli in Phrygia, saec. primo, et a. 905 a Nicephoro Imperatore Constantinopolim translatum. Hac die Maltzew etiam commemorat imaginem non manufactam quae Romae colitur in sacello "Sancta Sanctorum", a S. Germano archiepiscopo dono datam S. Gregorio II Papae saec. VIII.—Mz. 745, quae imago Romae proprium festum nunquam habuit.—Grisar, Sancta Sanctorum, p. 39.—v. 14. Aug.

Assumptio Corporis Deiparae in Coelum a Coptis et Abyssiniis h. d. celebrari, v. Nilles II 644, Harris et alios. Copti Deiparam die 21 Januarii obiisse, die vero 16 Augusti ostensam apostolis et in coelos assumptam esse credunt.—Harris 434, ubi 21 Jan. **Requies Deiparae,** 16 Aug. vero **Ascensio Corporis S. Virginis.** Secundum Synaxarium Arabo-Jacobiticum (Patr. Orient. XVIII 727) traditio Coptorum est ista: Jaannes dum in aliqua Asiae civitate praedicaret, a Spiritu Sancto translatus est in paradisum voluptatis, ubi vidit Christum sedentem in arbore vitae et jubentem Matrem suam ut e sepulchro in paradisum ascenderet. Deinde Joannes translatus est ad apostolos Hierosolymis congregatos, quibus quae vidit retulit. Discipulis congregatis ad sepulchrum vacuum apparuit Dominus et promisit se eis corpus glorificatum Mariae ostensurum esse. Quod factum est die 16 Augusti anni sequentis. Omnes apostoli translati sunt in paradisum ubi viderunt Mariam sedentem ad dexteras Filii. Extendit manum et benedixit apostolis. Circa eam militiae angelorum et sanctorum et Rex David laudavit eam dicens: "Regina surrexit ad dexteram cum vestimentis aureis". Deinde coram eorum oculis ascendit super omnes coelos sedens in throno Cherubim.—Festum Requiei Deiparae primitus agebatur in Aegypto et Aethiopia die 21 Jan.; postquam vero festum mediantis Augusti in orbe celebrius evasit, etiam Copti, sicut Latini, illud a Graecis acceperunt et die 16 Augusti (propter irregularitatem Calendarii) celebrant. Aethiopes et alii credunt hoc festum 16 Nahse (Aug.)

mensis ab ipsa Deipara S. Joanni apparente esse injunctum.—v. Scriptores Aeth. op. ser. I tom. VII 68. Apud Ter Israel (Patr. Orient. V) signatur die 16. Aug.: "Festum Assumptionis Matris Dei et pretiosissimae imaginis Dni N. missae Abgaro Regi".

Famosum illud Ecclesiae Hibernicae monumentum liturgicum "Feilire" S. Aengussii, ineunte saeculo IX scriptum, die 16 Augusti adnotat **Nativitatem B. Mariae V.** et ms. "Leabhar Breac" addit: **"Ad Crucem Adrioni. . . . Nativitas Mariae, fortis virginalis diadematis, S. Matris Principis mei."** O'Hanlon, Irish Saints, 16 Aug.—In editione martyrologii S. Aengussii (Bradshaw Soc. vol. XXIX) die 16 Aug. notatur: **Dormitio Mariae;** verbum Nativitas forte significat nativitatem pro coelo, i. e. mortem.

F. **Patronatus B. Mariae V. Drepanitanae,** dp. 1 cl. oct. in civitate Drepani in Sicilia; in dioecesi dp. 1 cl. sine oct.—Cal. 1910.—Festum concessum est 31 Aug. 1805 cum ipso patronatu; officium proprium approbatum 12 Maji 1908.—Anno 1187 equites de Ordine Templi Sacri effigiem marmore expressam Drepanum attulerunt; gemmis ornata et auro, summo in honore habetur per totam Siciliam. F.B.M.V. Drepanitanae et de Paradiso 26 Jan. 1819 extensa sunt Cataniam.—Sign. Napoli II 342.—Scherer 51. In Cal. S.J. Sicil. 1840 et 1845 signatur hoc festum sub titulo: **"Festum Simulacri B.M.V.",** d. maj.; in Cal. O.S.F. Sicil. 1846: **"Festum B. Mariae V. sub titulo Civitatis",** Drepani.

F. **B. Mariae V. de Precibus,** Titulare Ecclesiae Capuccinorum Francavillae in Sicilia (prope Tauromenium), dp. 1 cl. oct.—Ordo Capp. Messanae 1901 et 1921.

F. **B. Mariae V. de Catena,** Patronae Principalis civitatis Villafranca (d. Agrigentinae) in Sicilia.—Cal. III O. O.F.M. Romae 1869.

Aliud festum **B. Mariae V. de Catena,** ritu dp. 1 cl. oct. agitur in ecclesia propria ad Pharum Messanensem (Torre di Faro). — Hic loci Deiparae captivi commendantur; in imagine S. Maria ferrea catena tenet hominem genua flectentem.—Gump. 1108.

F. **B. Mariae V. de Guadalupe,** die 16 Augusti in terra S. Stephani d'Aveto enumeratur inter festa patronalia dioec. Bobiensis, in Annuario Catholico 1924, p. 431.

Hac die 16 Aug. Menaea Graeca commemorant: 1. Memoriam amoris Dei, quem monstravit, cum rejiceret cum ignominia impios Agarenos, interventu Deiparae. Navigia Saracenorum et Bulgarorum sub Leone Isaurico (717-741) ad Sosthenium valida tempestate confracta sunt. 2. In aede Fontis Vivifici exhaustionem sacri putei et succrementum ejus. In templo Fontis h. d. fiebat festiva congregatio in memoriam cujusdam miraculi circa fontem adimpleti sub Leone Isaurico.—Max. 217.

F. **Apparitionis Iconis B. Mariae V. Theodoricae** (Feodorowskaja-Kostromskaja) agitur h. d. Kostromae in Russia, in universa Russia vero 14 Martii. Fit vero memoria in Menologio Russico etiam hac die.—Apparuit imago die 16 Augusti 1239 Basilio Kwashnja Duci Kostromae et vocatur Theodorica, quia primo cultui exposita est in ecclesia S. Theodori.—Mz. II 749.—Sn. 538.

F. **S. Joachim, Patris B. Mariae V.** dp. 2 cl. huic diei pro Ecclesia Latina assignatum est per decretum 28 Oct. 1913. v. 20 Martii.

F. **S. Annae Matris B.M.V.** ritu duplici ut festum majus habetur in Missali Monasteriensi, impresso Coloniae a. 1520 et in Brev. Osnabrugensi a. 1516, una cum festo minore 26 Julii. Grotef. 11 2. Item in Brev. Monasteriensi a. 1597. Bibl. Campi S. Teuton. Romae.

XVII

F. **B. Mariae V. de Patrocinio,** Patronae Principalis Civitatis Foyos, dioec. Valentinae in Hispania, dp. 1 cl. oct.—Sanctuarium situm est inter oppida Alfarin, Moncada et Foyos. Concessum festum 27 Aug. 1905.—Arch.

F. **B. Mariae V. Misericordiae Matris,** dp. 1 cl. in monasterio Disertensi (Dissentis) in Helvetia. Off. proprium concessum pro monasterio 22 Nov. 1916. Imago recolitur in ecclesia conventus monialium.—Arch.

Coronationis B.M.V. f. dp. 1 cl. agebatur 17 Aug. sub off. infra octavam Assumptionis, in civitate Hieracii (Gerace) in Calabria. Ibidem 16 Aug. **Assumptio B.M.V.** dp. 1 cl.; festum 15 Aug. agitur sub titul. Obdormitionis B.M.V.; festa 16 et 17 Aug. sublata sunt in reformatione Calendarii, 15 Dec. 1913.

Synaxis SS. Deiparae in Armatii; sic Menaea Graeca ad h. d. Hanc ecclesiam ad Pontum Euxinum in suburbio Constantinopolis extruxit Armatius belli dux (474-491) sub Zenòbio Imperatore. Imago B. Mariae V. Armatii (Armatinskaja) a Maltzew perperam vocatur "Amastriskaja"; colitur etiam in Russia.—Sn. 539.

Commemoratio **Iconis B. Mariae V. de Svena** (Swjenskaja) h. d. in Menologio Russico annuntiatur, colenda in magna Laura Kioviensi.—cf. 3 Maji.—Mz. 752.—Sn. 539.

XVIII

Commemoratio **SS. Crucifixi** Burgi ad Bovinianum (Borgo a Buggiano) dp. 2 cl. in dioecesi Pisciensi (Etruria). — Ordo 1912. — Ex hac imagine sanguis fluxisse traditur a. 1399. Quod festum a. 1914 sublatum, sed postea de novo concessum est.—Arch.

F. **SS. Redemptoris,** dp. 2 cl. Bracciani in dioec. Nepesina (Etruria).—Cal. Nepesinum approb. 17 Aprilis 1914.

F. **B. Mariae V. de Catenis** h. d. agi Panormi in ecclesia propria, v. Sign. II 246.—Ricc. IV 107.—Gump. 652. Die 18 Aug. 1390 S. Dei Genitrix in ecclesia S. M. de Portu tribus apparuit malefactoribus et catenae cadebant de manibus eorum.

F. **B. Mariae V. de Constantinopoli,** Patronae Princ. Petrae Montis Corvini in dioec. Lucerina, dp. 1 cl. oct. Ex anno 1656 usque ad annum 1868 fiebat die 17 Aug.—Civitas Montis Corvini anno 1656 post votum factum coram icone B. Mariae V. Cpolitanae a peste liberata est.—Epist. Alb. Dom. Celenza, e Monte Corvino, 20 Sept. 1898.

F. **B. Mariae V. de Rivo** (Rivulo), dp. maj. in dioecesibus Castellana, Hortae et Galesina.—Cal. 28 Martii 1914.—v. Dom. II Augusti.

Apparitio B. Mariae V. in Borgo S. Catharinae, dioec. Bergomensis in Italia. Ibi die 18 Aug. 1602 videndam se praebuit S. Dei Genitrix; deinde parochus burgi a. 1613 ritu duplici hoc festum proprio marte instituit, quod vero a. 1690 a S. Rituum C. abrogatum est.—Anal. Jur. Pont. VIII 1321.—Pius IX vero 12 Jan. 1854 concessit M. vot. sol. B. Mariae V. pro hac die.—Ricc. V 301.—Maggia Z. G. III 353.

F. **B. Mariae V. de Monte,** Patronae minus principalis civitatis Cavallini archidioecesis Lyciensis (Lecce), dp. 2 cl. — Cal. Lyciense 4 Martii 1914 approbatum.

Septem Dolorum B. Mariae V. festum olim solemniter celebratum esse Neapoli in ecclesia S. Jacobi Hispanorum, contendit Lambert N. D. des Victoires, p. 107.

Commemoratio Victoriae Philippi Pulchri Regis Francorum, dp. minus in sola Metropolitana Parisiensi.—Brev. Parisiense 1636 et 1787.—Item in Breviario Carnutensi 1782 h. d.—In Cathedrali Carnutensi Victoria Philippi Pulchri a. 1304 et Philippi Valesii a. 1328, dp. Brev. Carnut. 1782 et 1829 Officium de Assumptione, lectiones propriae. Quae festa in Propriis Parisiensi et Carnutensi non amplius inveniuntur.

F. **B. Mariae V. Causae Nostrae Laetitiae,** dp. maj. Lauduni e Dominica infra Octavam Assumptionis assignatum 18 Augusti in Cal. 17 Jan. 1913 et 15 Apr. 1914.—v. Dom. Infra Oct. Assumptionis.—Guérin, X 16.

Festum **B. Mariae V. ob Votum Ludovici XIII,** dp. maj. — Cal. Parisiense approb. 10 Febr. 1914.—In eodem Calendario Parisiensi F. B. M. V. Auxilii Christianorum et B.M.V. della Medaglia.—v. Dom. infra Oct. Assumptionis.

Coronatio B. Mariae V. dp. maj. cum officio diei 4. infra octavam Assumptionis agitur in dioecesibus Provinciae Guatemalae in America Centrali.—Ordo 1889.—Quod festum in reformatione Calendarii sublatum est.

F. **B. Mariae V. Gratiarum** nuncupatae **de Torcoroma**, dp. maj. Patronae minus principalis dioec. S. Marthae in Columbia (Amer. Merid.).—Cal. Columbiae, approb. a. 1920.—Arch.—Torcoroma pagus est in dioec. S. Marthae ubi imago prodigiosa Dnae N. recolitur.—Archiv.

Commemoratio **Iconis B. Mariae V. tit. Hodegetria** (Odigitria) in Menologio Russico; imago colitur in monasterio Melae (Sumela) juxta Trapezuntem ad Pontum Euxinum; a S. Luca picta esse creditur.—Mz. II apud 756.—Nostro aevo tres icones a S. Luca pictas esse credunt Graeci; nempe: 1. iconem Panagiae quae colitur in monasterio Megaspileon in Peloponneso. 2. iconem celeberrimam montis Kykkos in Cypro. 3. Imaginem in monte Melas apud Trapezuntem. (Fallmerayer, Der hl. Berg Athose, 68.)—v. fer. 3 Pent. Deest haec commemoratio apud Snessorewam.

XIX

Apparitio SS. Crucis, dp. maj. in dioec. Aurelianensi (Orleans) in memoriam apparitionis S. Crucis factae Constantino imperatori aliquamdiu ante pugnam ad Pontem Milvium, quam Aurelianenses prope eorum civitatem evenisse credunt, a. 312.—In Brev. Aurel. 1701 et 1827 dp. 3 cl.—Off. prop. Aurel. 1890 et Cal. approb. a. 1914.—v. 8 Nov. De visione Constantini v. Schroers, Eine kritische Untersuchung, Bonn, 1890, Pastor Bonus 1914, 201.

F. **B. Mariae V. de Cursiniano,** Patronae Princ. civ. et dioec. Juvenacensis (Giovinazzo) in Apulia, dp. 1 cl. oct. — Cal. approb. 10 Dec. 1913.—v. Dom. infra oct. Assumpt.

Coronatio B. Mariae V. Consolatricis, Romae in ecclesia S. Ambrosii, cum indulgentiis.—Coronata est imago 19 Aug. 1714. cf. Dom. III Junii.—Diario Romano 1823 et subsequentia, Bibl. Boll.

Hac die in ecclesiis civitatis Malacensis (Maiaga) Missa solemnis **in Gratiarum actionem,** secundum Cal. approb. 23 Sept. 1914. (Civitas Mauris erepta, a. 1487.)

F. **Purissimi Cordis B. Mariae V.** dp. maj. in ecclesiis Patrum Societatis Jesu, dp. maj. — Cal. appr. 12 Maji 1920. — Idem festum in dioec. Rotomagensi (Rouen), ex Cal. 24 Mart. 1914.—v. Sabb. ante Dom. III post Pent.

F. **Iconis B. Mariae V. Tanaicae** (Donskaja) h. d. celebratur in universa ecclesia Russica. — Ostendit imago Puerum cum Matre sub typo " teneritudinis " (umilenie). Dono data est Demetrio Tanaico a Cosacis ante pugnam in campo Kulicovo a. 1380. Colitur in monasterio et ecclesia propria juxta Moscoviam. Festum institutum est a. 1551 in memoriam liberatae Moscoviae ab irruptione Tartarorum Crimensium.—Mrt. 204.—Mz. II 759.—Sn. 540.—Beissel, Wallf. 392.

Commemoratio S. Joseph Sponsi B.M.V. dp. in Cal. S. Fidei Bogotensis, die 5 Dec. 1875 approbato. v. 19 Jan.

XX

F. **B. Mariae V. de Constantinopoli** cum M. saltem vot. sol. h. d. in civitate "Lercara Friddi", archid. Panormitanae (Palermo).—Epist. Rev. Dni Perricone Rect. eccl. S. M. de Monte Serrato, Panormi, 30 Apr. 1901.

XXI

F. **B. Mariae V. de Consolatione,** Patr. Princ. Castellanae, dioec. Cupersanensis (Conversano) in Apulia. dp. 1 cl. oct. — Ordo Cupers. 1901.—Eodem die idem festum in Cal. O.S.F. Prov. Lyc. 1846.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** Patr. Princ. Castriadmaris (Castellamare), dioec. Mazariensis (Mazzara) in Sicilia, dp. 1 cl. oct.; in dioec. dp. maj.—Ordo Mazariensis 1888.

Commemoratio mensilis B. Mariae V. apud Coptos et Abyssinios. v. 21 Jan.

XXII

Octava Assumptionis B. Mariae V. dp. maj. in Ecclesia Latina. Instituta est ista octava a Leone IV a. 847.—W. W. VIII 812.—Deest hodiedum in Breviario Ambrosiano. Privilegia, quibus gaudebat Octava in Dominio Senensi in reformatione a. 1914 sublata sunt.

F. **Septem Gaudiorum B. Mariae V.** dp. 2 cl., huic diei affixum e Dom. post Octavam Assumptionis, pro universo Ordine Fratrum Minorum. —Ordo O.F.M. 1921.—v. Dom. post Oct. Assumptionis. Hoc festum est, Titulare ecclesiae Franciscalium in civit. Trois Rivières in Canada.

Purissimi Cordis B. Mariae V. dp. 2 cl. oct. in Cal. Filiarum Cordis Jesu 1906.—Archiv. S.R.C.—Idem festum, ritu dp. 1 cl. oct. pro h. d. concessum a Pio VI a. 1787, celebrandum in ecclesia monialium N. D. de Corbeil, cum officio a B. Joanne Eudes composito.—Oeuvres, XI 1616. —Item f. titulare Congregationis SS. Cordium Jesu et Mariae. — Cal. 4 Feb. 1914 appr.

F. **B. Mariae V. in Campanica,** Titulare ecclesiae Capuccinorum Anticuli, dioec. Anagninae in Italia, dp. 1 cl. oct.—Ordo Capucc. Prov. Romanae 1895.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. 1 cl. oct. in ecclesia rurali Succursus, dioec. S. Luciae Mylarum, Messanensi unita (Sicilia). — Cal. 9 Maji 1916 approbatum.

F. **S. Mariae Odigitriae** (Guidare) Titulare ecclesiae propriae ad torrentem extra moenia Messanae.—Gump. 1162.

Commemoratio Voti Ludovici XIII (1643) h. d. fit in dioec. Carnutensi (Chartres) et alibi in Gallia. v. Dom. infra Octavam Assumptionis.—N. D. de France I 36.—Invenitur haec commemoratio Voti hac die in Brev. Rotomagensi 1627 et 1777, triplex 2 cl. in Cathedrali, dp.

maj. in dioecesi; item Octava Assumptionis et Votum Ludovici XIII: in Brev. Aniciensi 1784 et 1837, Cenomanensi 1827, Carnutensi 1829, Aginnensi 1831, Nivernensi 1833, Forojuliensi 1833; Nannetensi 1840, Appamiensi 1852 etc. — Bibl. Boll. et Univ. Insulensis. Hodiedum (1914) simpl. in Proprio Burdigalensi.

In Breviario Rotomagensi a. 1756 h. d. signatur: **Commemoratio Voti** Ludovici XIII et Dedicatio Ecclesiae **S. Mariae Majoris** Romae., dp. maj. lectt. pr.—Bibl. Boll.—v. 5 Aug.

F. **Miraculorum B. Mariae V.,** dp. in Breviario Suessionensi a. 1742.—Bibl. Boll.—Anno 1742 a Revmo Fitz-James Episcopo e 26 Martii assignatum huic diei, sed in adoptione Breviarii Romani expunctum.—v. 26 Martii.

F. **Gaudiorum B. Mariae V.** dp. cum officio proprio h. d. in Breviario Noviomensi (Noyon) antiquo.—N. D. de France V 377.

F. **Iconis B. Mariae V. Prusiotissae** agitur in monasterio homonymo Montis Deluchi (Beluchi) in Graecia cum officio proprio. Inventa est imago, a. 829, Pyrsi seu Prusae in Bithynia, sed tempore belli translata est in Graeciam. — Off. publicatum Athenis a. 1897. — Bibl. Maximiliani Princ. Saxoniae.

F. **Iconis B. Mariae V. Georgianae** (Grusinskaja) agitur in monasterio Tshernagorensi (Krasnagorensi), gub. Archangelsk, et Moscoviae in ecclesia SS. Trinitatis ad portam S. Barbarae. Fit memoria ejus etiam in Menologio Russico.—Imago ex Iberia in Persiam delata ab Abba Rege; a Stephano Lapscarov pretio redempta et in monasterium Tshernagorense transvecta est. Festum institutum a. 1658 in memoriam cessationis pestis post supplicationem cum hac icone Mosquam delata.—Idem festum fit in honorem ectypi in monasterio Raiphensi in prov. Kasanensi (Grusinskaja-Raiphskaja).—Mz. 774.—Sn. 542 et 544.

Assumptio Corporis Mariae celebratur hac die (15 Aug. secundum Cal. Julianum) "ritu Syrorum, Graecorum, Francorum et Armenorum".—Patr. Orient. X p. 261. Menol. Copto-Arabicum.

XXIII

Solutio Obdormitionis B. Mariae V. in ecclesia Graeca, cum repetione officii diei 15 Augusti; in monasteriis S. Montis Athonis et Constantinopolis solemnitas Assumptionis protrahitur usque ad 28 Aug. — Men. Graeca Venetiis impressa a Bartholomaeo Kutlumusiano Imbrio in Nota.

F. **Apparitionis B. Mariae V. Khomae** in Aegypto (Debra Khoma), f. ecclesiae nationalis Abyssiniae.—Juxta scriptores Coptos omnes Mahumetani, qui hujus loci (Khomae) christifidelibus mortem intulerant, exterminati fuere ope Angelorum Deiparae apparentis assistentium.—Epist. Rev. P. Baeteman C.M. a. 1908.

Cordis B. Mariae V. festum, Titulare Congregationis Monialium O. S. Benedicti in dioec. Lugdunensi (Lyon) in Gallia, dp. 1 cl. oct. Cal. approb. 28 Apr. 1915. Idem festum in ecclesia propria Cracoviae in Polonia. Cal. 1916.

B. Mariae V. de Saxo f. dp. 2 cl. Romae in ecclesia S. Mariae ad Martyres, ex concessione 24 Sept. 1842. Cal. 1869. — Bibl. Boll. — Per decr. 8 Aug. 1867 translatum est festum ad Dominicam post Octavam Assumptionis, nunc vero ad Dom. I Sept.—Cal. 1912.

Commemoratio B. Mariae V. de Monte Carmelo h. d. in Cathedrali Nusci in Italia, per M. vot. sol.—Ordo Nusci 1901.—Annuario dell' Italia, 1924, p. 783.

F. **B. Mariae V. de Granato** (de Malgranado) h. d. fit per M. vot. sol. B.M.V. de Assumptione, in ecclesia S. M. de la Granada, civit. Llerenae, prov. Compostelae in Hispania, e conc. 30 Mart. 1802.—Summa Aurea VII 499.—Apparuit Maria a. 1241 (in manu tenens granatum) equiti S. Jacobi, promittens de Saracenis victoriam, et ipsi reliquit iconem B.M.V. de Granato.—De la Fuente 363.—Gump. 605.—Beissel, Wallf. 459.

F. **ob Votum Ludovici XIII Regis,** dp. maj., huic diei assignatum pro archidioecesi Parisiensi 24 Julii 1912.—v. Dom. infra oct. Assumptae.

F. **B. Mariae V. de Victoria** teste Colvenerio et Lamberto saeculo XVI Parisiis agebatur propter victoriam Philippi Valesii apud Casteletum, 23 Aug. 1328. Postea vero hoc festum cum altero 18 Aug. in unum confusum est.—v. Lambert, N. D. des Victoires, p. 475. XXXVIII et 477.—Colv. 23 Aug.—Bal. 449.

F. **B. Mariae V. Michaeloviensis** (Michaelowskaja) in Menologio Russico. — Imago colitur in civitate Pysarowka, gub. Charcoviae. Post pugnam Pultaviae ab Holypyn duce exstructa est ecclesia cum hospitali, ad quam imago translata est, postquam miraculis inclaruit.—Sn. 547.

XXIV

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. maj. in dioec. Cariatensi in Calabria.—Ordo 1901.

F. **B. Mariae V. de Maternitate,** dp. maj. in dioec. Uritana, festum devotionis in dioec. Uritana (Oria) in Apulia.—Ordo 1819. Bibl. Boll.—Postea Dom. II Oct. affixum.

F. **Purissimi Cordis B. Mariae V.** dp. 2 cl., conc. 21 Nov. 1902 pro sororibus Immaculatae Conceptionis Montisvidei in Uruguay. — Cal. 1902.—Archiv.

Commemoratio B. Mariae V. ritu dp. maj. celebratur h. d. in parochia La Chapelle-Janson, dioec. Rhedonensis (Rennes), de mandato Caroli Mannay Episcopi a. 1824 emisso, loco processionis civitatis ad sanctuarium N. D. de Charné, dioec. Valleguidonensis (Laval), quam incolae voto promiserant a. 1676.—N. D. de France IV 337.

Commemoratio Iconis B. Mariae V. a S. Petro (Petrowskaja) in Menologio Ecclesiae Orthodoxae Russicae. Imago colitur Mosquae in Cathedrali Assumptionis; picta est a S. Petro Patriarcha, cum esset hegumenos in Volhynia et ab ipso Mosquam allata. Hac die ecclesia Russica celebrat f. S. Petri metropolitae Mosquae.—Mz. II 779.—Sn. 548.

F. **Apparitionis B. Mariae V. in laura S. Sergii,** agitur in monasterio SS. Trinitatis a S. Sergio fundato. Videndam se praebuit Dei Mater S. Sergio promittens se semper custodem et administram laurae esse futuram. (a. 1385.) Memoria in Menologio Russico.—Mz. II 751.—Sn. 550.

XXV

F. **SS. Crucifixi,** dp. 2 cl., in dioec. Clavarensi (Chiavari in Liguria), ex concessione 7 Maji 1901 (1. cl.). Imago colitur in civitate; per eam Dnus Clavarim a morbo asiatico liberavit a. 1835.—Archiv.

Commemoratio **Miraculi S. Hostiae** secundum Gelenium agebatur Tuitii (Deutz) apud Coloniam, in honorem S. Hostiae, quae tempore B. Ruperti abbatis (1128) in incendio incolumis permansit.—Gel. p. 716.

Commemoratio Iconis B. Mariae V. Lauretanae (Lawretzkaja) in Menol. Russico. Objectum hujus memoriae est imago lignea, quae colitur Laureti in Piceno (Italia) in Alma Domo B. Mariae V. Quae imago verum et primum cultus objectum fuisse videtur in sanctuario Lauretano.—Sn. 610.—Mz. 94.—Hueffer, Dr. Loreto.—Igne consumpta vetusta icone, nova imago a Pio XI benedicta et in sanctuario collocata est 8 Sept. 1922.—Sn. 608.

Commemoratio Iconis B. Mariae V. de Lesnia (Lesnanskaja) in Menol. Russico. Imago colitur Lesniae in Polonia (Cholm-Warsaw) in ecclesia Paulanorum. Se manifestavit a. 1683; primo translata est Bukovicium, ex a. 1686 vero colitur apud Paulanos.—Mz. 94.—Sn. 609.

XV

F. **SS. Redemptoris a Miraculo,** dp. 2 cl. e concessione 28 Martii 1906, pro dioec. Saltensi et Tucumana in Argentina, in honorem iconis Crucifixi Dni, quae allata est e Peruvia una cum imagine B. Mariae V. de Miraculo (13 Sept.), 15 Sept. 1592.—Sanjulian 674.—Nunc hoc festum agitur die 13 Sept.

Octava Nativitatis B. Mariae V. in ecclesia Latina. Instituta ab Innocentio IV a. 1243. — Beissel I 305. — Ad ritum simplicem reducta et propter festum Septem Dolorum (15 Sept.) in Cal. universali sublata est per Motu Proprio Pii X, 23 Oct. 1913.—Archiv.

SEPTEM DOLORUM B. MARIAE V festum dp. 2 cl. h. d. assignatum 23 Oct. 1913 pro universa Ecclesia Latina. v. Dom. III Septembris. Festum Septem Dolorum hac die Patronale est Filiarum Calvarii (1914) et monialium Fontis Ebraldi (Fontërevault, 1914); item Mater Dei sub titulo Angustiarum Patrona est aeque principalis archid. Granatae in Hispania.

F. **SS. Nominis B. Mariae V.** ab a. 1513 ad annum 1586 agebatur h. d. ritu dp. cum officio proprio in dioec. Conchensi (Cuenca) in Hispania. A. 1587 translatum est ad d. 17 Sept. propter diem Nativitatis B. Mariae V. Sed in multis Galliae dioecesibus secundum ritum Gallicanum retenta est sedes propria festi ad diem 15 Sept. v. g. in Brev. Carnutensi (Chartres, 1829) et Petricordiensi (1833) 15 Sept.: **Nominis B.M.V.;** in Brev. Versaliensi 1829: **Octava Nativ. B.M.V. et f. Nominis Ejus,** solemne minus; in Brev. Rotomagensi (Rouen, 1756): F. **SS. Nominis Mariae et Oct. Nativ. Ejus,** dp. maj.; item in Brev. Nannetensi (1836), Forojuliensi (Fréjus 1833), Parisiensi 1787 etc. Lemovici f. Nominis Mariae pro hac die institutum est a. 1710.—Bibl. Boll. et Insul.—F. M.

F. **B. Mariae V. Divinae Providentiae,** dp. 2 cl. in dioec. Montispelusii, concessum a. 1895.—Die 7 Jan. 1911 elevatum est ad ritum dp. 1 cl. oct. et assignatum diei 15 Sept., translato Festo Septem Dolorum ad 16 Sept.—Archiv. Cal. Montispelusii 1911, 1912 et 1913.

Apparitio B. Mariae V. in Monte de Colle, dp. 1 cl., Lenulae in dioec. Cajetana (Gaeta) in Italia.—Cal. Cajetae 1890.

F. **Prodigiorum B. Mariae,** dp. 2 cl. Plicaniae in dioec. Clavarensi (Chiavari) dp. maj. in dioec.—Off. propr. concessum est a. 13 Aug. 1896, postquam festum concessum est a. 1895.—Archiv.—Ordo Clavar. 1912.—Ad S. Joannem Baptistam Plicaniae in Valle Fontis Boni est imago B. Mariae V., cujus aspectus squalidus 15 Sept. 1537 subito mutatus est in speciosum. Incoronata est a. 1890.—Archiv.

Coronationis B. Mariae V. de Ponte, dp. 1 cl. in civitate Anxani (Lanciano).—Ordo Anxani 1895.—Statua B.M.V. de Ponte, ubi miraculis inclaruit, translata est in Cathedralem, sed nocte rediit ad pontem, unde ibi sanctuarium extructum est, quod nunc est Cathedralis Anxitana.—Sign. II 283.

Septem Dolorum B. Mariae V. Mediolani agitur secundum ritum Ambrosianum assignatum est diei 15 Sept. (Nativitas non habet octavam Mediolani), unicum festum, quod de Matre Dolorosa celebrant Ambrosiani.—Brev. Ambr.—Institutum et primo celebratum est a. 1750.—Morini 126, sed ex anno 1522 Missa vot. de Spasmo et alia de Doloribus B. Mariae V. ib. 127.

B. Mariae V. de Valvanera (de Valle Venaria) die 15 Sept. celebrari v. Postins p. 843.—Quod sanctuarium celeberrimum est inter templa Mariana provinciae Roja in Castilia. Imago, " S. Luca sculpta, a S. Petro in favorem S. Hierothei benedicta et in Hispaniam missa ", a Gothis abscondita et saeculo X a Nuno (Munio, Onez) poenitente eremita in antro (sive in quercu) Trombalensi in montibus Desterciis inventa est. In eremitorii loco extructum est monasterium Benedictinum. — Sanj. III 229.—Beissel 474.—Opinio, hanc iconem a S. Luca sculptam esse non ante saec. XVI diffusa est. Omnia simulacra Mariana, quae in Hispania coluntur, et a S. Nicodemo sculpta, a S. Luca coloribus decorata et ab apostolis in Hispaniam missa esse feruntur, vix saeculo 11 vel 12 vetustiora sunt.—Beissel, 123. — De la Fuente II 268. — Sanjulian III 639. — Catalogum iconum istarum apostolicarum v. apud Beissel 124.—Hispanorum traditio apocrypha fert, S. Athanasium Alexandria pulsum per aliquod tempus in castro Valvanerae habitasse et coram hac icone B. Mariae symbolum composuisse.—Fam. Mar. Summa Aurea X 777.—De la Fuente. 248.

F. **B. Mariae V. de Rupe** (de las Lajas), dp. 2 cl. in dioec. Pastensi, reip. Columbiae in America Meridionali. Imago " De las Lajas " colitur inter rupes juxta civitatem Ipiales; sanctuarium consecratum est 11 Apr. 1803.—Suarez, Recuerdo de Viaje, 1901, p. 193.

Dedicatio Basilicae S. Mariae ad Martyres (Romae) signatur hac die in Martyrologio S. Aengussii.—Collection of the Bradshaw Society. vol. XXIX p. 203. v. 13. Maji.

Miraculorum B. Mariae V. dp. in dioec. Nannetensi (Nantes) in Gallia. Ineunte saeculo XVI Nannetenses invexerunt in officium Octavae Nativitatis B.M.V. lectiones de Miraculis, quae Dei Mater operata est in civitate Nannetensi.—N. D. de France IV 415.—Expunctum est festum e Proprii modernis. F. M.

F. **B. Mariae Odigitriae** (de Indirizzo), Messanae (Sicilia) in ecclesia S. Jacobi celebratum est h. d. secundum Gump. 1125.

Dedicatio i. e. Memoria Matris Dei annuntiatur h. d. in Menologio jacobitico a. 675.—Patr. Or. X (Menol. et Martyr. antiqua) v. 21 Jan. et 15 Junii.—In Menologio Syriaco saec. IX signatur: **Memoria Matris Dei.**

Memoria Iconis B. Mariae V. a S. Niceta (Novo-Nikitskaja) in Menologio Russico. Colitur imago h. d., in festo S. Nicetae M., Moscoviae in ecclesia S. Salvatoris, ubi cancellis aureis obserrata servatur ectypon iconis quam S. Nicetas tempore martyrii sui in manibus gestasse fertur.—Mz. I 96.—Sn. 611.

XVI

In Synaxario Abyssiniae h. d. **Aedificatio Ecclesiae in Jerusalem,** i. e. Restaurationis ejus per Constantinum et Helenam.—Harris 403.—cf. 13 Sept.—Apud Nilles II 706: **Dedicationis Templi Resurrectionis.** In Synaxario Coptico (Wüst. 30) narratur, praesules die 16 mensis Tut ecclesias Constantinianas consecrasse, die 17 Tut (Sept.) solemni circuitu Christum et Crucem vivificam collaudasse. cf. 13 Sept.—In Synax. Alex. Script. Arabici XVIII p. 29: **"Templorum Hierosolymitanorum Consecratio".**—Synax. Arabo-Jacob. Patr. Or. I 273 ss.

F. **B. Mariae V. de Mazaro,** dp. 1 cl. oct., assign. e Dom. III Sept. in reformatione Calendarii, Patronae Princ. civit. Mazareni (Mazzarone), dioec. Calatayeronis in Sicilia.—Archiv.

Cordis B. Mariae V. dp. maj. pro clero Asisiensi concessum 16 Junii 1814.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Rupe** (de las Lajas), dp. 2 cl. in dioec. Pastensi (ass. ex heri) in Calendario Ditionis Reipublicae Columbiae, approb. 6 Febr. 1914.—v. heri.

Memoria Iconis B. Mariae V. de Humilitate (Respice in humilitatem) in Menol. Russico.—Mz.—Imago colitur in sanctuario suo Pscoviae in Russia. Se manifestavit 16 Sept. 1420 ad lacum Camensem. — Mz. I 105.—Sn. 613.—Ibidem p. 612 idem festum sub titulo **Miraculi B.M.V. Camensis** (Snamenja Kamenskaja).

F. **S. Joachim Patris Mariae V.** dp. hac die, prima post octavam Natalis Mariae signatur in Breviario Carmelitano a. 1509 et in Breviario Dominici Sepulchri a. 1504¾ Grotef. II 2 16.

Eodem die **Commemoratio S. Annae,** III lectionum in Brev. secundum chorum Lincopensem (Linkoping in Suecia) a. 1493, una cum festo majore (dupl.) die 9 Dec.—F. 26 Julii est simplex. Grotef. II 2.

Ritu duplici fit **Commemoratio S. Annae** in Ordine Birgittino. Officia edita in civit. Landshut, 1692, in urbe Lisbonensi 1682 et 1769. Duaci in ecclesia S. Amati, ubi colitur pes S. Annae: 16 Sept. **Translatio S. Annae** dp.—Colven. Propr. S. Amati 1740.

XVII

Exaltatio Gloriosae Crucis D. N. Jesu Ch. (" Festum Crucis ") Vacat, i. e. festum de praecepto, apud Coptos, Aethiopes et Abyssinios vallis Niliaci. Nill. II 696. Agitur festum per tres dies, ib. p. 706.—Harris 403.—Wüst. 31.—Cal. Abul' l'-Barakat. P. Or. X 245 ss. In Synaxario Alexandrino (Script. Arabic. XVIII p. 30 ss.) hoc festum annuntiatur sub titulo: "Crucis Christi Commemoratio."—In Synaxario Arabo-Jacobitico (Patr. Orient. I 275 ss.) sub titulo: "Commemoratio Crucis gloriosae Dni N. Jesu Messiae, et apparuit Helenae".—Ibidem signatur ista memoria: "Apparitio Crucis, qua Isaac Samaritanus conversus est; quae evenit die 10 Barmahat, sed celebratur die 17 Sept."—Ibidem: "Hodie est etiam dies Inventionis S. Sepulchri." Eodem fere modo signat festivitatem Syn. Alexandrinum. v. 14 Sept.

Dulcissimi Nominis B. Mariae V. ritu dp. cum officio proprio h. d. coeptum est celebrari Conchae in Hispania a. 1587, postquam ab a. 1513 actum est 15 Sept. Eodem die, 17 Sept. in Cal. Hispaniae 1640 pro dioec. Conchensi (Cuenca), Gadicensi (Cadiz), Toletana, pro Trinitariis et Mercedariis. Item in Ordine S. Birgittae, Cal. 1682 et 1769.—Bibl. Boll.—Per decretum 7 Martii 1901 pro dioec. Conchensi f. SS. Nominis B. Mariae V. ritu dp. 2 cl. diei 17 Sept. restitutum est, ut servetur memoria liturgico-historica festi. Sublatum vero in reformatione recenti Calendarii (27 Feb. 1914).—Archiv.

Solemnitas B. Mariae V., dp. 1 cl. oct., conc. 15 Nov. 1656 pro presbyteris Oratorii D. N. Jesu Chr., quod fundavit Cardinalis Berulle.—Off. propr. 1683 et 1715, in Bibl. Boll.—Idem festum in Proprio Eudistarum a. 1652 et 1668 (Cadomi impr.), dp. 2 cl.; in Sanctorali Macloviensi 1768.—Bibl. Univers. Insulensis.—Oeuvres du B. Jean Eudes, XI 616.—Objectum hujus festi est Maria, "Divina Sapientia, mater Verbi Divini".—cf. 28 Jan.

F. **Excellentiarum (Grandeurs) B. Mariae V.** dp. maj. in officiis prop. Monialium S. Mariae Magdalenae de Treinel, Paris. 1742.—Bibl. Boll.; item in sanctuario B. Mariae V. de Virtutibus oppidi LaFlèche, dioec. Cenomanensis.—N. D. de France IV 385.—Col. 20. Febr.

F. **SS. Joachim et Annae** in Menol. Jacobit. saec. XII. Patr. Or. X 104 ss.

IX

F. **Imaginis Vivae** (Y Ddelw Fyw) signatur h. d. in calendariis Cambriae (Wales). Objectum est imago Dni N. Crucifixi, quae colebatur in ecclesia pagi Rhiw, et alia in "Mold Church" (St. Mary's), in memoriam imaginis quae Beryti a Judaeis vulnerata est, v. 9 Nov. — Baring-Gould, Lives of the British Saints I 112 ss. — Quae imago ab haereticis combusta est in martyrio B. Joannis Forest M. O.F.M., 22 Maji 1543.— Seeböck, Herrl. der Kath. Kirche p. 208.

Anniversarium Coronationis B. Mariae V. de Romania, dp. maj. in dioec. Tropaeae et Nicoterae, 1892.—Incoronata est imago 9 Sept. 1877. E decreto S.Rit.C. 6 Aug. 1881 in Cathedrali Tropaeensi omnes Missae dicebantur de Beata (9 Sept.). Postea vero etiam pro officio concessum est festum.—Archiv.—v. 27 Martii.

F. **B. Mariae V. de Covadonga,** Tit. ecclesiae collegiatae homonymae, dioec. Ovetensis in Hispania, dp. 1 cl. oct.; dp. maj. vero in dioecesi, e privilegio a Pio IX concesso. Extensum est festum ad omnes provinciae Compostellanae dioeceses, 22 Nov. 1897. Post reformationem calendarii retentum est festum in dioec. Ovetensi (Oviedo, 17 Apr. 1914), Compostellana (20 Apr. 1914) et Mindoniensi (22 Apr. 1914).—Archiv. —Speluncam, ubi recolitur imago B.M.V. de Covadonga, Pelagius Asturiae Rex in bello contra Mauros in ecclesiam vertit et SS. Dei Genitrici dedicavit saec. VIII.—Gump. 80.—Prop. Oveti 1893.—Colv. 24 Julii.— De la Fuente 215.—Colitur haec imago etiam in Russia tit. "Ispanskaja", die 8 Apr.—Quod festum 9 Sept. ut ad universam Hispaniam extenderetur, petivit Congressus Marianus Caesaraugustanus a. 1908. Postins, 119.— Beissel 454.—Sanjulian, II 617.

F. **B. Mariae V. Divinae Gratiae a Claustro,** Patronae Civitatis Celsonensis (Solsona), dp. 1 cl. oct. e conc. a. 1908.—Imago in irruptione Maurorum in puteum projecta, ibi reperta est; colitur in Cathedrali Celsonensi coram ea orentes cives Solsonae liberati sunt a pestis flagello a. 1652. —v. Cal. Celsonense approb. 15 Maji 1914.—Archiv. Cal. O. P. Aragon. 1921. J. Torrebadella, N. S. del Claustro, Lerida 1873.

F. **B. Mariae V. de Aranzazù (de Rubo),** Patronae prov. Guipuczcoae, in Hispania et dioec. Victoriae, dp. 1 cl. cum oct.; electa in patronam 23 Jan. 1916;—off. et missa approb. 26 Jan. 1916; additio ad lectionem 6. appr. 8 Maji 1918. S. M. de Aranzazù electa est in patronam prov. S. Gregorii O.F.M. 27 Feb. 1918. — Imago a. 1469 cum campana antiqua inventa est in rubo (Aranzazu-tu es in rubo?) a pastore Roderico Balzategui prope civitatem Oñate. Extat ibi conventus Franciscalium cum sanctuario magnifico, extructo saec. XVI.—Sanjulian III 312.

F. **B. Mariae V. de Gratia,** in civitate Caudete, dioec. Oriolensis in Hispania. Imago allata est ex Italia a monachis Benedictinis saeculo VI; abscondita saec. VIII in invasione Maurorum, inventa est a. 1414. Festum institutum est tempore Philippi III ex voto civitatis.—Sanjulian III 405.

F. **B. Mariae V. de Casaluce,** dp. maj. in dioec. Aversae in Italia ex decreto 21 Junii 1817.—Archiv.—v. Dom. I Maji.

F. **B. Mariae Angelorum** Pedrolae in dioec. Caesaraugustana (Zaragoza) in Hispania, Titularis ecclesiae parochialis, ubi est confraternitas.—Faci II 397.

In nonnullis codicibus Armenorum f. **Nativitatis B. Mariae V.** assignatum est 9 Sept., attento quod apud Graecos et Armenos Conceptio Mariae agitur die 9 Decembris.—Nilles II 6000.

Memoria sanctorum et justorum Dei Parentum **Joachim** et **Annae** apud Graecos et Syros (1 cl.) h. d. per festivitatem antiquitatis laude gaudentem cum officio solemni. — Max. I 125. Armeni eandem agunt solemnitatem feria III post Novenam Assumptionis Deiparae.—Nill. II 594.

F. **S. Annae** agitur ritu duplici agitur in dioecesi Strengnensi (Strengnas) in Suecia. Brev. Strengnense 1495, una cum festo majore diei 9 Dec. Deest festum 26 Julii.; deest etiam f. S. Joachim. Grotef. II 2.

F. **S. Joachim C.,** solemne, in Breviario hodierno Ambrosiano.

X

Nativitatis B. Mariae V. h. d. agitur a Coptis Catholicis Aegypti. —Nilles I 640.—Harris 402.—In fastis ecclesiae Alexandrinae (Nilles II 706) additur: **Commemoratio Imaginis Deiparae, quam pinxit Lucas Evangelista.**—Synaxarium Copticum (Wüstenfeld 19) hac die annuntiat festum Nativitatis Dnae Mariae "secundum computum correctum Abbae Macarii et nonnullorum ex 'El Said'. — Die 1 Pachons, i. e. Maji, celebratur Natale secundum opinionem illorum de Misr." Festum ineuntis Maji vetustius esse videtur. Synax. Arabo-Jacobit. Patr. Or. I 223 ss.—Synax. Alexand. Script. Arab. XVIII, p. 19.

F. **Tsiedsiena,** i. e. **Apparitio B. Mariae V. in loco Aegypti Tsiedsiena,** agitur h. d. a clero ecclesiae nationalis Abyssiniae (festum Nativitatis B.M.V. agitur 1 Maji). Maria videndam se praebuit ut ostenderet suo interventu fieri posse miracula.—Epist. Rev. P. Baetemann C.M. ex Abyssinia, 8 Dec. 1908.

F. **B. Mariae V. de Vita,** Titul. eccl. homonymae in urbe Bononiensi (Bologna) in Italia, dp. 1 cl. oct. Inventa est ibi imago die 10 Sept. 1614. Praesentem me edocuit de hac re ecclesiae S. M. de Vita rector, 22 Oct. 1900. Idem festum in dioec. Sarsinae, dp. maj., probabiliter in honorem ectypi iconis Bononiensis.—Ordo Sarsin. 1888.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. 2 cl. Gallicani in dioec. Praenestina (Palestrina).—Cal. approb. 23 Apr. 1914.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** in ecclesia propria in culmine montis prope civitatem Alumeriarum, dioec. Centumcellensis (Civitavecchia).—Epist. Revmi Angeli Rossi Episc. Centumcellarum, 1889.

F. **S. Mariae ad Laurum,** Patronae civitatis Meta infra fines Archid. Surrentinae, dp. 1 cl. oct., e concessione 28 Junii 1916. Festum cum officio Nominis Mariae agebatur antea Dom. infra Octavam Nativitatis B.M.V.—Imago S. Mariae ad Laurum inventa est a puella in spineto viridi, indice flamma. Die 10 Sept. 1724 mulier quaedam coram ea a daemone liberata est. Incoronata est statua miraculosa die 2 Junii 1748. Speciali modo S. Maria ad Laurum patrona est nautarum.—Sign. Nap. 168.

F. **B. Mariae V. tit. Salus Infirmorum,** dp. 2 cl. in Calendario Ordinis Clericorum Infirmis Ministrantium, in Cal. approb. 2 Apr. 1913. —v. Dom. ult. Aug.; nunc autem colitur festum die 16 Novembris.

F. **B. Mariae V. de Sion,** dp. maj. in dioec. Nanceiensi. — Ordo Nanc. 1920.—Circa a. 994 S. Gerardus in colle constituit statuam N. Dnae de Sion et comites de Vaudemont in ejus honorem extruxerunt ecclesiam et conventum Franciscalium. A. 1793 statua N. Dnae de Sion confracta et projecta est. Nova imago, restaurato sanctuario incoronata est 10 Sept. 1873.—Drochon, 1166.

XI

F. **Dni N. Jesu Crucifixi** per Missam vot. sol. de Cruce fit in ecclesia parochiali de Arsan, dioec. Barbastrensis in Aragonia.—Faci I 120.

F. **SS. Nominis B. Mariae V.** h. d. agitur Mediolani, secundum ritum Ambrosianum, qui non admittit festa in Dominica.—Brev. Ambros. —v. 12 Sept.

F. **B. Mariae V. tit. Salus Infirmorum,** vulgo **"Sciadonna",** dp. maj. in dioec. Tusculana (Frascati), e concessione 20 Nov. 1884.—Ordo Tusculi 1888.

F. **B. Mariae V. de Dunis nuncupatae,** dp. maj. in dioec. Insulensi (Lille), dp. 2 cl. Dunkerkae; ex indulto 19 Nov. 1919.—Operarii terram effodientes a. 1493 parvam statuam Matris cum Puero invenerunt. Confluebant ad eam praesertim piscatores et nautae maris periculis obnoxii. A. 1816 (25 Martii) antiqua statua cultui reddita est et incoronata a. 1903.—Drochon. 96.—Off. propr.

F. **B. Mariae V. de Antro Sancto,** dp. 2 cl. in dioec. Segobricensi in Hispania. Cal. approb. 17 Apr. 1914.

XII

Susceptio Sanguinis Domini in Missali Nidrosiensi (Trondhjem) a. 1519.—Lange et Unger, Diplomatarium Norvegicum, I p. XL.—Grot. II 1, 242.

Dedicatio Ecclesiae Catholicae signatur h. d. in Menologio Jacobitico saec. IX. v. 13 Sept.—Patr. Or. X. Ibidem die 13. Sept. Omnium Apostolorum et Chrysostomi.

F. **SS. NOMINIS B. MARIAE V.,** dp. maj. pro universa Ecclesia Latina e Dom. infra oct. Nativit. B. Mariae V. huic diei assignatum est in reformatione psalterii per decretum " Divino Afflatu ", 1 Nov. 1911.—Celebrari coeptum est festum a. 1513 Conchae (Cuenca) in Hispania, ritu dp. cum officio proprio. Sixtus V a. 1586 transtulit illud ad 17 Septembris. Ab ecclesia Toletana receptum est a. 1622. A Clemente X, 26 Jan. 1671 concessum est pro Hispania et regno Neapolitano, pro die 17 Sept.—Die 25 Nov. 1683 extensum est ad Ecclesiam Latinam universam, Dominica infra oct. Nativitatis Mariae agendum, ritu dp. maj. ad gratias reddendas Deo et Mariae pro liberata Vienna a Turcarum obsidione, 12 Sept. 1683. Die 20 Julii 1894 concessum est O. SS. Trinitatis officium anno 1622 a B. Simone de Rojas compositum.—Annales Romaines II 435.—Per decretum S.R.C. 21 Junii 1912 diei 12 Sept. festum affixum est pro Ecclesia Latina.—Colv. 16 Jan.—De significatione Nominis B. Mariae V. v. Kellner 192. — Schuetz I 289. — W. W. VIII 816. — Festum istud est F. Patronale Piaristarum et Titulare Societatis Mariae ac Congregationis oblatorum M. I. Cal. appr. a. 1914. In Austria dp. 2 cl.; item in loco Rocca di Papa, dioec. Tusculanae.

F. **B. Mariae V. tit. Bien Aparecida,** Patronae Princ. Provinciae Navarrae, dp. 1 cl. oct. in Cal. dioec. Santander in Hispania; sub officio Nominis B. Mariae V. sed cum lectionibus propriis historicis i. e. additione ad lect. VI.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Dolorosae** tit. **della Cornabusa,** agitur h. d. in sanctuario proprio in monte Cornabusa, in parochia S. Bernardini (valle Imaginia), dioec. Bergomensis. Accolae saeculo XVI tempore belli in hac spelunca imaginem B.M.V. Dolorosae posuerunt, quae miraculis infulsit.—Riccordo del Santuario di Caravaggio 1901.—Maggia-Zanella-Gump. III 394.

F. **B. Mariae V. de Consolatione,** dp. maj. in archidioecesi Surrentina, ex decreto 14 Junii 1901.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Justinopolitana (Capo d'Istria) in Istria.—Klein, p. 111.

Commemoratio Iconis B. Mariae V. de Kaplunovia, signatur in Menologio Russico.—Imago colitur in sanctuario proprio juxta Charcoviam in Russia, ubi se manifestavit a. 1689. Coram ea Petrus I Imperator orabat in bellum contra Suecos profecturus.—Mz. I 71.

Hodie in Menaeis Graecis fit **solutio festi Nativitatis B. Mariae V.** propter festum Exaltationis S. Crucis.—Nill. I 12 Sept.

XIII

Renovatio Templi Resurrectionis Christi Hierosolymis, festum Ecclesiae Graecae et Filiarum; aedes sanctae extructae a Constantino Imperatore super Dni Sepulcrum dicatae sunt 13 et 14 Sept. 335 a Patribus Synodi Tyrensis. Institutum est hoc festum saeculo IV et agebatur Hierosolymis eadem solemnitate ac Pascha et Epiphania, per octo dies tanquam solemnitas Christi Victoris et Crucis triumphantis. Recuperata S. Cruce a. 614 prima dies infra octavam, postridie celebritatis Encaeniorum cultui S. Ligni Vivifici specialius dicatus est. (Baumstark, 259.) — Menaea Graeca.—Mz. I 71.—Max. I 125.

Profestum (Vigilia) **Exaltationis Crucis Vivificae** cum tropariis propriis h. d. agitur in omnibus ecclesiis orientalibus.—Menaea Graeca.—In Menol. Jacobitio saec. 12-13 (Patr. Orient. X p. 124) hac die: **"Inventio Crucis Salvatricis"** et die 14. Sept: **Crucis Venerandae.**

Commemoratio Passionis Dni N. Jesu Christi, dp. maj. in Cal. approb. 15 Maji 1914 pro Ordine Servorum B. Mariae V.—Archiv.

F. **SS. Redemptoris,** dp. 2 cl. in dioec. Saltensi in Argentina. Cal. approb. 17 Aug. 1914.—Objectum est imago Dni N. de Miraculis. v. 15. Sept.—Archiv.

Dies Trigesimus Assumptionis Mariae, dp. cum officio Assumptionis agitur (seu potius agebatur usque ad a. 1915) in dioec. Augustana (Augsburg) in Germania. Solemnitas fundata est a. 1416 pro ecclesia S. Udalrici (Hoeynck, Liturgie des Bistums Augsburg, p. 269). Idem festum in Brev. Ratisbonensi a. 1487 et seq. Item in Cal. Passoviensi exeuntis Medii Aevi.—Lehner, Kirchenfeste 165.—Colv. 16 Aug.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. 2 cl. Montelanici in dioec. Segnensi in Italia.—Cal. 15 Apr. 1915.

F. **B. Mariae V. de Refugio,** dp. maj. in dioec. Calatayeronensi (Caltagirone) in Sicilia.—Cal. 1888.

F. **B. Mariae V. de Gratia,** dp. maj. in dioec. Tergestina (Trieste). —Klein 111.

F. **B. Mariae V. a Miraculo,** dp. 2 cl. in dioec. Saltensi, reip. Argentinae, ex indulto 28 Martii 1906, in honorem iconis B. Mariae de Miraculis cum officio proprio. — Allata est imago 15 Sept. 1592. — Sanjulian, III 674.

F. **B. Mariae V. de Cygno,** dp. 1 cl. in pago Cisne dioec. Loja in rep. Aequatoriana, ubi colitur imago B. Mariae V. cum cygno, ab a. 1594. —Eodem ritu festum est extensum ad dioecesim 13 Aug. 1919.—Archiv.

F. **Iconis B. Mariae V. de Dubovicio** (Dubovitshskaja) in Menologio schismatico Russorum.—Imago colitur in pago Dubovytchy, in gubernio Cernigoviae; depicta est ab imagine Claromontana (Czenstochowskaja); inventa a pastore saec. XVI in prato ad oram rivi Reta.—Sn. 608.

XIV

EXALTATIO SS. CRUCIS, festum Universalis Ecclesiae, tam Orientalis quam Occidentalis.—In Ecclesia Graeca celebratur cum octava.—Chronica Alexandrina, perperam forse, S. Crucem die 14 Sept. 320 a S. Helena inventam esse dicit (Excerpta lat. Barbari ed. Frick, 359). Dies 13 Sept. jam saeculo IV agebatur cum solemnitate (v. heri), quia anniversarius est Encaeniorum ecclesiae Resurrectionis. Dies 14 Sept. vero dies anniversarius solemnis expositionis S. Crucis a. 335 esse videtur. Hodiedum apud Armenos infra octavam (novenam) Exaltationis S. Crucis per vices fit officium de S. Cruce et de Encaeniis ecclesiarum Constantinianarum. Recuperata S. Cruce per Heraclium, a. 629, solemnitas S. Crucis die 14 Sept. speciali splendore coelebrari coepit.—Baumstark 259. —Duchesne 263. — Graeci h. d. jejunium observant eamque omni modo diei Parasceves aequiparant. In officio Crux elevatur ritu magnifico versus quatuor mundi partes et fit solemnis adoratio Crucis.—Max. I 126.—In Occidente hoc festum celebrari coepit saeculo VIII.—Apud Latinos Hierosolymarum dp. 2 cl. Apud Passionistas dp. 1 cl. oct., alibi in ecclesia latina dp. maj. — In archidioecesi Lucana (Lucca) est festum patronale reipublicae sub titulo " Vultus Sancti " in honorem iconis Crucifixi " a S. Nicodemo allata ", dp. 1 cl. sine oct. — Festum Exaltationis Crucis est Titulare O. S. Crucis (Cal. 6 Apr. 1914), Congregationis Theatinae (die 14 Sept. 1524 S. Cajetanus cum tribus sociis vota emisit super regula S. Augustini), Congregationis Sororum vulgo " Crocifisse (17 Martii 1915). Aethiopes veram Crucem in Abyssinia asservari credunt eamque eximio honore concelebrant. Syri Jacobitae die 14 Sept. post saeculum VII celebrabant **Inventionem S. Crucis** post festum Dedicationis Ecclesiarum Golgathae et Resurrectionis. — Baumstark, 259. — Kellner 238. — Buchberger II 503.—Rohault, 54.

F. **Inventionis Crucis.** v. Septem Menologia Jacobitica, Patr. Orient. X 93 ss.—In eodem volumine p. 34 ss. (Quatuor Menol. Jacobitica): " Dedicatio Crucis et memoria veterum terraemotuum ". Alibi: " Dedicatio, i. e. Exaltatio Crucis venerandae et Flagellorum, i. e. terraemotuum veterum". Ibidem p. 50: "Dedicatio Crucis et memoria veterum catastropharum".

Compassio B. Mariae V. commemorabatur h. d. tempore Gelenii in festo S. Crucis, Coloniae in ecclesia S. Mariae in Litore.—Gel. 410.

Inventio Imaginis B. Mariae V. de Fontana, dp. 1 cl. oct. Francavillae in Apulia.—Ordo Uritanus (Oria) 1819. — Bibl. Boll. v. 24 Jan. Proprio marte introducta, a S. Rituum Congreg. sublata est per decr. 17 Julii 1830.—Archiv.

Commemoratio Iconis B. Mariae V. de Cruce Veneranda (Czestnokrestnaja) in Menologio Russico. Imago honore afficitur in civitate Hrubeszow in Russia.—Sn. 608.

Commemoratio Iconis B. Mariae V. Lauretanae (Lawretzkaja) in Menol. Russico. Objectum hujus memoriae est imago lignea, quae colitur Laureti in Piceno (Italia) in Alma Domo B. Mariae V. Quae imago verum et primum cultus objectum fuisse videtur in sanctuario Lauretano.—Sn. 610.—Mz. 94.—Hueffer, Dr. Loreto.—Igne consumpta vetusta icone, nova imago a Pio XI benedicta et in sanctuario collocata est 8 Sept. 1922.—Sn. 608.

Commemoratio Iconis B. Mariae V. de Lesnia (Lesnanskaja) in Menol. Russico. Imago colitur Lesniae in Polonia (Cholm-Warsaw) in ecclesia Paulanorum. Se manifestavit a. 1683; primo translata est Bukovicium, ex a. 1686 vero colitur apud Paulanos.—Mz. 94.—Sn. 609.

XV

F. **SS. Redemptoris a Miraculo,** dp. 2 cl. e concessione 28 Martii 1906, pro dioec. Saltensi et Tucumana in Argentina, in honorem iconis Crucifixi Dni, quae allata est e Peruvia una cum imagine B. Mariae V. de Miraculo (13 Sept.), 15 Sept. 1592.—Sanjulian 674.—Nunc hoc festum agitur die 13 Sept.

Octava Nativitatis B. Mariae V. in ecclesia Latina. Instituta ab Innocentio IV a. 1243. — Beissel I 305. — Ad ritum simplicem reducta et propter festum Septem Dolorum (15 Sept.) in Cal. universali sublata est per Motu Proprio Pii X, 23 Oct. 1913.—Archiv.

SEPTEM DOLORUM B. MARIAE V festum dp. 2 cl. h. d. assignatum 23 Oct. 1913 pro universa Ecclesia Latina. v. Dom. III Septembris. Festum Septem Dolorum hac die Patronale est Filiarum Calvarii (1914) et monialium Fontis Ebraldi (Fontërevault, 1914); item Mater Dei sub titulo Angustiarum Patrona est aeque principalis archid. Granatae in Hispania.

F. **SS. Nominis B. Mariae V.** ab a. 1513 ad annum 1586 agebatur h. d. ritu dp. cum officio proprio in dioec. Conchensi (Cuenca) in Hispania. A. 1587 translatum est ad d. 17 Sept. propter diem Nativitatis B. Mariae V. Sed in multis Galliae dioecesibus secundum ritum Gallicanum retenta est sedes propria festi ad diem 15 Sept. v. g. in Brev. Carnutensi (Chartres, 1829) et Petricordiensi (1833) 15 Sept.: **Nominis B.M.V.;** in Brev. Versaliensi 1829: **Octava Nativ. B.M.V. et f. Nominis Ejus,** solemne minus; in Brev. Rotomagensi (Rouen, 1756): F. **SS. Nominis Mariae et Oct. Nativ. Ejus,** dp. maj.; item in Brev. Nannetensi (1836), Forojuliensi (Fréjus 1833), Parisiensi 1787 etc. Lemovici f. Nominis Mariae pro hac die institutum est a. 1710.—Bibl. Boll. et Insul.—F. M.

F. **B. Mariae V. Divinae Providentiae,** dp. 2 cl. in dioec. Montispelusii, concessum a. 1895.—Die 7 Jan. 1911 elevatum est ad ritum dp. 1 cl. oct. et assignatum diei 15 Sept., translato Festo Septem Dolorum ad 16 Sept.—Archiv. Cal. Montispelusii 1911, 1912 et 1913.

Apparitio B. Mariae V. in Monte de Colle, dp. 1 cl., Lenulae in dioec. Cajetana (Gaeta) in Italia.—Cal. Cajetae 1890.

F. **Prodigiorum B. Mariae,** dp. 2 cl. Plicaniae in dioec. Clavarensi (Chiavari) dp. maj. in dioec.—Off. propr. concessum est a. 13 Aug. 1896, postquam festum concessum est a. 1895.—Archiv.—Ordo Clavar. 1912.—Ad S. Joannem Baptistam Plicaniae in Valle Fontis Boni est imago B. Mariae V., cujus aspectus squalidus 15 Sept. 1537 subito mutatus est in speciosum. Incoronata est a. 1890.—Archiv.

Coronationis B. Mariae V. de Ponte, dp. 1 cl. in civitate Anxani (Lanciano).—Ordo Anxani 1895.—Statua B.M.V. de Ponte, ubi miraculis inclaruit, translata est in Cathedralem, sed nocte rediit ad pontem, unde ibi sanctuarium extructum est, quod nunc est Cathedralis Anxitana.—Sign. II 283.

Septem Dolorum B. Mariae V. Mediolani agitur secundum ritum Ambrosianum assignatum est diei 15 Sept. (Nativitas non habet octavam Mediolani), unicum festum, quod de Matre Dolorosa celebrant Ambrosiani.—Brev. Ambr.—Institutum et primo celebratum est a. 1750.—Morini 126, sed ex anno 1522 Missa vot. de Spasmo et alia de Doloribus B. Mariae V. ib. 127.

B. Mariae V. de Valvanera (de Valle Venaria) die 15 Sept. celebrari v. Postins p. 843.—Quod sanctuarium celeberrimum est inter templa Mariana provinciae Roja in Castilia. Imago, " S. Luca sculpta, a S. Petro in favorem S. Hierothei benedicta et in Hispaniam missa ", a Gothis abscondita et saeculo X a Nuno (Munio, Onez) poenitente eremita in antro (sive in quercu) Trombalensi in montibus Desterciis inventa est. In eremitorii loco extructum est monasterium Benedictinum. — Sanj. III 229.—Beissel 474.—Opinio, hanc iconem a S. Luca sculptam esse non ante saec. XVI diffusa est. Omnia simulacra Mariana, quae in Hispania coluntur, et a S. Nicodemo sculpta, a S. Luca coloribus decorata et ab apostolis in Hispaniam missa esse feruntur, vix saeculo 11 vel 12 vetustiora sunt.—Beissel, 123. — De la Fuente II 268. — Sanjulian III 639. — Catalogum iconum istarum apostolicarum v. apud Beissel 124.—Hispanorum traditio apocrypha fert, S. Athanasium Alexandria pulsum per aliquod tempus in castro Valvanerae habitasse et coram hac icone B. Mariae symbolum composuisse.—Fam. Mar. Summa Aurea X 777.—De la Fuente. 248.

F. **B. Mariae V. de Rupe** (de las Lajas), dp. 2 cl. in dioec. Pastensi, reip. Columbiae in America Meridionali. Imago " De las Lajas " colitur inter rupes juxta civitatem Ipiales; sanctuarium consecratum est 11 Apr. 1803.—Suarez, Recuerdo de Viaje, 1901, p. 193.

Dedicatio Basilicae S. Mariae ad Martyres (Romae) signatur hac die in Martyrologio S. Aengussii.—Collection of the Bradshaw Society. vol. XXIX p. 205. v. 13. Maji.

Miraculorum B. Mariae V. dp. in dioec. Nannetensi (Nantes) in Gallia. Ineunte saeculo XVI Nannetenses invexerunt in officium Octavae Nativitatis B.M.V. lectiones de Miraculis, quae Dei Mater operata est in civitate Nannetensi.—N. D. de France IV 415.—Expunctum est festum e Proprii modernis. F. M.

F. **B. Mariae Odigitriae** (de Indirizzo). Messanae (Sicilia) in ecclesia S. Jacobi celebratum est h. d. secundum Gump. 1125.

Dedicatio i. e. Memoria Matris Dei annuntiatur h. d. in Menologio jacobitico a. 675.—Patr. Or. X. Menol. et Martyr. antiqua (v. 21 Jan. et 15 Junii.—In Menologo Syriaco saec. IX signatur: **Memoria Matris Dei.**

Memoria Iconis B. Mariae V. a S. Niceta (Novo-Nikitskaja) in Menologio Russico. Colitur imago h. d., in festo S. Nicetae M., Moscoviae in ecclesia S. Salvatoris, ubi cancellis aureis [illegible] servatur ectypon iconis quam S. Nicetas tempore martyrii sui in manibus gestasse fertur.—Mat. I [illegible].—Sn. [illegible]

XVI

In Synaxario Alexandrino h. d. **Aedificatio Ecclesiae in Jerusalem,** i. e. Restaurationis eius per Constantinum et Helenam.—Harris [illegible]—cf. 13 Sept.—Apud Nilles II [illegible] **Dedicationis Templi Resurrectionis.** In Synaxario Coptico (Wüst. [illegible]) narratur [illegible] die [illegible] mensis Tut ecclesias Constantinianas consecratas, die 17 Tut (Sept.) solemni cultu Christum et Crucem vivificam [illegible] cf. 13 Sept.—In Synax. Alex. [illegible] Analecti XVIII p. [illegible]: "**Templorum Hierosolymitanorum Consecratio**".—Synax. Armen. [illegible] I [illegible]

F. **B. Mariae V. de Mazara** [illegible] Sept. [illegible]

Cordis B. Mariae V. [illegible]

F. **B. Mariae V. de Rupe** [illegible]

Memoria Iconis B. Mariae V. de Humilitate [illegible] **Miraculi B.M.V. Camensis** [illegible]

F. **S. Joachim Patris Mariae V.** dp. hac die, prima post octavam Natalis Mariae signatur in Breviario Carmelitano a. 1509 et in Breviario Dominici Sepulchri a. 1504$\frac{3}{4}$ Grotef. II 2 16.

Eodem die **Commemoratio S. Annae,** III lectionum in Brev. secundum chorum Lincopensem (Linkoping in Suecia) a. 1493, una cum festo majore (dupl.) die 9 Dec.—F. 26 Julii est simplex. Grotef. II 2.

Ritu duplici fit **Commemoratio S. Annae** in Ordine Birgittino. Officia edita in civit. Landshut, 1692, in urbe Lisbonensi 1682 et 1769. Duaci in ecclesia S. Amati, ubi colitur pes S. Annae: 16 Sept. **Translatio S. Annae** dp.—Colven. Propr. S. Amati 1740.

XVII

Exaltatio Gloriosae Crucis D. N. Jesu Ch. (" Festum Crucis ") Vacat, i. e. festum de praecepto, apud Coptos, Aethiopes et Abyssinios vallis Niliaci. Nill. II 696. Agitur festum per tres dies, ib. p. 706.—Harris 403.—Wüst. 31.—Cal. Abul' l'-Barakat. P. Or. X 245 ss. In Synaxario Alexandrino (Script. Arabic. XVIII p. 30 ss.) hoc festum annuntiatur sub titulo: " Crucis Christi Commemoratio." — In Synaxario Arabo-Jacobitico (Patr. Orient. I 275 ss.) sub titulo: " Commemoratio Crucis gloriosae Dni N. Jesu Messiae, et apparuit Helenae ". — Ibidem signatur ista memoria: "Apparitio Crucis, qua Isaac Samaritanus conversus est; quae evenit die 10 Barmahat, sed celebratur die 17 Sept."—Ibidem: "Hodie est etiam dies Inventionis S. Sepulchri." Eodem fere modo signat festivitatem Syn. Alexandrinum. v. 14 Sept.

Dulcissimi Nominis B. Mariae V. ritu dp. cum officio proprio h. d. coeptum est celebrari Conchae in Hispania a. 1587, postquam ab a. 1513 actum est 15 Sept. Eodem die, 17 Sept. in Cal. Hispaniae 1640 pro dioec. Conchensi (Cuenca), Gadicensi (Cadiz), Toletana, pro Trinitariis et Mercedariis. Item in Ordine S. Birgittae, Cal. 1682 et 1769.—Bibl. Boll.—Per decretum 7 Martii 1901 pro dioec. Conchensi f. SS. Nominis B. Mariae V. ritu dp. 2 cl. diei 17 Sept. restitutum est, ut servetur memoria liturgico-historica festi. Sublatum vero in reformatione recenti Calendarii (27 Feb. 1914).—Archiv.

Solemnitas B. Mariae V., dp. 1 cl. oct., conc. 15 Nov. 1656 pro presbyteris Oratorii D. N. Jesu Chr., quod fundavit Cardinalis Berulle.—Off. propr. 1683 et 1715, in Bibl. Boll.—Idem festum in Proprio Eudistarum a. 1652 et 1668 (Cadomi impr.), dp. 2 cl.; in Sanctorali Macloviensi 1768.—Bibl. Univers. Insulensis.—Oeuvres du B. Jean Eudes, XI 616. — Objectum hujus festi est Maria, " Divina Sapientia, mater Verbi Divini ".—cf. 28 Jan.

F. **Excellentiarum (Grandeurs) B. Mariae V.** dp. maj. in officiis prop. Monialium S. Mariae Magdalenae de Treinel, Paris. 1742. — Bibl. Boll.; item in sanctuario B. Mariae V. de Virtutibus oppidi LaFlèche, dioec. Cenomanensis.—N. D. de France IV 385.—Col. 20. Febr.

"Et Dei Genitrix quando mortuum suscitavit." Ita hac die Martyrologium Syriacum Rabban Slibhae, scriptum exeunte saeculo XIII. Anal. Boll. XXVII 195. — Quod miraculum utrum referat ad quandam apocrypham resuscitationem operatam vivente Deipara, an ad prodigium quod in aliquo Mariae sanctuario impetratum est intercedente Deipara, indagare nequivi.

Memoria Iconis B. Mariae V. de Constantinopoli (Zaregradskaja) in Menol. Russico. — Imago colitur in Cathedrali civit. Starajae Russae, allata e CPoli a duobus monachis.—Mz. I 107.—Sn. 614.

Memoria Iconis B. Mariae V. Odigitriae Macarii (Makarajewskaja) in eodem Menologio Russorum.—Imago celebris est in monasterio "Makariew-Unshenski" gubern. Kostromae, ubi apparuit 17 Sept. 1442. —Mz. I 108.—Sn. 614-629, ubi multa de hac imagine.

XVIII

Descensio Dei in Monte Sina annuntiatur h. d. in Synaxario Armeno apud Ter Israel. Patr. Or. V.

F. **B. Mariae V. de Vitibus** celebrabatur in ecclesia Syriaca Jacobitica hac die exeunte primo millennio, pro frugibus arborum et vitibus; postea vero disparuit. Baumstark, 274.—Cal. Jacob. Patr. Or. X p. 247. —Hoc festum secundum aliud Calendarium agebatur "in Zeugma", quae erat civitas in Comagene, Syriae provincia. v. 15. Aug.

F. **Nominis B. Mariae V.,** dp. 2 cl. in Cal. Hispalensi 1646. Bibl. Boll.

F. **B. Mariae de Meritschell,** Patr. Princ. Reipublicae Andorra in Pyrrhenaeis, concessum die 13 Maji 1914. Patronatus approbatus est anno 1873.—Archiv.

F. **Septem Dolorum B. Mariae V.** Neapoli in ecclesia Servorum Mariae olim h. d. esse celebratum v. Lambert, 107.

Memoria Iconis B. Mariae Curatricis (Zilytelnitza) Moscoviae agitur in ecclesia monialium S. Alexii, ubi colitur imago Mariae Vincentium clericum sanantis.—Messenger, Apr. 1905.—Mz. I 111.—Sn. 629 et 760.

XIX

Patrocinium B. Mariae V. dp. maj. in Cal. Missionariorum de la Salette 1909, et in Cal. reformato et appr. 24 Nov. 1913.—Item in Proprio Gratianopolitano (Grenoble) 1884. — Fit in memoriam apparitionis B. Mariae V. in monte Salettae, dioec. Gratianop., 19 Sept. 1846. Concessum est f. Patrocinii pro hac die 2 Dec. 1852.—Drochon 881.—Rudnicki 300. — Guérin XI 255. — Concessa est Missa B.M.V. Reconciliatricis pro loco Lavigny dioec. S. Claudii, 8 Jan. 1890, die 19. Sept. dicenda.—Archiv.—F. M.

F. **B. Mariae V. de Fulmine,** Patr. Princ. Bonarcadi, dioec. Arboreae (Oristano) in Sardinia.—Pèl. II 1130.

Commemoratio S. Joseph Sponsi B.M.V. dp. Haec memoria mensilis extat in Cal. S. Fidei Bogotensis, a. 1875 approbato. v. 19 Jan.

XX

Coronatio B. Mariae V. ab Humilitate agitur h. d. in proprio sanctuario Pistoriae in Etruria; omnes Missae de Beata ut 17 Julii, ex indulto 28 Aug. 1886. Incoronata est imago 20 Oct. 1716.—Ordo Pistor. 1888.—F. M.

F. **B. Mariae V. Pedis Argentei,** dp. maj. in dioec. Nanceiensi; Cal. approb. 3 Apr. 1914.—A. 1284 Theobaldus comes Barrensis civitatem Tullensem ferro flammaque devastare decrevit. SS. Deipara vero mulieri coram icone sua oranti apparens episcopum et cives ad arma vocavit, in vigilia S. Matthaei. In beneficii memoriam pes statuae lamina argentea obductus est et nomen statuae datum "de Pede Argenteo".—Gump. 663.—Archiv.

XXI

F. **SS. Dnae N. de Constantinopoli** h. d. agitur ab Italo-Graecis Calabriae; ita P. Nilles S.J. rescripsit illorum episcopus Jos. Bugliari 18 Maji 1888.

F. **B. Mariae V. Reginae Pacis,** Patronae Principalis dioec. S. Michaelis, in republica S. Salvatoris in America Centrali, translato festo S. Matthaei ad 20 Sept. dp. 1 cl. oct. ex indulto 16 Julii 1920.—Officium proprium approb. est 14 Julii 1921.—Archiv.

Apud Coptos et Abyssinios **Commemoratio mensilis B. Mariae V.** —Harris 404.

F. **B. Mariae V. de Multitudine** seu **de Synodo, " Multorum Mariam "** (Bezouham Mirjam) agitur h. d. in ecclesia nationali Abyssiniorum, propter apparitionem B. Mariae V. cum apostolis factam S. Davidi Aethiopiae Regi in loco " Ghioscen " dicto. Juxta alios vero hoc festum originem habet ex synodo, quae die " Bahle Mirjam ", i. e. commemorationis mensilis B. Mariae, mense Meskerrem, i. e. Septembris, singuils annis in Aethiopia celebratur.—Epistola Rev. P. Baeteman C.M. ex Alitiena, 8 Dec. 1908.

Dedicationem SS. Deiparae in Vetere Petra, CPoli, e codice Naniano Mendeorum saec. 11 hac die annuntiat Martinovius.

XXII

F. **SS. Nominis B. Mariae V.** ritu dp. 2 cl. h. d. cum officio pulcherrimo ab ipso B. Joanne Eudes composito invenitur in Proprio Officiorum Eudistarum a. 1652, cum puellae hebraicae duabus post nativitatem hebdomadis nomen impositum sit.—Balinghem, h. d.—In Proprio a. 1668 signatur hoc festum die 25 Sept.—Oeuvres XI 417 et 169.—F. M.

Patrocinii B. Mariae V. festum die 22 Julii 1848 concessum est agendum in archidioecesi Senensi (Siena); affixum est f. in aliqua Calendarii Senensis reformatione ad Dom. II Novembris. Die 22 Martii 1912 vero et in Cal. approbato 18 Martii 1914 restitutum est suae sedi 22 Sept. dp. maj. Ante annum 1848 **Commemoratio Patrocinii B. Mariae V.** concessa est civibus Senensibus in "Contrada dell' Oca", 13 Sept. 1830.—Archiv.

Memoria B. Mariae V. de Sanitate fit Genuae in oratorio publico SS. Petri et Pauli per decr. 15 Julii 1801; omnes Missae de Beata.—Archiv.

F. **S. Mariae in Aula Regia,** Patr. Princ. dioec. Comaclensis (Comacchio) in Italia; assignatum est diei 22 Sept. e Dom. IV Sept. in Cal. approbato 21 Feb. 1914.—Archiv. v. Dom. ult. Sept.

Synaxis SS. Deiparae in Chrysopoli (CPoli) annuntiatur h. d. a Maximiliano Sax. Princ.—Lit. Or. I 130.

F. **B. Mariae Exaudientis (Epakuses)** agitur h. d., in festo S. Cosmae eremitae, in monasterio Zographu, in Sacro Monte Athone; locuta esse traditur S. Deipara B. Cosmae in ista imagine.—Mz. I 136.—Episkiasis 67.—Sn. 629.

XXIII

Secunda Assumptio B. Mariae V. seu **Dies Quadragesimus Assumptionis** agitur h. d. in Brev. Brandenburgensi (3 lect.) a. 1488; in Missali Frisingensi a. 1492; in Missali Francfordiensi saec. XV signatur **"Corporalis Assumptio Mariae";** item in Brev. Moguntino (Mayence), Brev. Ratisbonensi 1487 et Brev. Patavino (Passau) 1515.—Grotef. II.—In Cal. Monasterii S. Nicolai Passoviae annuntiatur sub titulo: **"Solemnis Commemoratio Assumptionis".**—Lechner 197.—Celebratur hoc festum secundum opinionem eorum, qui Mariam quadragesimo ab obdormitione die secundum corpus assumptam esse dicunt. Quae sententia licet non videatur a Romana Ecclesia recepta, scribitur tamen revelata B. Elisabetae Schonaugiensi. Coloniae in ecclesia SS. Joannis et Cordulae h. d. recolitur pars **Sindonis B. Mariae V.**—Gel. 724.—F. M.

Memoria Iconis B. Mariae V. de Slovenia (Slovenskaja), quae apparuit a. 1633 et colitur in prisco monasterio Slovenescensi, dioec. Kostromae in Russia; ectypon ejus in pago Novospask, gubern. Mosquae.—Mz. I 141.—Sn. 629.—Memoria ista extat in Synaxario Ecclesiae Russicae in Matutino.

Vigilia Descensionis B. Mariae V. de Mercede agitur h. d. apud Mercedarios.—Brev. Miss. et Martyrol. B.M.V. de Mercede.

"Eadem die, aperta est ecclesia divae Virginis in vico urbis el-Qahirah, cui nomen 'a Graecis' (er-Rum), anno Martyrum 1027, postquam annos undecim cum dimidio clausa fuerat. Virginis intercessio nobis

adsit." Ita h. d. Synaxarium Alexandrinum. Scriptores Arabici, XVIII, 42. Annus 1027 martyrum est annus 1291 Calendarii nostri.

XXIV

SOLEMNITAS DESCENSIONIS B. MARIAE V. DE MERCEDE, Patronae Ordinis B. Mariae de Redemptione Captivorum, dp. 1 cl. oct.; dp. maj. in universa Ecclesia Latina.—Descendit Dei Mater ad fundendum Ordinem pro mercede captivorum die 1. Aug. 1218; constituta est nova religio Barcinone die 10 Aug. 1223 a Jacobo Rege et approbata a Gregorio IX 17 Jan. 1235. Anno 1600 Titulare festum Ordinis fiebat in festo Nativitatis B.M.V., 8 Sept. Concessum fuit proprium festum Dom. proxima Calend. Aug. celebrandum 4 Apr. 1615; lectiones pr. 2 noct. 30 Apr. 1616; a Mercedariis agebatur die 1 Aug.—Die 15 Febr. 1680 indultum est pro Hispania, 4 Dec. 1690 Galliae Dom. prox. Cal. Aug.—Die 22 Feb. 1696 ad Ecclesiam Latinam extensum est, assignata diei 24 Sept. ab Em. Collorado Cardinali, die ad libitum electo. In Sicilia usque ad reformationem Calendarii (1913) agebatur Dom. prox. Calendis Augusti, ad gratias agendas Deo pro liberata insula a jugo Saracenorum.—In dioec. Barcinonensi Patr. Princ. 24 Sept. dp. 1 cl. oct. S. M. de Mercede Patrona est Reipublicae Dominicanae in Indiis Occidentalibus.—In universa Hispania dp. 2 cl. cum officio proprio Mercedariis concesso, ex indulto 29 Nov. 1883.—Anal. Jur. Pont. VII 136.—Colv. 17 Jan.—De la Fuente 352.—Sanjul. II 645.—Guérin XI 365.

F. **B. Mariae V. de Gratia,** dp. maj. in dioec. Calatayeronis.—Ordo 1888.—Ex indulto 9 Febr. 1819; affixum feriae III post Dom. in Albis.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Misericordia** cum Missa et officio propriis Civitati Maceratensi concessis, dp. 1 cl. oct. in publico Oratorio a Misericordia in oppido Montegiorgio, dioec. Firmanae, ex indulto 4 Julii 1902. —Archiv.

Septem Gaudiorum Mariae invenitur in Brev. Misnensi (Meissen) a. 1485 (manu ad marginem scriptum) et in Brev. Misnensi 1517; Grotef. II 120; item in Appendice Missalis Pragensis a. 1520 (Bibl. Strachow). —Idem festum ritu dp. maj. signatum est in Calendario edito a. 1801, jussu Georgii Lock Episc. Misnensis et per utramque Lausatiam Administratoris. Nunc in Saxonia Dom. IV Sept.—Bibl. Boll.

F. **Iconis B. Mariae V. Mirozensis** (Miroshskaja) agitur in universa Ecclesia Russica cum officio proprio. Imago se manifestavit a. 1198 et colitur in monasterio B. Abraamii ad Mirosham fluvium, in dioec. Pscovensi. Institutum est festum a. 1567 pro dioec. Pscovensi in gratiarum actionem pro liberata civitate a peste; a. 1666 extensum est ad universam Ecclesiam Russorum.—Mrt. 230.—Mz. I 146.—Sn. 630.

Memoria Miraculi SS. Deiparae Myrtidiotissae in insula Cytherorum (a. 1722) agitur h. d. in insula Cytheron (Cerigo) ad sinum Laconicum; officium ibi habet speciale et solemne, quod composuit Sophronius Ep. Cytherorum a. 1894. Vocatur "Myrtidiotissa", quia ostendit Virginem myrtis circumdatam.—Officium vidi in bibliotheca privata Rev. Maximiliani, Saxoniae Principis, Coloniae.—cf. ejus Lit. Orient. I 130.

XXV

F. **SS. Redemptoris,** dp. maj. in Proprio ad usum Congregationis SS. Cordium Jesu et Mariae necnon et Adorationis Perpetuae SS. Sacramenti.—Off. pr. 1826 et 1890.—Archiv.

F. **SS. Nominis Mariae,** dp. maj. in Cal. Monialium Adorationis Perpetuae O.S.B. in Gallia, 1827.—Bibl. Boll. et Archiv.—Idem festum, dp. 2 cl. cum officio ab ipso B. Joanne Eudes composito in Proprio PP. Eudistarum a. 1668 edito.—cf. 22 Sept.

F. **Apparitionis B. Mariae V. in Choro Barcinonensi,** dp. maj. in Cal. Mercedariorum 17 Apr. 1914 et 30 Apr. 1917 approbato. v. Dom. post 24 Sept.

Coronatio B. Mariae V. de Navicella, dp. maj., concessum 31 Maji 1883 pro dioec. Clodiensi (Chioggia); incoronata est imago 25 Sept. 1859. —Off. pr. v. 25 Junii.—Cal. Clodiense approb. 4 Aug. 1914.—Archiv.

F. **B. Mariae V. a Quercu,** dp. maj., in dioec. Viterbiensi, secundum Cal. 29 Julii 1914 approb.—Archiv. v. Dom. ult. Sept.

F. **Patrocinii B. Mariae V. de Galaso,** dp. maj., pro Turri in dioec. Neritonensi (Nardò) concessum 12 Aug. 1831. — Archiv. — Ordo 1898 et 1901.

F. **B. Mariae V. de Catenis** pro ecclesia S. Silvestri a Monte Cavallo, Romae, signatur in Diariis Romanis 1823-1844.—Bibl. Boll.—Recolitur ibi imago B. Mariae V. ab a. 1555; vocatur "a Catenis", quia vir quidam, mentis impos, postquam sanitatem coram hac icone impetravit, catenas quibus vinctus fuerat, Deiparae in sua icone obtulit. Incoronata 31 Jan. 1650.—Bomb. I 73.

F. **B. Mariae V. vulgo de Fuencisla,** dp. 1 cl. in dioec. Segoviensi in Hispania, secundum Cal. 17 Apr. 1914 approbatum.—Traditio apocrypha Segoviensium statuam N. Dnae de Fuencisla (Fons stillans) jussu S. Petri a S. Luca confectam et a S. Hierotheo Segoviam allatam esse autumat. A. 714 abscondita et a. 1130 inventa est. A. 1230 Hebraea mulier, jamdudum animo Christiana, propter adulterii suspicionem a Judaeis, praeceps in profundissimam vallem projecta, SSma Virgine de Fuencisla invocata, suavissime per aerem deportata, incolumis evasit.—Gump. 175.—Sanjul. III 154.—Archiv.

XXVI

Coronatio B. Mariae V. Matris Misericordia, dp. maj. in ecclesia Collegiata S. Genesii, dioec. Camerini. Incoronata est imago 19 Aug. 1910; concessum est festum 25 Jan. 1911.—Archiv.—F. M.

F. **Imaginis B. Mariae V.,** dp. maj. in oppido Turris Susannae, dioec. Uritanae, concessum 12 Aug. 1811.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Victoria** in tota Frisia, saec. XVII, ob victoriam quandam medio aevo de Batavis reportatam.—Colv. h. d.

Miraculorum B. Mariae V. Burbourgensis, Burbourgi in Flandria, ubi 26 Sept. 1383 statua B. Mariae V., a milite Britone gladio petita, cruorem fudisse traditur.—Colv. h. d. Festum nunc agitur Dom. IV Sept. —Drochon 95.—Balinghem 527.—N. D. de France II 481.—F. M.

XXVII

Patrocinium B. Mariae V. Matris Orphanorum, dp. 2 cl. pro Congregatione Clericorum Regularium de Somascha, ex Congressu diei 28 Jan. 1921 concessum 6 Junii 1921. — Die 27 Septembris 1508 S. Hieronymus Aemilianus coelesti Deiparae patrocinio vinculis solutus (in Arce Castri Novi) veram filiorum Dei libertatem consecutus est. Qua singulari B. Virginis auxilio tactus nuntium saeculo remisit et velut novus homo novis vestibus indutus officiis pietatis addictus ardentissima caritate praesertim in pauperes orphanos colligendos enituit.—Lect. VI officii proprii.—Hymnos pro Vesperis et Laudibus jam approbavit Pius (24 Maji 1905) pro Ordine Monialium a SS. Annuntiata, in festo Patrocinii B. Mariae V (16 Junii).—Arch.

Hac die in domibus Societatis Jesu canitur **Missa vot. sol.** propter primam Societatis confirmationem per Paulum III Papam, 27 Sept. 1540. —Archiv.—Cal. Soc. Jesu 12 Maji 1920.

XXVIII

F. **B. Mariae V. tit. Refugium Peccatorum,** dp. maj. Cal. Aversae 1831.—Archiv.

XXIX

Apparitio B. Mariae V. Tirani, dp. 1 cl. oct. in sanctuario proprio, dp. maj. in Valle Tellina cum Burmio et Clavenna; alibi vero, in dioec. Novocomensi die 10 Oct., usque ad reformationem Calendarii; in Cal. vero, approb. 4 Maji 1914 dp. 2 cl. die 30 Sept. in universa dioecesi Novocomensi (Como).—Apparuit SS. Dei Mater Tirani a. 1504. Festum concessum est 18 Apr. 1787.—Sanctuarium in Italia superiore celeberrimum est.—Ricc. I 360.—Gump. 41.

F. **B. Mariae V. Matris Gratiarum "della Monterella",** dp. 1 cl. oct., die 8 Aug. 1902 concessum agitur in sanctuario della Monterella,

Commemoratio Iconis B. Mariae V. de Cruce Veneranda (Czestnokrestnaja) in Menologio Russico. Imago honore afficitur in civitate Hrubeszow in Russia.—Sn. 608.

Commemoratio Iconis B. Mariae V. Lauretanae (Lawretzkaja) in Menol. Russico. Objectum hujus memoriae est imago lignea, quae colitur Laureti in Piceno (Italia) in Alma Domo B. Mariae V. Quae imago verum et primum cultus objectum fuisse videtur in sanctuario Lauretano.—Sn. 610.—Mz. 94.—Hueffer, Dr. Loreto.—Igne consumpta vetusta icone, nova imago a Pio XI benedicta et in sanctuario collocata est 8 Sept. 1922.—Sn. 608.

Commemoratio Iconis B. Mariae V. de Lesnia (Lesnanskaja) in Menol. Russico. Imago colitur Lesniae in Polonia (Cholm-Warsaw) in ecclesia Paulanorum. Se manifestavit a. 1683; primo translata est Bukovicium, ex a. 1686 vero colitur apud Paulanos.—Mz. 94.—Sn. 609.

XV

F. **SS. Redemptoris a Miraculo,** dp. 2 cl. e concessione 28 Martii 1906, pro dioec. Saltensi et Tucumana in Argentina, in honorem iconis Crucifixi Dni, quae allata est e Peruvia una cum imagine B. Mariae V. de Miraculo (13 Sept.), 15 Sept. 1592.—Sanjulian 674.—Nunc hoc festum agitur die 13 Sept.

Octava Nativitatis B. Mariae V. in ecclesia Latina. Instituta ab Innocentio IV a. 1243. — Beissel I 305. — Ad ritum simplicem reducta et propter festum Septem Dolorum (15 Sept.) in Cal. universali sublata est per Motu Proprio Pii X, 23 Oct. 1913.—Archiv.

SEPTEM DOLORUM B. MARIAE V festum dp. 2 cl. h. d. assignatum 23 Oct. 1913 pro universa Ecclesia Latina. v. Dom. III Septembris. Festum Septem Dolorum hac die Patronale est Filiarum Calvarii (1914) et monialium Fontis Ebraldi (Fontërevault, 1914); item Mater Dei sub titulo Angustiarum Patrona est aeque principalis archid. Granatae in Hispania.

F. **SS. Nominis B. Mariae V.** ab a. 1513 ad annum 1586 agebatur h. d. ritu dp. cum officio proprio in dioec. Conchensi (Cuenca) in Hispania. A. 1587 translatum est ad d. 17 Sept. propter diem Nativitatis B. Mariae V. Sed in multis Galliae dioecesibus secundum ritum Gallicanum retenta est sedes propria festi ad diem 15 Sept. v. g. in Brev. Carnutensi (Chartres, 1829) et Petricordiensi (1833) 15 Sept.: **Nominis B.M.V.;** in Brev. Versaliensi 1829: **Octava Nativ. B.M.V. et f. Nominis Ejus,** solemne minus; in Brev. Rotomagensi (Rouen, 1756): F. **SS. Nominis Mariae et Oct. Nativ. Ejus,** dp. maj.; item in Brev. Nannetensi (1836), Forojuliensi (Fréjus 1833), Parisiensi 1787 etc. Lemovici f. Nominis Mariae pro hac die institutum est a. 1710.—Bibl. Boll. et Insul.—F. M.

F. **B. Mariae V. Divinae Providentiae,** dp. 2 cl. in dioec. Montispelusii, concessum a. 1895.—Die 7 Jan. 1911 elevatum est ad ritum dp. 1 cl. oct. et assignatum diei 15 Sept., translato Festo Septem Dolorum ad 16 Sept.—Archiv. Cal. Montispelusii 1911, 1912 et 1913.

Apparitio B. Mariae V. in Monte de Colle, dp. 1 cl., Lenulae in dioec. Cajetana (Gaeta) in Italia.—Cal. Cajetae 1890.

F. **Prodigiorum B. Mariae,** dp. 2 cl. Plicaniae in dioec. Clavarensi (Chiavari) dp. maj. in dioec.—Off. propr. concessum est a. 13 Aug. 1896, postquam festum concessum est a. 1895.—Archiv.—Ordo Clavar. 1912.—Ad S. Joannem Baptistam Plicaniae in Valle Fontis Boni est imago B. Mariae V., cujus aspectus squalidus 15 Sept. 1537 subito mutatus est in speciosum. Incoronata est a. 1890.—Archiv.

Coronationis B. Mariae V. de Ponte, dp. 1 cl. in civitate Anxani (Lanciano).—Ordo Anxani 1895.—Statua B.M.V. de Ponte, ubi miraculis inclaruit, translata est in Cathedralem, sed nocte rediit ad pontem, unde ibi sanctuarium extructum est, quod nunc est Cathedralis Anxitana.—Sign. II 283.

Septem Dolorum B. Mariae V. Mediolani agitur secundum ritum Ambrosianum assignatum est diei 15 Sept. (Nativitas non habet octavam Mediolani), unicum festum, quod de Matre Dolorosa celebrant Ambrosiani.—Brev. Ambr.—Institutum et primo celebratum est a. 1750.—Morini 126, sed ex anno 1522 Missa vot. de Spasmo et alia de Doloribus B. Mariae V. ib. 127.

B. Mariae V. de Valvanera (de Valle Venaria) die 15 Sept. celebrari v. Postins p. 843.—Quod sanctuarium celeberrimum est inter templa Mariana provinciae Roja in Castilia. Imago, " S. Luca sculpta, a S. Petro in favorem S. Hierothei benedicta et in Hispaniam missa ", a Gothis abscondita et saeculo X a Nuno (Munio, Onez) poenitente eremita in antro (sive in quercu) Trombalensi in montibus Desterciis inventa est. In eremitorii loco extructum est monasterium Benedictinum. — Sanj. III 229.—Beissel 474.—Opinio, hanc iconem a S. Luca sculptam esse non ante saec. XVI diffusa est. Omnia simulacra Mariana, quae in Hispania coluntur, et a S. Nicodemo sculpta, a S. Luca coloribus decorata et ab apostolis in Hispaniam missa esse feruntur, vix saeculo 11 vel 12 vetustiora sunt.—Beissel, 123. — De la Fuente II 268. — Sanjulian III 639. — Catalogum iconum istarum apostolicarum v. apud Beissel 124.—Hispanorum traditio apocrypha fert, S. Athanasium Alexandria pulsum per aliquod tempus in castro Valvanerae habitasse et coram hac icone B. Mariae symbolum composuisse.—Fam. Mar. Summa Aurea X 777.—De la Fuente. 248.

F. **B. Mariae V. de Rupe** (de las Lajas), dp. 2 cl. in dioec. Pastensi, reip. Columbiae in America Meridionali. Imago " De las Lajas " colitur inter rupes juxta civitatem Ipiales; sanctuarium consecratum est 11 Apr. 1803.—Suarez, Recuerdo de Viaje, 1901, p. 193.

Dedicatio Basilicae S. Mariae ad Martyres Romae signatur hac die in Martyrologio S. Aengusii.—Collection of the Bradshaw Society, vol. XXIX p. 213.—v. 13. Maji.

Miraculorum B. Mariae V. dp. in dioec. Nannetensi (Nantes) in Gallia. Ineunte saeculo XVI Nannetenses invexerunt in officium Octavae Nativitatis B.M.V. lectiones de Miraculis, quae Dei Mater operata est in civitate Nannetensi.—N. D. de France IV 415.—Expunctum est festum e Proprii modernis. F. M.

F. B. Mariae Odigitriae (de Indirizzo), Messanae (Sicilia) in ecclesia S. Jacobi celebratum est h. d. secundum Gump. 1125.

Dedicatio i. e. Memoria Matris Dei annuntiatur h. d. in Menologio jacobitico a. 675.—Patr. Or. X (Menol. et Martyr. antiqua).—v. 21 Jan. et 15 Junii.—In Menologio Syriaco saec. IX signatur: **Memoria Matris Dei.**

Memoria Iconis B. Mariae V. a S. Niceta (Novo-Nikitskaja) in Menologio Russico. Colitur imago h. d., in festo S. Nicetae M., Moscoviae in ecclesia S. Salvatoris, ubi cancellis aureis observata servatur ectypon iconis quam S. Nicetas tempore martyrii sui in manibus gestasse fertur.—Mz. I 96.—Sn. 611.

XVI

In Synaxario Abyssiniae h. d. **Aedificatio Ecclesiae in Jerusalem,** i. e. Restaurationis ejus per Constantinum et Helenam.—Harris 403.—cf. 13 Sept.—Apud Nilles II 706: **Dedicationis Templi Resurrectionis.** In Synaxario Coptico (Wüst. 30) narratur, praesules die 16 mensis Tut ecclesias Constantinianas consecrasse, die 17 Tut (Sept.) solemni circuitu Christum et Crucem vivificam collaudasse. cf. 13 Sept.—In Synax. Alex. Script. Arabici XVIII p. 29: "**Templorum Hierosolymitanorum Consecratio**".—Synax. Arabo-Jacob. Patr. Or. I 273 ss.

F. **B. Mariae V. de Mazaro,** dp. 1 cl. oct., assign. e Dom. III Sept. in reformatione Calendarii. Patronae Princ. civit. Mazareni (Mazzarone), dioec. Calatayeronis in Sicilia.—Archiv.

Cordis B. Mariae V. dp. maj. pro clero Asissiensi concessum 16 Junii 1814.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Rupe** (de las Lajas), dp. 2 cl. in dioec. Pastensi (ass. ex heri) in Calendario Ditionis Reipublicae Columbiae, approb. 6 Febr. 1914.—v. heri.

Memoria Iconis B. Mariae V. de Humilitate (Respice in humilitatem) in Menol. Russico.—Mz.—Imago colitur in sanctuario suo Pscoviae in Russia. Se manifestavit 16 Sept. 1420 ad lacum Camensem. — Mz. I 105.—Sn. 613.—Ibidem p. 612 idem festum sub titulo **Miraculi B.M.V. Camensis** (Snamenja Kamenskaja).

F. S. **Joachim Patris Mariae V.** dp. hac die, prima post octavam Natalis Mariae signatur in Breviario Carmelitano a. 1509 et in Breviario Dominici Sepulchri a. 1504½ Grotef. II 2 16.

Eodem die **Commemoratio S. Annae,** III lectionum in Brev. secundum chorum Lincopensem (Linkoping in Suecia) a. 1493, una cum festo majore (dupl.) die 9 Dec.—F. 26 Julii est simplex. Grotef. II 2.

Ritu duplici fit **Commemoratio S. Annae** in Ordine Birgittino. Officia edita in civit. Landshut, 1692, in urbe Lisbonensi 1682 et 1769. Duaci in ecclesia S. Amati, ubi colitur pes S. Annae: 16 Sept. **Translatio S. Annae** dp.—Colven. Propr. S. Amati 1740.

XVII

Exaltatio Gloriosae Crucis D. N. Jesu Ch. (" Festum Crucis ") Vacat, i. e. festum de praecepto, apud Coptos, Aethiopes et Abyssinios vallis Niliaci. Nill. II 696. Agitur festum per tres dies, ib. p. 706.—Harris 403.—Wüst. 31.—Cal. Abul' l'-Barakat. P. Or. X 245 ss. In Synaxario Alexandrino (Script. Arabic. XVIII p. 30 ss.) hoc festum annuntiatur sub titulo: " Crucis Christi Commemoratio." — In Synaxario Arabo-Jacobitico (Patr. Orient. I 275 ss.) sub titulo: " Commemoratio Crucis gloriosae Dni N. Jesu Messiae, et apparuit Helenae ". — Ibidem signatur ista memoria: "Apparitio Crucis, qua Isaac Samaritanus conversus est; quae evenit die 10 Barmahat, sed celebratur die 17 Sept."—Ibidem: "Hodie est etiam dies Inventionis S. Sepulchri." Eodem fere modo signat festivitatem Syn. Alexandrinum. v. 14 Sept.

Dulcissimi Nominis B. Mariae V. ritu dp. cum officio proprio h. d. coeptum est celebrari Conchae in Hispania a. 1587, postquam ab a. 1513 actum est 15 Sept. Eodem die, 17 Sept. in Cal. Hispaniae 1640 pro dioec. Conchensi (Cuenca), Gadicensi (Cadiz), Toletana, pro Trinitariis et Mercedariis. Item in Ordine S. Birgittae, Cal. 1682 et 1769.—Bibl. Boll.—Per decretum 7 Martii 1901 pro dioec. Conchensi f. SS. Nominis B. Mariae V. ritu dp. 2 cl. diei 17 Sept. restitutum est, ut servetur memoria liturgico-historica festi. Sublatum vero in reformatione recenti Calendarii (27 Feb. 1914).—Archiv.

Solemnitas B. Mariae V., dp. 1 cl. oct., conc. 15 Nov. 1656 pro presbyteris Oratorii D. N. Jesu Chr., quod fundavit Cardinalis Berulle.—Off. propr. 1683 et 1715, in Bibl. Boll.—Idem festum in Proprio Eudistarum a. 1652 et 1668 (Cadomi impr.), dp. 2 cl.; in Sanctorali Macloviensi 1768.—Bibl. Univers. Insulensis.—Oeuvres du B. Jean Eudes, XI 616. — Objectum hujus festi est Maria, " Divina Sapientia, mater Verbi Divini ".—cf. 28 Jan.

F. **Excellentiarum (Grandeurs) B. Mariae V.** dp. maj. in officiis prop. Monialium S. Mariae Magdalenae de Treinel, Paris. 1742. — Bibl. Boll.; item in sanctuario B. Mariae V. de Virtutibus oppidi LaFlèche, dioec. Cenomanensis.—N. D. de France IV 385.—Col. 20. Febr.

"Et Dei Genitrix quando mortuum suscitavit." Ita hac die Martyrologium Syriacum Rabban Slibhae, scriptum exeunte saeculo XIII. Anal. Boll. XXVII 195. — Quod miraculum utrum referat ad quandam apocrypham resuscitationem operatam vivente Deipara, an ad prodigium quod in aliquo Mariae sanctuario impetratum est intercedente Deipara, indagare nequivi.

Memoria Iconis B. Mariae V. de Constantinopoli (Zaregradskaja) in Menol. Russico. — Imago colitur in Cathedrali civit. Starajae Russae, allata e CPoli a duobus monachis.—Mz. I 107.—Sn. 614.

Memoria Iconis B. Mariae V. Odigitriae Macarii (Makarajewskaja) in eodem Menologio Russorum.—Imago celebris est in monasterio "Makariew-Unshenski" gubern. Kostromae, ubi apparuit 17 Sept. 1442. —Mz. I 108.—Sn. 614-629, ubi multa de hac imagine.

XVIII

Descensio Dei in Monte Sina annuntiatur h. d. in Synaxario Armeno apud Ter Israel. Patr. Or. V.

F. **B. Mariae V. de Vitibus** celebrabatur in ecclesia Syriaca Jacobitica hac die exeunte primo millennio, pro frugibus arborum et vitibus; postea vero disparuit. Baumstark, 274.—Cal. Jacob. Patr. Or. X p. 247. —Hoc festum secundum aliud Calendarium agebatur "in Zeugma", quae erat civitas in Comagene, Syriae provincia. v. 15. Aug.

F. **Nominis B. Mariae V.,** dp. 2 cl. in Cal. Hispalensi 1646. Bibl. Boll.

F. **B. Mariae de Meritschell,** Patr. Princ. Reipublicae Andorra in Pyrrhenaeis, concessum die 13 Maji 1914. Patronatus approbatus est anno 1873.—Archiv.

F. **Septem Dolorum B. Mariae V.** Neapoli in ecclesia Servorum Mariae olim h. d. esse celebratum v. Lambert, 107.

Memoria Iconis B. Mariae Curatricis (Zilytelnitza) Moscoviae agitur in ecclesia monialium S. Alexii, ubi colitur imago Mariae Vincentium clericum sanantis.—Messenger, Apr. 1905.—Mz. I 111.—Sn. 629 et 760.

XIX

Patrocinium B. Mariae V. dp. maj. in Cal. Missionariorum de la Salette 1909, et in Cal. reformato et appr. 24 Nov. 1913.—Item in Proprio Gratianopolitano (Grenoble) 1884. — Fit in memoriam apparitionis B. Mariae V. in monte Salettae, dioec. Gratianop., 19 Sept. 1846. Concessum est f. Patrocinii pro hac die 2 Dec. 1852.—Drochon 881.—Rudnicki 300. — Guérin XI 255. — Concessa est Missa B.M.V. Reconciliatricis pro loco Lavigny dioec. S. Claudii, 8 Jan. 1890, die 19. Sept. dicenda.— Archiv.—F. M.

F. **B. Mariae V. de Fulmine,** Patr. Princ. Bonarcadi, dioec. Arboreae (Oristano) in Sardinia.—Pèl. II 1130.

Commemoratio S. Joseph Sponsi B.M.V. dp. Haec memoria mensilis extat in Cal. S. Fidei Bogotensis, a. 1875 approbato. v. 19 Jan.

XX

Coronatio B. Mariae V. ab Humilitate agitur h. d. in proprio sanctuario Pistoriae in Etruria; omnes Missae de Beata ut 17 Julii, ex indulto 28 Aug. 1886. Incoronata est imago 20 Oct. 1716.—Ordo Pistor. 1888.—F. M.

F. **B. Mariae V. Pedis Argentei,** dp. maj. in dioec. Nanceiensi; Cal. approb. 3 Apr. 1914.—A. 1284 Theobaldus comes Barrensis civitatem Tullensem ferro flammaque devastare decrevit. SS. Deipara vero mulieri coram icone sua oranti apparens episcopum et cives ad arma vocavit, in vigilia S. Matthaei. In beneficii memoriam pes statuae lamina argentea obductus est et nomen statuae datum "de Pede Argenteo".—Gump. 663.—Archiv.

XXI

F. **SS. Dnae N. de Constantinopoli** h. d. agitur ab Italo-Graecis Calabriae; ita P. Nilles S.J. rescripsit illorum episcopus Jos. Bugliari 18 Maji 1888.

F. **B. Mariae V. Reginae Pacis,** Patronae Principalis dioec. S. Michaelis, in republica S. Salvatoris in America Centrali, translato festo S. Matthaei ad 20 Sept. dp. 1 cl. oct. ex indulto 16 Julii 1920.—Officium proprium approb. est 14 Julii 1921.—Archiv.

Apud Coptos et Abyssinios **Commemoratio mensilis B. Mariae V.** —Harris 404.

F. **B. Mariae V. de Multitudine** seu **de Synodo, "Multorum Mariam"** (Bezouham Mirjam) agitur h. d. in ecclesia nationali Abyssiniorum, propter apparitionem B. Mariae V. cum apostolis factam S. Davidi Aethiopiae Regi in loco "Ghioscen" dicto. Juxta alios vero hoc festum originem habet ex synodo, quae die "Bahle Mirjam", i. e. commemorationis mensilis B. Mariae, mense Meskerrem, i. e. Septembris, singuils annis in Aethiopia celebratur.—Epistola Rev. P. Baeteman C.M. ex Alitiena, 8 Dec. 1908.

Dedicationem SS. Deiparae in Vetere Petra, CPoli, e codice Naniano Mendeorum saec. 11 hac die annuntiat Martinovius.

XXII

F. **SS. Nominis B. Mariae V.** ritu dp. 2 cl. h. d. cum officio pulcherrimo ab ipso B. Joanne Eudes composito invenitur in Proprio Officiorum Eudistarum a. 1652, cum puellae hebraicae duabus post nativitatem hebdomadis nomen impositum sit.—Balinghem, h. d.—In Proprio a. 1668 signatur hoc festum die 25 Sept.—Oeuvres XI 417 et 169.—F. M.

Patrocinii B. Mariae V. festum die 22 Julii 1848 concessum est agendum in archidioecesi Senensi (Siena); affixum est f. in aliqua Calendarii Senensis reformatione ad Dom. II Novembris. Die 22 Martii 1912 vero et in Cal. approbato 18 Martii 1914 restitutum est suae sedi 22 Sept. dp. maj. Ante annum 1848 **Commemoratio Patrocinii B. Mariae V.** concessa est civibus Senensibus in "Contrada dell' Oca", 13 Sept. 1830.—Archiv.

Memoria B. Mariae V. de Sanitate fit Genuae in oratorio publico SS. Petri et Pauli per decr. 15 Julii 1801; omnes Missae de Beata.—Archiv.

F. **S. Mariae in Aula Regia,** Patr. Princ. dioec. Comaclensis (Comacchio) in Italia; assignatum est diei 22 Sept. e Dom. IV Sept. in Cal. approbato 21 Feb. 1914.—Archiv. v. Dom. ult. Sept.

Synaxis SS. Deiparae in Chrysopoli (CPoli) annuntiatur h. d. a Maximiliano Sax. Princ.—Lit. Or. I 130.

F. **B. Mariae Exaudientis (Epakuses)** agitur h. d., in festo S. Cosmae eremitae, in monasterio Zographu, in Sacro Monte Athone; locuta esse traditur S. Deipara B. Cosmae in ista imagine.—Mz. I 136.—Episkiasis 67.—Sn. 629.

XXIII

Secunda Assumptio B. Mariae V. seu **Dies Quadragesimus Assumptionis** agitur h. d. in Brev. Brandenburgensi (3 lect.) a. 1488; in Missali Frisingensi a. 1492; in Missali Francfordiensi saec. XV signatur **"Corporalis Assumptio Mariae";** item in Brev. Moguntino (Mayence), Brev. Ratisbonensi 1487 et Brev. Patavino (Passau) 1515.—Grotef. II.—In Cal. Monasterii S. Nicolai Passoviae annuntiatur sub titulo: **"Solemnis Commemoratio Assumptionis".**—Lechner 197.—Celebratur hoc festum secundum opinionem eorum, qui Mariam quadragesimo ab obdormitione die secundum corpus assumptam esse dicunt. Quae sententia licet non videatur a Romana Ecclesia recepta, scribitur tamen revelata B. Elisabetae Schonaugiensi. Coloniae in ecclesia SS. Joannis et Cordulae h. d. recolitur pars **Sindonis B. Mariae V.**—Gel. 724.—F. M.

Memoria Iconis B. Mariae V. de Slovenia (Slovenskaja), quae apparuit a. 1633 et colitur in prisco monasterio Slovenescensi, dioec. Kostromae in Russia; ectypon ejus in pago Novospask, gubern. Mosquae.—Mz. I 141.—Sn. 629.—Memoria ista extat in Synaxario Ecclesiae Russicae in Matutino.

Vigilia Descensionis B. Mariae V. de Mercede agitur h. d. apud Mercedarios.—Brev. Miss. et Martyrol. B.M.V. de Mercede.

" Eadem die, aperta est ecclesia divae Virginis in vico urbis el-Qahirah, cui nomen 'a Graecis' (er-Rum), anno Martyrum 1027, postquam annos undecim cum dimidio clausa fuerat. Virginis intercessio nobis

adsit." Ita h. d. Synaxarium Alexandrinum. Scriptores Arabici, XVIII, 42. Annus 1027 martyrum est annus 1291 Calendarii nostri.

XXIV

SOLEMNITAS DESCENSIONIS B. MARIAE V. DE MERCEDE, Patronae Ordinis B. Mariae de Redemptione Captivorum, dp. 1 cl. oct.; dp. maj. in universa Ecclesia Latina.—Descendit Dei Mater ad fundendum Ordinem pro mercede captivorum die 1. Aug. 1218; constituta est nova religio Barcinone die 10 Aug. 1223 a Jacobo Rege et approbata a Gregorio IX 17 Jan. 1235. Anno 1600 Titulare festum Ordinis fiebat in festo Nativitatis B.M.V., 8 Sept. Concessum fuit proprium festum Dom. proxima Calend. Aug. celebrandum 4 Apr. 1615; lectiones pr. 2 noct. 30 Apr. 1616; a Mercedariis agebatur die 1 Aug.—Die 15 Febr. 1680 indultum est pro Hispania, 4 Dec. 1690 Galliae Dom. prox. Cal. Aug.—Die 22 Feb. 1696 ad Ecclesiam Latinam extensum est, assignata diei 24 Sept. ab Em. Collorado Cardinali, die ad libitum electo. In Sicilia usque ad reformationem Calendarii (1913) agebatur Dom. prox. Calendis Augusti, ad gratias agendas Deo pro liberata insula a jugo Saracenorum.—In dioec. Barcinonensi Patr. Princ. 24 Sept. dp. 1 cl. oct. S. M. de Mercede Patrona est Reipublicae Dominicanae in Indiis Occidentalibus.—In universa Hispania dp. 2 cl. cum officio proprio Mercedariis concesso, ex indulto 29 Nov. 1883.—Anal. Jur. Pont. VII 136.—Colv. 17 Jan.—De la Fuente 352.—Sanjul. II 645.—Guérin XI 365.

F. **B. Mariae V. de Gratia,** dp. maj. in dioec. Calatayeronis.—Ordo 1888.—Ex indulto 9 Febr. 1819; affixum feriae III post Dom. in Albis.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Misericordia** cum Missa et officio propriis Civitati Maceratensi concessis, dp. 1 cl. oct. in publico Oratorio a Misericordia in oppido Montegiorgio, dioec. Firmanae, ex indulto 4 Julii 1902.—Archiv.

Septem Gaudiorum Mariae invenitur in Brev. Misnensi (Meissen) a. 1485 (manu ad marginem scriptum) et in Brev. Misnensi 1517; Grotef. II 120; item in Appendice Missalis Pragensis a. 1520 (Bibl. Strachow).—Idem festum ritu dp. maj. signatum est in Calendario edito a. 1801, jussu Georgii Lock Episc. Misnensis et per utramque Lausatiam Administratoris. Nunc in Saxonia Dom. IV Sept.—Bibl. Boll.

F. **Iconis B. Mariae V. Mirozensis** (Miroshskaja) agitur in universa Ecclesia Russica cum officio proprio. Imago se manifestavit a. 1198 et colitur in monasterio B. Abraamii ad Mirosham fluvium, in dioec. Pscovensi. Institutum est festum a. 1567 pro dioec. Pscovensi in gratiarum actionem pro liberata civitate a peste; a. 1666 extensum est ad universam Ecclesiam Russorum.—Mrt. 230.—Mz. I 146.—Sn. 630.

Memoria Miraculi SS. Deiparae Myrtidiotissae in insula Cytherorum (a. 1722) agitur h. d. in insula Cytheron (Cerigo) ad sinum Laconicum; officium ibi habet speciale et solemne, quod composuit Sophronius Ep. Cytherorum a. 1894. Vocatur "Myrtidiotissa", quia ostendit Virginem myrtis circumdatam.—Officium vidi in bibliotheca privata Rev. Maximiliani, Saxoniae Principis, Coloniae.—cf. ejus Lit. Orient. I 130.

XXV

F. **SS. Redemptoris,** dp. maj. in Proprio ad usum Congregationis SS. Cordium Jesu et Mariae necnon et Adorationis Perpetuae SS. Sacramenti.—Off. pr. 1826 et 1890.—Archiv.

F. **SS. Nominis Mariae,** dp. maj. in Cal. Monialium Adorationis Perpetuae O.S.B. in Gallia, 1827.—Bibl. Boll. et Archiv.—Idem festum, dp. 2 cl. cum officio ab ipso B. Joanne Eudes composito in Proprio PP. Eudistarum a. 1668 edito.—cf. 22 Sept.

F. **Apparitionis B. Mariae V. in Choro Barcinonensi,** dp. maj. in Cal. Mercedariorum 17 Apr. 1914 et 30 Apr. 1917 approbato. v. Dom. post 24 Sept.

Coronatio B. Mariae V. de Navicella, dp. maj., concessum 31 Maji 1883 pro dioec. Clodiensi (Chioggia); incoronata est imago 25 Sept. 1859. —Off. pr. v. 25 Junii.—Cal. Clodiense approb. 4 Aug. 1914.—Archiv.

F. **B. Mariae V. a Quercu,** dp. maj., in dioec. Viterbiensi, secundum Cal. 29 Julii 1914 approb.—Archiv. v. Dom. ult. Sept.

F. **Patrocinii B. Mariae V. de Galaso,** dp. maj., pro Turri in dioec. Neritonensi (Nardò) concessum 12 Aug. 1831. — Archiv. — Ordo 1898 et 1901.

F. **B. Mariae V. de Catenis** pro ecclesia S. Silvestri a Monte Cavallo, Romae, signatur in Diariis Romanis 1823-1844.—Bibl. Boll.—Recolitur ibi imago B. Mariae V. ab a. 1555; vocatur "a Catenis", quia vir quidam, mentis impos, postquam sanitatem coram hac icone impetravit, catenas quibus vinctus fuerat, Deiparae in sua icone obtulit. Incoronata 31 Jan. 1650.—Bomb. I 73.

F. **B. Mariae V. vulgo de Fuencisla,** dp. 1 cl. in dioec. Segoviensi in Hispania, secundum Cal. 17 Apr. 1914 approbatum.—Traditio apocrypha Segoviensium statuam N. Dnae de Fuencisla (Fons stillans) jussu S. Petri a S. Luca confectam et a S. Hierotheo Segoviam allatam esse autumat. A. 714 abscondita et a. 1130 inventa est. A. 1230 Hebraea mulier, jamdudum animo Christiana, propter adulterii suspicionem a Judaeis, praeceps in profundissimam vallem projecta, SSma Virgine de Fuencisla invocata, suavissime per aerem deportata, incolumis evasit.—Gump. 175.—Sanjul. III 154.—Archiv.

XXVI

Coronatio B. Mariae V. Matris Misericordia, dp. maj. in ecclesia Collegiata S. Genesii, dioec. Camerini. Incoronata est imago 19 Aug. 1910; concessum est festum 25 Jan. 1911.—Archiv.—F. M.

F. **Imaginis B. Mariae V.,** dp. maj. in oppido Turris Susannae, dioec. Uritanae, concessum 12 Aug. 1811.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Victoria** in tota Frisia, saec. XVII, ob victoriam quandam medio aevo de Batavis reportatam.—Colv. h. d.

Miraculorum B. Mariae V. Burbourgensis, Burbourgi in Flandria, ubi 26 Sept. 1383 statua B. Mariae V., a milite Britone gladio petita, cruorem fudisse traditur.—Colv. h. d. Festum nunc agitur Dom. IV Sept. —Drochon 95.—Balinghem 527.—N. D. de France II 481.—F. M.

XXVII

Patrocinium B. Mariae V. Matris Orphanorum, dp. 2 cl. pro Congregatione Clericorum Regularium de Somascha, ex Congressu diei 28 Jan. 1921 concessum 6 Junii 1921. — Die 27 Septembris 1508 S. Hieronymus Aemilianus coelesti Deiparae patrocinio vinculis solutus (in Arce Castri Novi) veram filiorum Dei libertatem consecutus est. Qua singulari B. Virginis auxilio tactus nuntium saeculo remisit et velut novus homo novis vestibus indutus officiis pietatis addictus ardentissima caritate praesertim in pauperes orphanos colligendos enituit.—Lect. VI officii proprii.—Hymnos pro Vesperis et Laudibus jam approbavit Pius (24 Maji 1905) pro Ordine Monialium a SS. Annuntiata, in festo Patrocinii B. Mariae V (16 Junii).—Arch.

Hac die in domibus Societatis Jesu canitur **Missa vot. sol.** propter primam Societatis confirmationem per Paulum III Papam, 27 Sept. 1540. —Archiv.—Cal. Soc. Jesu 12 Maji 1920.

XXVIII

F. **B. Mariae V. tit. Refugium Peccatorum,** dp. maj. Cal. Aversae 1831.—Archiv.

XXIX

Apparitio B. Mariae V. Tirani, dp. 1 cl. oct. in sanctuario proprio, dp. maj. in Valle Tellina cum Burmio et Clavenna; alibi vero, in dioec. Novocomensi die 10 Oct., usque ad reformationem Calendarii; in Cal. vero, approb. 4 Maji 1914 dp. 2 cl. die 30 Sept. in universa dioecesi Novocomensi (Como).—Apparuit SS. Dei Mater Tirani a. 1504. Festum concessum est 18 Apr. 1787.—Sanctuarium in Italia superiore celeberrimum est.—Ricc. I 360.—Gump. 41.

F. **B. Mariae V. Matris Gratiarum "della Monterella",** dp. 1 cl. oct., die 8 Aug. 1902 concessum agitur in sanctuario della Monterella,

dioec. Tiburtinae (Tivoli) ; in dioec. vero dp. maj. 1 Oct.—Ipsum locum, ubi S. Eustachio Martyri cervus apparuisse traditur, S. Silvester Papa Dei Matri dicavit, ut fert traditio Tiburtina. Incoronata est imago 29 Sept. 1901.—Archiv.—Gump. 102. Album, Vera Roma, 1898, p. 9.

S. Mariae de Sanitate memoria fit h. d. per unam Missam de Beata in oratorio publico S. Mariae de Sanitate, dioec. Januensis (Genoa), ex concessione 1 Sept. 1802.—Archiv.

In Synaxario Coptico (Wuestenfeld 49) die 29 uniuscujusque mensis fit memoria **Annuntiationis, Nativitatis** et **Resurrectionis Dni.**—Apud Harris commemoratio solius Nativitatis.

XXX

F. **Translatio Coronae Spineae,** dp. 2 cl. Barii in Apulia, in basilica S. Nicolai, secundum Cal. approb. 24 Maji 1916.—Archiv.

Susceptio SS. Reliquiarum Domini, dp. cum oct. Parisiis in Capella Regia. — Off. Cap. Reg. 1622. Bibl. Nation. Parisiis. cf. Men. Usuardi, edit. Parisiis 1490.—Patr. Lat. 124, 523.—Istae reliquiae sunt: Particula S. Crucis, a. 1241 e Byzantio Parisios allata; Corona Dni (v. 11 Aug.), cuspis S. Lanceae etc.—Rohault de Fleury 112.

Presentationis B. Mariae V. festum, ex constitutione Franc. Ximenii Card. Toletani (1494-1517) h. d. agebatur in Hispania.—v. Colv. 30 Sept.—Purpura Mariana sub Francisco Ximenes.

Apparitio B. Mariae V. de Tirano (ass. ex heri), dp. 2 cl. in univers dioec. Novocomensi (Como) ; Cal. 4 Maji 1914 approbatum.—Cal. 1915.—Archiv.

Desponsationis B. Mariae V. festum h. d. a quibusdam Maronitis agi contendit E. Lauriol S. J. Berytensis apud Schuetz, II 98.—Deest hoc festum in Calendario Maronitico apud Nilles I 485.

Commemoratio Iconis B. Mariae V. Gerbovecensis (Gerbowetzkaja) in Menologio Russico; imago cultui tradita est a. 1790 in ecclesia Assumptionis monasterii Gerbovecensis juxta Kishenew in Bessarabia (Rumenia) ; a. 1859 declarata est miraculosa; omni anno a i Oct. ad 23 Aprilis translatur in civitatem Kishenew; multa in hac icone patrata sunt miracula a. 1861. Anno 1877 milites eam detulere in bellum contra Turcos.—Sn. 631.

FESTA MOBILIA SEPTEMBRIS.

Dominica Proxima Calendis Septembris.

F. **Cordis B. Mariae V.** dp. 2 cl., concessum 22 Nov. 1916 pro ecclesia S. Eustachii, Romae.—Archiv.

Primo Sabbato Septembris.

Patrocinium B. Mariae V. dp. maj. in Ordine S. Joannis de Deo. —Cal. approb. 24 Jan. 1914.—Archiv.

Commemoratio solemnis Sacratissimi Cordis Mariae, dp. 1 cl. oct. In officiis propriis Congregationis SS. Cordium Jesu et Mariae 1826. —Archiv.

F. **Cinguli B. Mariae V.** in Cal. Derthusano (Tortosa) in Hispania, approb. 11 Maji 1914.—v. Dom. I Sept.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Misericordia,** dp. maj. in Cal. Auximano (Osimo) approb. 30 Apr. 1914.—Archiv.

Dominica I Septembris.

F. **SS. Redemptoris Jesu Nazareni,** dp. 1 cl. oct. pro Hispaniae Conventibus Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum Discalceat., in Familia SS. Redemptoris, ex decreto S.R.C. 22 Dec. 1787. Romae hoc festum agitur 23 Oct.—Archiv. Idem f. Romae in eccl. S. Luciae "dei Gonfalieri". Diario Rom. 1823 et alia.

F. **SS. Redemptoris** variis in locis h. D. agitur; officium est idem, objectum vero, i. e. aliqua miraculosa Christi Dni imago, secundum loca diversa: in dioec. Urbaniae et S. Angeli (conc. 31 Maji 1817) dp. maj.— in dioec. Nuceriae Umbrae, dp. 2 cl.; — Turis (Turi) in dioec. Cupersanensi (Conversano) dp. 2 cl.—in dioec. Puteolana (Pozzuoli), dp. maj.— Adriae in ecclesia parochiali S. Apollinaris ex decr. 6 Julii 857; una missa vot. sol. ut in App. Dom. III Julii.—cf. Calendaria.

F. **D. N. Jesu Christi Miraculorum,** in ecclesia SS. Salvatoris civit. Terulensis (Teruel) in Aragonia. Processiones rogativae in honorem ejus habentur tempore siccitatis.—Faci I 23.

F. **Reparationis Injuriarum SS. Sacramento illatarum,** in sacrilegio commisso in ecclesia S. Severini, Parisiis.—Semaine religieuse 1910, 269.

F. **Reparationis SS. Eucharistiae,** solemne minus, Parisiis in ecclesia SS. Gervasii et Protasii.—Off. propr. 1740 Mus. Britt.—S. Hostia in ciborio a latrone furto ablata a. 1274, luce refulgens in aerem ascendit.

F. **SS .Cordis Jesu,** dp. 2 cl. in Brev. Noviomensi (Noyon) 1770. et 1824. in Brev. Castrensi 1827, dp. maj.—dp. 1 cl. oct. Stiliani in dioec. Tricaricensi.—Cal. 1895.

F. **Triumphi S. Crucis,** dp. 2 cl. Sigestri (Sestri), dioec. Brugnatensis in Etruria.—Cal. 1910.—Archiv.

F. **SS. Lanceae et Clavorum Dni,** dp. 2 cl. pro clero Modoetensi (Monza) in Lombardia.—Cal. 1847 et 1864. Bibl. Boll.—Archiv.—Nunc f. fit 1. Sept.

F. **S. Spineae Coronae,** dp. maj. in ecclesia S. Mariae Assumptae in pago Molare, dioec. Aquensis in Italia subalpina, concessum 30 Apr. 1916. —Archiv.

F. **B. Mariae V. Consolatricis Afflictorum,** dp. maj. inter officia prop. CC. RR. Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum, 1907, cum officio B.M.V. de Conforto, 15 Feb.—Archiv.—Idem festum in Calendario Societatis Mariae, appr. 29 Jan. 1863.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Salutis,** dp. maj., 12 Nov. 1814 concessum Excalceatis SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum Lusitaniae.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Bono Consilio,** dp. maj. in Soc. Jesu et Mariae Eudistarum Propr. et Cal. 1900. — Item in dioec. Luni-Sarzana 1910.— Archiv.

Incoronatio B. Mariae V. Matris Salvatoris (di San Salvario) in conventu Capuccinorum civitatis Casalpusterlengo, dioec. Laudensis (Lodi). —Missae omnes de Maternitate B. Mariae V. ex indulto 6 Maji 1904.— Archiv.—Statua in sacello extra civitatem culta a. 1574 manifestationibus et miraculis inclaruit. Incoronata est Dom. I Sept. 1780. — Maggia-Zanella-Gump. IV 427.

F. **B. Mariae V. de Saxo,** dp. 2 cl. Romae in ecclesia S. M. ad Martyres agitur in honorem iconis saxeae, positae super sepulcro Raphaelis pictoris. Indultum est festum a. 1842 pro 23 Aug.; per decretum 8 Aug. 1867 translatum est ad Dom. post Oct. Assumptionis; his temporibus vero ad Dom. I Sept.—Cf. Calendaria in Bibl. Boll. 1869, 1910 et 1912.

F. **SS. Rosarii B.M.V.** h. D. celebratur Romae in eccl. SS. Quirici et Julittae, per Missam vot. sol. e concessione 30 Aug. 1833.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. Refugium Peccatorum** h. D. agitur Romae in eccl. S. Michaelis "ai Corridoi", praemisso triduo. Missae omnes de Beata; conc. a S.Rit.C. 26 Aug. 1826 et 18 Aug. 1827.—Cf. Diaria Romana.

F. **B. Mariae V. tit. Advocata Nostra** Dom. I Sept. inter festa patronalia dioeceseos Tiburtinae agi in sanctuario proprio Vicovari, v. Annuario Cattolico 1924, p. 487.

F. **B. Mariae V. Auxiliatricis** (del Ajuto), Patr. Princ. civitatis Campobello di Licata, dioec. Agrigentinae (Girgenti) in Sicilia, dp. 1 cl., oct. Imago colitur in ecclesia matrice, ad quam translata est a. 1802.— Pitrè 400.

F. **B. Mariae V. Consolatricis,** dp. maj. in dioec. Uxentina, e concess. 6 Julii 1824. Imago colitur in loco Montesano, dioec. Uxentinae.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** Titul. ecclesiae prop. civitatis Sbarre, suburbii Rhegii in Calabria; in archid. dp. maj.—Epistola Rev. Brunonis Marsciana Sbarrensis, 1 Sept. 1908.

Patrocinium B. Mariae V. (de Consolatione), dp. maj. in dioec. Eporediae (Ivrea), assign. e 7 Sept.—Ordo 1872 et 1907.

F. **Purissimi Cordis B. Mariae V.,** dp. maj. in dioec. Turonensi (Tours), conc. a 1901; Augustodunensi (Autun), Trojana, Surrentina, Valvensi, Bobiensi, Vigevani (dp. 2 cl.) et alibi. — Cal. Cal. S. M. ad Martyres, 1874.

F. **B. Mariae V. tit. Auxilii Agonizantium,** dp. maj. in dioec. Consentina (Cosenza), Rossanensi et alibi in Calabria.—Cal.

F. **B. Mariae V. Divini Pastoris Matris,** dp. maj. in dioec. Acheruntina (Acerenza), Materensi, Lucerina, Larinensi, Calatina (Cajazzo) etc.—Cal.

F. **B. Mariae V. de Consolatione,** dp. maj. in dioec. Mutinensi (Modena), conc. 1896; Bracarensi (Braga), Macaonensi in China (1894), Aquipendina, Triventina, Aliphana (1901), in Cal. Filiarum Cordis Jesu 1906, Missionariorum B.M.V. de la Salette etc.—Cf. Dom. post 28 Aug.

F. **B. Mariae de Victoria,** dp. 2 cl. Castriveterani (Castelvetrano) in dioec. Mazariensi.—Ordo 1888.—Colitur Castriveterani imago miraculosa B. Mariae de Victoria.

F. **B. Mariae V. de Nemore** (Boschetto), Titul. sanctuarii proprii Camulii (Camogli) dioec. Genuensis in Liguria, dp. 1 cl. oct. Apparuit ibi SS. Dei Mater a. 1516, unde in nemore sanctuarium extructum et imago cultui exposita est Dom. I Julii 1518. Per decretum S.R.C. festum translatum est a Dom. I Julii ad Dom. I Sept.—Off. pr. concessum est a. 1835. Ordo 1841. — Pitto, Liguria Mariana, Riva Orient. 188. — Ricc. 153.—Sign. II 20. v. 1. Sept.

F. **B. Mariae V. tit. Salus Infirmorum,** dp. maj. in dioec. Reatina (Rieti) in Italia agitur in gratiarum actionem pro liberata civitate a morbo asiatico a. 1835; institutum a Gregorio XVI.—Propr. Reatinum 1854.—Ordo 1908.

F. **B. Mariae V. Matris Misericordiae,** dp. maj. in dioec. Auximana (Osimo) in Italia.—Cal. 1910.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. Refugium Peccatorum** (del Riposo), dp. maj. in archid. Lucensi (Lucca) in Etruria; dp. 2 cl. vero in ecclesia Canonicorum Regularium Lateranensium, Lucae.—Cal. 1908.—Colebatur imago olim in coemeterio juxta ecclesiam S. Catharinae; a. 1819 translata



est ad sanctuarium S. M. de Succursu, unitum basilicae S. Frigidiani.—Guerra 328.

F. **B. Mariae V. de Pietate,** dp. maj., in honorem iconis miraculosae agitur in dioec. Civitatis Plebis (Città della Pieve) in Etruria, conc. 24 Julii 1805.—Archiv.—Ordo 1898 et 1908.

Apparitionis B. Mariae V. de Pace, dp. maj. in dioec. Setiae (Sezze) in Campania.—Cal. Setinum 1802 et 1899.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Salutis Infirmorum,** dp. maj., diversum a festo Reatino, in dioec. Aquensi (Acqui), conc. 22 Jan. 1908, remoto f. B. V. de Lourdes ad 11. Febr.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Novariensi, in Lombardia.—Ordo 1905.—Agitur in honorem iconis B. Mariae V., quae colitur in sanctuario Sacri Montis O. F. Minorum "Orta Novarese"; per decretum 7 Nov. 1905 festum e Proprio Cleri saecularis extensum est ad ipsam ecclesiam Franciscalium Sacri Montis.—Archiv.—Nunc f. fit die 2. Sept.

F. **B. Mariae V. de Mari,** dp. maj. in dioec. Bosanensi in Sardinia.—Off. prop. Sardiniae 1837. Bibl. Boll.

F. **B. Mariae de Monte Virginis,** dp. maj. in dioec. Nolana, e concessione 20 Nov. 1903.—v. 1. Sept.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Excubiis** (della Guardia), dp. maj. in dioec. Clavarensi (Chiavari), assign. e 29 Aug.—Cal. 1909 et 1910.—Archiv.—v. 30. Aug.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** tit. **"della Quercia"** in oppido Visora, dioec. Neocastrensis (Nicastro) in Calabria, dp. 2 cl. Off. pr. concessum et mutata sede festi a Dom. I Sept. ad Dom. ult. Aug. per decr. 12 Apr. 1905.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. Regina Sanctorum Omnium,** dp. maj. concessum pro dioec. Clavarensi (Chiavari) in Liguria, 24 Mart. 1899.—Archiv.—Postea vero, usque ad reformationem Calendarii h. D. agebatur f. B.M.V. de Guardia.

F. **B. Mariae V. de Suffragio,** dp. maj. in dioec. Alatrina in Italia, e concessione 23 Julii 1885.—Archiv.—v. Dom. infra Oct. O.SS.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. 2 cl. pro civitate Zagarole, dioec. Praenestinae, ubi imago colitur in ecclesia Fratrum Minorum, e concessione 10 Maji 1885.—Archiv.

F. **Apparitio B. Mariae V. Immaculatae de Lourdes,** dp. maj. in universa Liguria, assign. ex 11 Feb.; idem f. in dioec. Cariatensi, Ordo 1901. Nunc vero (ex anno 1915) festum agitur 11 Feb.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** Titul. ecc. O. F. Minorum Castrilucis (Castel di Lucio) in Sicilia, dp. 1 cl. oct.—Cal. O.F.M. in Sicilia 1847. Bibl. Boll.

F. **B. Mariae V. de Gratia,** dp. maj. pro dioec. Aversae concessum 31 Jan. 1829.—Archiv. Ordo 1833 et 1847.—Idem festum (diverso tamen objecto) in dioec. Bituntina (Bitonto) e decr. 20 Febr. 1862; item in dioec. Burgi S. Domini (Cal. 1902) ; item Bisarchii (nunc Othieren.) in Sardinia (conc. a. 1891) et Hieracii (Gerace) in Calabria (Ordo 1888).

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. 2 cl. Perusiae (Perugia) in monasterio S. Benedicti O. F. Minorum. — Ordo Prov. Seraphicae 1901. — Ad clerum Perusinum extensum est festum dp. maj. 12 Nov. 1831.—Archiv.—Imago colitur in Cathedrali.

Humilitatis B. Mariae V. f. dp. maj. in archid. Rhegina (Reggio) in Calabria.—Cal. 1896.

F. **B. Mariae V. de Monte Vejano,** dp. maj. in dioec. Marsici.—Ordo 1895 et 1898 in Bibl. Monast. Emausini, Pragae.

F. **B. Mariae V. de Providentia,** dp. maj. in dioec. Compsana (Conza) et Campaniensi.—Ordo 1895.

F. **B. Mariae V. de Lilio,** Titul. eccl. III Ord. S. Francisci, Saccae in Sicilia, dp. 1 cl. oct.—Cal. III O.S.F. 1869. Bibl. Boll.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. maj. in dioec. Fulginatensi (Foligno), Telesina seu Cerretana (1894 et 1911), Platina (Piazza, 1904), Uxentina (Ugento 1878 et 1901), Asculana Satriani, Civitatis Castellanae etc.—v. Calendaria.

F. **B. Mariae V. de Gratia,** Titul. ecclesiae O. F. Minorum Melleae, dioec.,Fossanensis, dp. 1 cl. oct.—Off. et Missa pr. ex decr. 9 Nov. 1911. —Die 20 Maji 1537 ibi apparuit Maria paralytico; imago est incoronata a. 1850.—Col. 168.—Ordo O.F.M. Prov. Pedemontis 1901.—Cal. O.F.M. approb. 1914.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Libera,** dp. maj., conc. 1 Feb. 1907 pro ecclesia Immaculatae Conceptionis civitatis Catacii (Catanzaro) in Calabria.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Misericordia** dp. maj. in dioec. Agrigentina (Girgenti) in Sicilia, assign. huic Dom. e Dom. III post Epiph. 27 Maji 1907.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Monte,** Titul. ecclesiae prop. O. F. Minorum, Genuae in Liguria, conc. 23 Nov. 1910.—Cal. O.F.M. Prov. Genuensis.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Matris S. Spei,** dp. maj. Neapoli in ecclesia S. Eligii; celebrabatur Dom. infra oct. Nativitatis Mariae; 10 Aug. 1819 translatum ad Dom. I Sept.—Archiv.

Coronatio B. Mariae V. de Rosis h. D. Agitur in loco Montalvoddo, dioec. Sinigalliae per unam Missam de Beata, ex decr. 17 Julii 1830.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Salice** per Missam vot. sol. de Beata in civitate Alberone, dioec. Bononiensis (Bologna), conc. 18 Aug. 1837.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Guadalupe** saeculo XVI agebatur Castellatii apud Messanam in Sicilia, in honorem ectypi B. Mariae V. Guadalupanae Hispan., a Benedicto Fernandez castellano allati. — Samp. 598. — Gump. 1120.

F. **B. Mariae V. de Monte Sancto** agebatur Messanae in conventu Carmelitarum, ubi colitur imago picta a Joanne Somone Comandeo, secundum visionem quam ipse habuit; eadem nocte curatus est a defectu vocis.—Samp. 295.—Gump. 1058.—F. M.

F. **B. Mariae V. de Misericordia** agitur Alatrii in ecclesia S. Matthaei a confraternitate Passionis Dni. Omnes Missae de Beata, per decr. 14 Apr. 1891.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. Ave Gratia Plena,** agitur in civitate Boscotrecase dioec. Neapolitanae. Missa vot. sol. de Annuntiatione, ex indulto 10 Dec. 1897.—Archiv.

Commemoratio B. Mariae V. per Missam vot. sol. B.M.V. fit h. D. in ecclesia S. Joannis in Montecelio, dioec. Tiburtinae (Tivoli), ex indulto 12 Julii 1826.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Misericordia** fit h. D. in archipresbyterali eccle-sia S. Pauli, Montespini, dioec. Ariminensis (Rimini). Omnes Missa de Beata, ex indulto 9 Dec. 1823.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Caroseno** h. D. agi in oppido Mascheto, dioec. Venusinae, literis me edocuit a. 1880 Revmus Episcopus Venusinus.—Nihil in Ordine dioecesano.—F. M.

F. **B. Mariae V. de Guadalupe,** Patronae Princ. totius regionis Extremadurae in Hispania, dp. 1 cl. oct., ex indulto S.R.C. 20 Martii 1907.—Archiv.—Objectum hujus festi est statua vetusta Guadalupana in sanctuario Hispanico (non vero imago homonyma Mexicana, 12 Dec.). A S. Gregorio Magno dono data S. Leandro colebatur Hispali. Irruentibus Mauris in asperrimorum montium caverna abscondita est, ubi post sex saecula a Cazerrensibus inventa a. 1323.—Gump. 51.—Zimmer, N. D. de Guadaloupe, Paris, 1881.—Ordo Tolet. 1910.—Sanj. III 109.—Guadalupe, Revista Quincenal, Caceres A. I n. 6 171 ss.—De la Fuente 39, 423.—Beissel 456.—Scherer 19.

F. **B. Mariae V. de Antro Sancto,** vulgo **de la Cueva Santa,** dp. 2 cl. in dioec. Segobricensi (Segorbe) in Hispania; concessum est officium et Missa 14 Julii 1909 et festum extensum ad dioecesim.—Archiv.—Statua est opus Carthusianorum Vallis Christi et colitur in antro districtus Castellon de la Plana. Miraculis effulsit a. 1580.—Sanj. III 387.

F. **B. Mariae V. Angelorum de Podio** (del Puig), dp. maj. in dioec. Valentina (Valencia) in Hispania et in toto Ordine Mercedariorum. Imago ("ab angelis sculpta e marmore sepulchri in quo apostoli posuerunt corpus Mariae", Beissel, 137) apparuit a. 1234, Christianis Valentiam oppugnantibus. Sub hoc titulo Deiparae est Patrona Princ. oppidi Puig, Valentiae suburbii, dp. 1 cl. oct.; concessum est festum 10 Martii 1787.—Summa Aurea VII 442.—Colv. 11 Apr.—De la Fuente 357.—Beissel 473.—F. M.

F. **B. Mariae V. de Cingulo,** in dioec. Dertusae (Tortosa) in Hisp. dp. 1 cl. Quod cingulum ipsa Dei Mater a. 1178 de coelo attulisse et presbytero cuidam dono dedisse fertur. — Propr. Dertus. 1507 et Ordo 1888.—Ab immemorabili festum celebratum est Dom. II Octobris, interiit post Concilium Tridentinum, sed 7 Julii 1725 denuo approbatum est.—Archiv.—Brev. Marianum.—Per decretum 9 Martii 1867 translatum est ad Dom. I Sept.—Sanj. III 188.—De la Fuente 325.—Beissel 473.—F. M.

F. **B. Mariae V. tit. de los Favores,** Granatae in ecclesia S. Joannis; omnes Missae de Beata, ex indulto S.R.C. 27 Nov. 1891.—Archiv.

F. **B. Mariae de Roboribus (de las Encinas)** agitur in ecclesia propria pagi Abraveses de Tera, dioec. Asturicensis (Astorga) in Hispania. Missae omnes de Beata, Gl. Cr. ex indulto 8 Apr. 1908.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Saxo,** dp. 2 cl. in dioec. Luganensi (Lugano) in Helvetia, e concessione a. 1910.—Archiv.—Extructum sanctuarium juxta Locarnum ad oram lacus Verbani a Bartholomaeo Piatti coenobita; ecclesia consecrata a. 1487; imago coronata a. 1578 a S. Carolo et a. 1880 a Capitulo Vaticano. Ab Ambrosianis agitur hoc festum Fer. 2 post hanc Dominicam (cum ritus Ambrosianus non admittat officia festiva in Dominica) e concessione a. 1908.—Ricc. IV 71.—Gump. 240.—Beissel 355.

Commemoratio B. Mariae V. Gratiarum, Caprimonte in Belgio, in conventu Carmelitarum N. D. Gratiarum, Missa solemnis de Beata. v. 9 Junii. Arch.

F. **B. Mariae V. de Quercu,** Titul. Basilicae propriae, dp. 1 cl. oct.; dp. 2 cl. vero in dioec. Cenomanensi (LeMans) in Gallia, e concessione 11 Feb. 1908. Idem f. dp. 2 cl. in dioec. Andegavina (Angers), e conc. 2 Julii 1909.—Archiv.—Ibi a. 1494 sacerdos quidam quercui imaginem SS. Dei Matris affixit. Sacellum a Calvinistis dejectum a. 1631 reaedificatum est. Novum templum dedicatum et imago in altari majore collocata a. 1877. In reformatione Calendarii festum affixum est diei 1. Sept.; sed pro dioecesi Cenomanensi suae Donicae restitutum 12 Febr. 1918.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Olivetanae,** dp. maj. in dioec. S. Flori in Gallia.—Ordo 1895.—In ecclesia propria dp. 1 cl. oct. Agebatur olim a solo clero Collegiatae ecclesiae Murati in honorem iconis a S. Ludovico allatae e Palestina. Incoronata 18 Junii 1878.—N. D. de France I 340.—Drochon 977.—Nunc festum agitur die 26. Augusti.—Archiv.

F. **Gaudiorum B. Mariae V.** in Proprio Audomaropolitano (Saint-Omer) 1610. — Bibl. Univ. Insulensis. Idem festum in Proprio Ruremondi, 1605. Bibl. Boll.

Recollectio Omnium Festorum et Gaudiorum B. Mariae V., dp. 1 cl. oct. in ecclesio S. Martini Hallae (Hal) in Brabantia. Iconem Hallensem attulit Sophia filia S. Elisabethae a. 1240. —Colv. 1 Sept.— Ricc. V 323.—Bal. 464.—Rudn. 275.—Scherer 103.—F. M.

Recollectio Festorum B. Mariae V. Genitricis, dp. 1 cl. oct. Lovanii (Louvain) in ecclesia S. Petri. Festa quae in officio recensentur sunt: Conceptio, Nativitas, Praesentatio, Annuntiatio, Visitatio, Purificatio et Assumptio B.M.V.—Off. prop. 1616 et 1663. Bibl. Boll. Institutum est festum in memoriam victoriae Arnulphi Imperatoris de Nortmannis, 1 Sept. 1891, ad Dilam fluvium. . Antiquitus haec supplicatio fiebat die 1 Sept. (Wichmans, Brabantia, 99); a saeculo XVI vero Dom. I Sept., liberata civitate ab obsidione per exercitum Geusorum (Wichm. 256). Approbatum est festum a S. Rit. Congregatione 22 Sept. 1592 (Anal. Jur. Pont. VII decr. VIII). — Colv. 1 Sept. — Bal. 465. — Ricc. IV 335.— Scherer 99.—F. M.

Recollectionis Gaudiorum et Festivitatum B. Mariae V. fit h. D. hodiedum Grimbergae, triplex 3 cl.—Ordo Praemonstr. 1897.—Item in Cal. antiquiore Praemonstratensi in Bibl. Boll., festum triplex inter officia ecclesia Parchensis in Belgio.—Item ritu totum duplex Bruxellis fiebat in ecclesia Praedicatorum.—Item Ruremondi, in Proprio a. 1605.—Bibl. Boll.

F. **Miraculorum Cerei B. Mariae V. Ardentium,** Piscicuriae (Pesquencourt) qui cereus ab Atrebatensi (Arras) derivatus est.—v. Natales Sanct. Belgii a Molano script.—Colv. 1 Sept.

F. **B. Mariae V. de Penha (Rupe),** dp. 1 cl. oct. in proprio sanctuario dioec. Olindae in Brasilia; Titularis Cathedralis Cratensis et Patr. Princ. dioec. (Cal. Crat. 29 Jan. 1916); dp. maj. in provinciis ecclesiasticis Fluminis Januarii et SS. Salvatoris (Bahia); in prov. Belem de Parà Dom. ult. Maji.—Off. pr. 1909.—Festum concessum est 29 Jan. 1815.— Sanctuarium a Petro de Palacios eremita a. fere 1560 fundatum est in honorem iconis B. Mariae V. e Lusitania allatae (Nossa Senhora da Penha).—v. Elsner, Franziskaner in Brasilien, Trier 1912, p. 20.

F. **B. Mariae V. de Bethlehem,** Patronae Princ. civitatis et Archidioeceseos Belem de Parà in Brasilia; dp. maj. in dioec. Amazonensi.— Off. pr. 1909.

Aliqua Feria V Septembris

(non impedita festo 9 lectionum).

Commemoratio SS. Corporis Christi, dp., in Cathedrali Augustana (Augsburg) celebratur in honorem miraculosi Sacramenti v. 11 Maji. —Propr. Augustanum.

Prima Feria II Septembris.

B. Mariae V. Gratiarum, Patronae minus principalis Collegiatae eccl. S. Mariae de Scala, civit. Chieri in Pedemonte. dp. 2 cl.—Cal. approb. 1 Dec. 1913.

Feria II post Dominicam I Septembris.

F. **B. Mariae V. de Saxo,** Locarni, in ecclesiis ritus Ambrosiani in dioec. Lugani. Sanctuarium extructum est a Bartholomaeo Piatti coenobita et consecratum a. 1487. S. Carolus hoc sanctuarium visitavit. Imago incoronata est a. 1880; festum concessum a. 1908. Archiv. v. Dom. I Sept.

Dominica infra Octavam Nativitatis B. Mariae V.

F. **SS. Faciei Domini,** in civitate Osa de la Vega, dioec. Conchensis in Hispania. Imago Vultus Dni in domo Hieronymi de la Torre, 24 Martii 1644 luce magna effulsit, lacrimas fudit, sanguinem sudavit.—Janvier Holy Face 108.

F. **SSmi Redemptoris de Paupertate** fit per Missam vot. sol. in ecclesia SS. Salvatoris civitatis Elborensis (Evora) in Lusitania, e conc. 25 Maji 1805.—Archiv.

F. **SS. Sanguinis Dni Miraculosi,** dp. 1 cl. in ecclesia Busci Dni Isaac (Au Bois Seigneur Isaac) apud Halam in Belgio.—Cal. Laterano-Windesheim, Bruxellis 1772. Bibl. Boll.

F. **SS. NOMINIS MARIAE,** dp. maj. agebatur hac Dominica, secundum decretum 25 Nov. 1683 usque ad a. 1912 in universa Ecclesia Latina. Per constitutionem 1 Nov. 1911 assignatum est diei 12 Sept., quem vide. Pro Austriae imperio 1 Aug. 1684 concessus est ritus dp. 2 cl. Apud Clericos Regulares Scholarum Piarum f. Nominis Mariae est festum patronale Ordinis, dp. 1 cl. oct. cum officio proprio approbato 1 Maji 1883. Item in Societate Mariae f. SS. Nominis Mariae agitur ut patronale cum officio proprio ex concessione 5 Junii 1888.—De significatione Nominis Mariae V. Kellner 192 (e lingua hebraea derivatum a Marah—pinguem esse, i. e. insignem; e lingua Aegyptiaca a meri jom—i. e. amica aquae).—In Breviario Conseranensi 1753 h. D. annutiatur: **SS. Nominis Mariae et omnium festorum quae a variis societatibus in honorem B. Mariae V. instituta recoluntur.**

F. **B. Mariae V. Reginae Sanctorum Omnium,** Patronae Praecipuae Anconae, dp. 1 cl. oct. et officio proprio. cf. 26 Junii. Celeberrima haec evasit imago, postquam die 25 Junii 1796 oculos movere incepit. Constituta est in patronam 6 Sept. 1845.—Prop. Anconae.—F. M.

Commemoratio liberatae Civitatis Divisionensis (Dijon) ab obsidione a. 1513; fit per memoriam simplicem de Beata in Breviario Divionensi 1821. In Brev. 1829 omissa est ista memoria. — Bibl. Univ. Insulensis.—F. M.

F. **B. Mariae V. "du Saint Cordon",** Patronae Valencenorum (Valenciennes), dioec. Cameracensis (Cambrai), dp. 1 cl. oct. Off. et Missa propr. e concessione 24 Maji 1892. Extensum fuit ad diocesim Cameracensem ritu dp. maj. 3 Sept. 1892.—Archiv.—A. 1008 ipsa Dei Mater apparens civitatem dira peste vexatam circumire filoque seu funiculo circumdare visa est. Supplicatione instituta pestis disparuit.—Off. pr. a Rev. P. Jourdain mihi transmissum a. 1905.—Bal. 475.—N. D. de France II 391.—Drochon 91.—Colv. 8 Sept.—Beissel 443.

F. **Manifestationis B. Mariae V. de Rubo** seu **de Aranzazù**, dp. maj. in conventibus O. F. Minorum Cantabriae in Hispania; in ipso conventu N. D. de Aranzazu dp. 2 cl. oct. Festum principale B. Mariae V. de Rubo, specialis Patrona prov. Cantabriae fit 8 Sept., sub officio Nativitatis B. Mariae V. — Ordo O.F.M. Cantabriae, Aragoniae et Burgensis prov. 1905.—Inventa est imago in monte aspero inter confines Alavae et Guipozcoae a Roderico pastore inter ramos rubi (Aranzazù = inter spinas es tu); absconderant eam ibi christiani tempore incursionis Saracenorum. —Fuente 429.—Sanj. III 312.—Beissel 451.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in honorem iconis Deiparae conc. pro loco Zalbar, in dioec. Melitensi (Malta) 6 Nov. 1908.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Pietate,** Verolis in ecclesia S. Crucis. Omnes Missae de B.M.V. Pietatis ex indulto 27 Julii 1891.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Bona Nova,** Compatronae oppidi S. Gervasii de Cassoles, dioec. Barcinonensis (Barcelona), dp. 1 cl. oct. cum officio proprio, ex indulto a. 1882 concesso.—Anal. Jur. Pont. 1886, p. 250.—Archiv.—F. M.

Miraculorum B. Mariae V. de Andria f. Messanae in ecclesia propria, aedificata a. 1610 in honorem ectypi iconis ex Andria allati. Gump. 1037.—Et alia festa, antiquiora festo SS. Nominis Mariae agebantur Messanae tempore Samperii et Gumpenbergi Dom. infra Oct. Nativitatis Mariae, nempe: **B. Mariae de Dumeto** (Bosco), stabilitum 15 Dec. 1615 in sacello proprio, ubi colebatur imago e Calabria alluta. Item: **B. Mariae de Camera,** in eccl. S. Gregorii, ex a. 1537, quo in hanc ecclesiam novam translata est imago ex ecclesia S. Augustini. Item: **B. Mariae Lauretanae,** in ecclesia ad torrentem Bozetta. — Gump. 1040, 93, 1150. Item: **B. Mariae de Sacris Literis** in honorem ectypi iconis B.V. de Litera (quae colitur in Cathedrali) Messanae in sanctuario B.M.V. de Altobasso, ex privilegio apostolico (Sampieri 607. Gump. 1110).—F. M.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** Patronae Princ. Cerreti Latialis, dp. 1 cl. cum oct. et officio prop. Declarata est in Patronam 2 Maji 1913.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Victoria,** in civitate Malacensi (Malaga) per Missam vot. sol. Nominis B. Mariae V. e privilegio 5 Aug. 1917 concesso. —Archiv.

Dominica post F. Exaltationis Crucis.

F. "**Digni et nobilis Cordis Dilecti Domini Nostri**" in civitate Colmar (Alsatia) et in conventu Unterlinden sororum Dominicarum agebatur saeculis XV, XVI, et XVII, Dominica post Exaltationem Crucis. In ordine festorum huius conventus sermo est de missa, primis et secundis vesperis istius festi, non vero constat quale fuerit officium, proprium de SS. Corde, de Quinque Vulneribus an aliud. — E mediante enim saeculo XII vulnus lateris Domini et Cordis Ejus perforati speciali colebatur honore in provinciis Germaniae; et post visiones mysticorum Germanorum: B. Henrici Seuse, S. Gertrudis, S. Mechthildis et aliorum; post praedicationem B. Alberti, B. Hermani Joseph, B. Joannis de Ruysbroek, Magistri Eckberti etc. et post institutionem festi S. Lanceae Dni cultus SS. Cordis Jesu longe lateque propagatus est in clero tam regulari quam saeculari usque ad turbam illitteratam populi Germaniae, diu ante aevum B. Joannis Eudes et S. Margaritae Mariae Alacoque.—Richtstaetter. — Bulletin ecclesiastique de Strassbourg, M. Barth, ein mittelalterliches Herz-Jesu-Fest.

Feria III post Festum Nominis B. Mariae V. (Dom. infra Oct.)

Solemnitas B. Mariae V. totius Consolationis, Advocatae Populi Rhegini, Patronae Princ. Archid. Rheginensis (Reggio) in Calabria, dp. 1 cl. Colitur imago in ecclesia Capuccinorum; a. 1586 precibus coram ea fusis S. Dei Mater civitatem a peste liberavit. Festum concessum est 3 Martii 1771; off. prop. 15 Maji 1819.—Gump. 1379.—Scherer 41.—Ordo Rhegin. 1887.

Dominica inter 6-12 Septembris.

Nativitas B. Mariae V. ex parentibus suis Joachim et Annae; ita nonnulla Armenorum Menologia.—Nill. Cal. II 600.—Non apparet hoc festum in vetustioribus Calendariis Armenorum.

Dom. in vel post 8 Septembris.

Nativitas B. Mariae V. dp. 2 cl. Cal. Paderbornense, 1884.

Dominica II Septembris.

Nativitas B. Mariae V. f. ritu dp. 2 cl. cum oct. in dioec. Paderbornensi et Warmiensi in Germania; item in comitatu Glacensi (Glatz) et alibi in Porussia.—v. Off. Propr. 1890.

Coronatio B. Mariae V. de Misericordia in Castro Leonis, dioec. Cremonensis; evenit incoronatio 12 Sept. 1886.—Cal. Cremon. 1890.—cf. 11 Maji.

Sabbato ante Dominicam III Septembris.

F. **B. Mariae V. de Nemore,** dp. 1 cl. oct. Declarata in Patronam Princ. civitatis Buscemi, in dioec. Netensi (Noto) in Sicilia, 25 Junii 1919. —Archiv.

Dominica III Septembris.

F. **SS. Crucifixi de Succursu,** sub officio SS. Redemptoris, dp. 2 cl. Patr. civitatis Calatayeronis in Sicilia. — Cal. Calatayeronensis 1818.—Archiv.—In Cal. 1888 non extat tale festum; solemnitas SS. Redemptoris Dom. III Julii celebratur.

F. **SEPTEM DOLORUM B. MARIAE V.,** dp. 2 cl., usque ad annum 1914 h. D. in universa Ecclesia Latina celebrabatur. Concessum est Ordini Servorum B. Mariae V. ritu dp. 1 cl. oct. agendum per decr. 9 Junii et 15 Sept. 1668; pro Hispaniae Dominiis dp. maj. 17 Sept. 1735; in Propr. Vratislaviae 1778, d. maj. pro Etruria dp. 2 cl. oct. 18 Nov. 1807; pro universa Ecclesia Latina 18 Sept. 1814; dp. 2 cl. 13 Maji 1908. Pro Ordine Servorum concessa est Vigilia a. 1859. Florentiae, apud Passionistas et alibi dp. 1 cl. oct.—Sub titulo B. Mariae V. Angustiatae seu de Angustiis est Compatr. aeque principalis Civitatis Granatae in Hispania. — Objectum festi est istud; Devotio popularis in honorem Septem Dolorum B. Mariae V. in 1. Prophetia Simeonis; 2. Fuga in Aegyptum; 3. Amissione Pueri; 4. Occursu Jesu crucem bajulantis. 5. Sub pede Crucis; 6. Contemplatione Vulnerum post Mortem; 7. Sepultura Christi. —W. W. VIII 820.—F. M.

F. **B. Mariae V. Gratiarum, vulgo a Mazaro** (Mazzarone), Patronae Princ. Civit. Mazareni, dioec. Calatayeronis, dp. 1 cl. oct.—Ordo O.F.M. Vallis Netinae 1901. — Inventa est imago a. 1125 in caverna; coram ea duae lampades ardebant, unde translata est in ecclesiam parochialem. Concessum est officium pro clero regulari et saeculari 23 Aug. 1833 et 6 Sept. 1834.—Archiv.—Pitrè 531.

Memoria B. Mariae V. Salutis fit per unam Missam propriam, Genuae in ecclesia S. M. Consolationis Eremitarum S. Augustini, e privilegio concesso 18 Sept. 1890.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Bono Consilio,** Romae in eccl. S. Marci. Diario Rom. 1823. v. Dom. II Julii.

Dominica post Octavam Nativitatis B. Mariae V.

Solemnitas B. Mariae V., solemne majus, assignata e 17 Sept. Parisiis in ecclesia S. Maglorii, Oratorii Cardin. Berulle. — Off. Propria 1767. Bibl. Mus. Brit.

F. **B. Mariae V. Divini Pastoris Matris,** dp. maj. pro dioec. Senogalliae (Sinigaglia), conc. 17 Dec. 1806. Archiv.

Memoria Rosarii B. Mariae V. de Valle Pompejana fit in civitate " Castel di Cerveto d'Esi ", dioec. Fabrianensis ex decreto 12 Maji 1905. M. vot. sol. de Beata.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Peña de Francia,** Patr. Princ. dioec. Novae Caceres in insulis Philippinis, dp. 1 cl. oct. per decr. 8 Apr. 1905 trans-

latum est ad h. D. e I Dom. Julii.—Archiv.—De prototypo B. Mariae V. de la Peña de Francia v. Sanjulian III 453.

Sabbato ante Dominicam infra 11-17 Septembris.

Festum **Encaeniorum S. Crucis,** i. e. magnae ecclesiae SS. Resurrectionis in Jerusalem, assignatum e 13 Sept. in Calendario Universali Armenorum.—Nill. II 601.—Tondini 35, 56.

Dominica infra 11-17 Septembris.

Almae mirificae ac gloriosae Exaltationis S. Crucis, unum e festis solemnioribus universae ecclesiae Armenae, quod una cum Dedicatione Ecclesiae Resurrectionis agitur cum octàva; fer. 2, 6 et Sabbato officium fit de S. Cruce, fer. 3, 4 et 5. de Dedicatione Ecclesiae S. Resurrectionis. Cf. 14 Sept.—Nill. II 602.—Tondini 56.

Dominica post 14 Septembris.

F. **D. N. Jesu Ch. Crucifixi** pro ecclesia S. Jacobi dioec. Cauriensis (Coria) in Hispania concessum est 19 Julii 1905. Missa vot. sol. de Exalt. S. Crucis.—Archiv.

Feria III post Exaltationem Crucis.

F. **S. Sindonis (Sudarii) Dni N. Jesu Christi,** quod asservatur in ecclesia Caduinensi, dp. cl. in Cal. approbato die 24 Aprilis 1913 et 24 Maji 1916.—Archiv.—v. Dom. II p. Pascha.

Dominica post 21 Septembris.

F. **SS. Clavorum et Lanceae D. N. Jesu Ch.** dp. in dioec. Audomaropolis (Saint-Omer).—Off. prop. 1610.—Item in Proprio Ruremondi, 1615. Bibl. Boll.

F. **B. Mariae V. de Fenario** (Henar) in sanctuario apud civitatem Cuellar, dioec. Segoviensis. Statua antiqua, a. 71(?) allata et a. 714 abscondita, post expulsionem Maurorum per Mauros inventa est; apparitionibus inclaruit a. 1580.—Beissel 537.—Gump. 407.—Sanjulian III 167.

Festum **B. Mariae V.** et **Processio** in qua capsa Waveriana deferri solet.—Wichmans, Brabantia Mar. 473.—Colv. II 460.—Hoc est festum principale oppidi Hannutensis in Brabantia.—Gump. 194.

Feria V. Hebdom. Quatuor Temporum Septembris.

F. **B. Mariae V. de la Salette,** in civitate Plappeville, dioec. Metensis, per Missam vot. sol. de Beata, ex conc. Julii 1877.—Archiv.

Dominica infra Octavam B. Mariae V. de Mercede.

F. **Apparitionis B. Mariae V. in Choro Barcinonensi,** dp. maj. in universo Ordine Mercedariorum.—Videndam se praebuit Dei Mater in medio monachorum cum S. Petro Nolasco officium divinum persolventium,

portans habitum Ordinis B.M.V. de Mercede.—Ordo Merced. 1902.—A Mercedariis Siciliae agitur Sabbato post Dom. prox. Cal. Aug.—Nunc f. fit die 25 Sept.

Dominica III post Exaltationem Crucis.

F. **S. Crucis Montis Varagae,** i. e. **Mirificae Apparitionis S. Crucis in monte Varag,** qui est in Vaspuracania provincia Majoris Armeniae, ubi apparuit S. Crux (Nichan) a. 653; f. assign. e 26 Febr.—Nill. II 604.—Tondini 36.

Dominica IV Septembris.

F. **SS. Redemptoris,** dp. 1 cl. oct. in ecclesia SS. Salvatoris, Pilli, dioec. Senensis, e concessione 1 Sept. 1802.—Archiv.

F. **SS. Redemptoris,** dp. maj. in Calendario Ordinis Hospitalitatis S. Joannis de Deo, 1801.—Ibidem Dom. III Oct. F. Pietatis B.M.V.

F. **SS. Crucifixi** per Missam vot. sol. Exaltationis S. Crucis, Bitunti in ecclesia S. Mariae Gratiarum, Can. Reg. Lateranensium. Conc. a. 1898. —Archiv.

Commemoratio Beneficiorum B. Mariae V. ad Quercum, dp. maj. in tota dioecesi Viterbii in Etruria.—Ordo 1888.—Item Ordo Carmelit. Discalc. prov. Romanae pro Viterbio, 1910.—Imago Dei Matris in vinea quercui affixa a. 1417, miraculis infulsit a. 1467; unde in vinea extructa est ecclesia et monasterium O. S. Benedicti. Incoronata est a. 1670. Off. pr. — In dioec. Faliscodunensi (Montefiascone) dp. maj.—Ordo 1895.—Rudn. 366.—Gump. 286.—Beissel 418.—Scherer 42.—F. M. —Nunc f. agitur die 25 Sept.

F. **B. Mariae V. tit. Salus Infirmorum,** dp. 1 cl. oct. Patr. Princ. Oppidi Raphadali, dioec. Agrigentinae (Girgenti) in Sicilia; dp. maj. in dioecesi; translatum ad hanc Dom. e Dom. II Julii per decr. 27 Nov. 1907.—Archiv.—v. B.M.V. Aegrorum, Gump. 514.

F. **B. Mariae V. Pietatis,** dp. maj. in ecclesia Podii Cinulphi (Poggiocinolfo) dioec. Marsorum in Italia; 22 Julii 1815 concessa Missa; 28 Aug. 1821 etiam officium.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. concessum 16 Junii 1827 pro ecclesia S. Lucae Venetiis, ubi colitur ejus imago.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in Cal. Macai in China, 1894.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** Patr. Princ. loci Carpenzano, dioec. Consentinae (Cosenza), dp. 1 cl. oct.—Electa in patronam et concessum est festum a. 1903, in gratiarum actionem propter incolumitatem oppidi in terraemotibus 8 Martii 1832 et 12 Febr. 1852. Alterum festum 5 Feb.—Archiv. S.R.C.

F. **Humilitatis B. Mariae V.** dp. maj. in dioec. Teatina (Chieti) et Vastensi.—Ordo 1899.—Olim 9 Julii (ordo 1888).

F. **B. Mariae V. de Auxilio** sive **de Succursu,** dp. maj. ex decreto 18 Feb. 1807, in Proprio Ophydae (Offida) dioec. Asculi in Piceno 1833. —Archiv.—Colitur ibi imago S. Mariae.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. maj. Canali (Canale Monterano) in dioec. Sutrina, ibi imago miraculosa in veneratione habetur. Alibi in dioec. Sutrina et Nepesina Dom. II post Pascha.—Ordo 1888.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** Contitulare ecclesiae SS. Celsi et Juliani, " in Banchis ", Romae, dp. 1 cl. oct. (Epist. Revmi J. B. Meninghini, 25 Aug. 1907). Incoronata est imago 17 Maji 1665.—Bomb. III 71, ubi vocatur " Madonna delle Grazie ".

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. maj. Trejae in civitate, ubi imago recolitur in Collegiata; conc. 23 Aug. 1806. In Cathedrali Trejana, secundum Cal. 13 Aug. 1914 approb. Missa vot. sol.—Archiv.

Commemoratio B. Mariae V. Dolorosae, dp. 2 cl. in loco Feroleto, dioec. Neocastrensis (Nicastro) in Calabria, e conc. 30 Nov. 1824.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. Refugii Peccatorum,** dp. maj., concessum pro dioec. Tusculana (Frascati), die 1 Sept. 1893. Imago a B. Antonio Baldinucci in missionibus circumferebatur; incoronata est a. 1719. Ectypon in magno honore habetur apud Mexicanos. Nova lectio VI approbata est die 26 Julii 1916. v. 4 Julii.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Matris Divini Pastoris,** dp. maj. festum devotionis in dioec. Triventina (Ordo 1888, 1908) et S. Agathae Gothorum (Ordo 1887).

F. **Maternitatis B. Mariae V.** dp. maj. in dioec. Platina (Piazza) in Sicilia. — Ordo 1888. — In Cal. 16 Julii 1913 approb. duae Missae de Beata h. D.

F. **B. Mariae V. de Jubino,** tit. **Matris Misericordiae,** Patr. Princ. Calatiphimi, dioec. Mazariensis in Sicilia, dp. 1 cl. oct. In dioec. dp. maj. 7 Sept.—Tempore devastationis Siciliae per locustas a. 1655, electa est in patronam in imagine sua marmorea. Coronata 4 Maji 1779. Festum conc. a Pio VII a. 1802.—Cf. 4 Maji.—Cal. Maz. 1888. — Deletum in Cal. a. 1914 approb.

F. **B. Mariae V. Spei Nostrae sub titulo Puritatis,** dp. maj. in archid. Lucensi (Lucca) e conc. 6 Julii 1798. — Imago depicta in muro anguli squalidi, 11 Aug. 1796, miraculis inclaruit, unde, 11 Sept. translata in ecclesiam S. Frigidiani.—Guerra 305.

F. **B. Mariae V. tit. Salutis Infirmorum,** dp. maj. in dioec. Clavarensi (Chiavari) in Liguria et in archidioecesi Genuensi.—Cal. 1909, cum

officio Ministris Infirmorum concesso Dom. ult. Aug.; sed objectum cultus est diversum.—Cal. 1910.

F. **B. Mariae V. de Calle,** dp. maj. Piverni in civitate tantum.—Ordo Terracinae (Campania) 1899.

F. **B. Mariae V. de Salute,** Patronae Princ. civitatis Solaroli, dioec. Faventinae (Faenza), dp. 1 cl. oct. — Imago ibi colitur a saec. XVIII; sanctuarium exstructum est a. 1731; incoronata imago a. 1879.—Archiv.

Solemnitas B. Mariae V. in Aula Regia, Patr. Princ. civitatis et dioeceseos Comaclensis (Comacchio) et Titul. ecclesiae Capuccinorum Comacli (Emilia). — Ordo 1898 et 1901. — Ordo Capuc. Bonon. 1897.—Nunc f. agitur die 22. Sept.

F. **Apparitionis B.M.V. Immaculatae de Lourdes,** dp. in archid. Messanensi in Sicilia, assign. ex 11 Feb.—Ordo 1900.—Nunc fit 11 Feb.

F. **B. Mariae V. vulgo delle Quercia,** in sanctuario proprio prope Soram in Campania. Omnes Missae de Beata (Gl. Cr. unica or.) ex indulto 30 Maji 1879.—Archiv.—Ordo Sorae 1900.

F. **B. Mariae V. de Providentia,** Titulare sanctuarii intra limites paroeciae S. Luciae Neapoli, fit cum Missis pro Dom. II post Epiphan. approbatis, e priv. 14 Nov. 1827.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Lauretanae** fit Veronae in ecclesia SS. Trinitatis (ubi imago) e concessione 27 Aug. 1814 per Missam sol. vot.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Guastafredda** fit h. D. in suo sacello Placentiae (Piacenza) in Italia per Missam vot.—Cal. Placent.

F. **B. Mariae V. de Pede Cryptae** (Piè di Grotta) Messanae in ecclesia propria Mercedariorum agebatur h. Dom. tempore Gumpenbergii (1012). — Imago tempore terraemotus sudasse traditur; mater tenet in gremio Filium mortuum.—Sampieri.

F. **B. Mariae V. Angelorum,** Cadriani, dioec. Bononiensis in ecclesia S. Andreae. Omnes Misse de Beata, e conc. 17 Maji 1893.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. Matris Dei,** per Missam vot. sol. Maternitatis B. Mariae V. fit in civitate Cannole, dioec. Hydruntinae (Otranto), per decr. 24 Julii 1896.—Archiv.

F. **Gaudiorum B. Mariae V.** dp. maj. in Vicariatu Ap. Dresden (nunc dioec. Misnensi, Meissen).—Klein, 118.—v. 24 Sept.

F. **B. Mariae V. tit. Reginae Apostolorum,** dp. maj., pro Instituto Scholae Apostolicae, ex indulto 21 Aug. 1891.—Archiv.

F. **Purissimi Cordis B. Mariae V.** in dioec. Limburgensi in Germania.—Off. pr.—Klein.

F. **Vitae Interioris B. Mariae V.,** dp. 1 cl. oct. in Seminario Sulpitiano Baltimorensi (Maryland).—Propr. 1894.—v. 19 Oct.

F. **B. Mariae V. Pietatis,** dp. maj. in prov. ecclesiastica SS. Salvatoris de Bahia et Belem de Parà in Brasilia.—Off. pr. 1907.

F. **B. Mariae V. de Consolatione,** dp. maj. in dioec. S. Joannis de Cuyo in Argentina.—v. Dom. post 28 Aug.

F. **B. Mariae V. de Sancta Spe,** Burdigale (Bordeaux) in ecclesia N. D. de l'Esperance, per Miss. vot. sol. B.M.V. de Spe dioec. Trecensi concessa; indult. 10 Nov. 1899.—Archiv.

F. **Miraculorum B. Mariae V. Burbourgensis,** in sanctuario proprio dioec. Cameracensis (Cambrai) in Gallia. v. 26 Sept.—Drochon 95.

Dominica Ultima Septembris.

F. **Dni N. Jesu Ch. Crucifixi** fit in ecclesia S. M. Gratiarum, Canonicorum Regularium Bitonti in Apulia, per Missam vot. sol. Exaltationis S. Crucis.—Archiv.

Incoronatio B. Mariae V. de Victoria, dp. maj. in dioec. Marsorum. — Sanctuarium S. Mariae de Victoria extat juxta Scurgolam in dioec. Marsorum, extructum a Carolo Andegavensi in loco proelii, quo, 28 Aug. 1268, devicit Conradinum Imperatorem. Imago Mariae a S. Ludovico fratri suo Carolo missa est e Terra ancta. Monasterio diruto imago inventa est inter rudera et translata Scurgolam in ecclesiam SS. Trinitatis, ubi incoronata est Dom. IV Sept. 1857. Concessum erat festum pro h. D. 7 Junii 1825.—Vera Roma, Agosto 1899.—Colv. 28 Aug.—F. M.—Nunc f. celebratur sabbato praecedente (10. Dec. 1913).

F. **B. Mariae V. tit. Refugium Peccatorum,** dp. maj. in dioec. Tiburtina, e conc. 15 Sept. 1893.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. Vallis Viridis,** dp. maj. in dioec. Netina (Noto) in Sicilia; v. Dom. ult. Aug.—Ordo 1888 et 1900.

F. **B. Mariae V. de Mercede,** dp. maj. in dioec. Pergolensi in Piceno.—Ordo 1897. v. 24 Sept.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in districtu civitatis Scigliani, dioec. Neocastrensis (Nicastro) in Calabria (ubi colitur imago), ex conc. 3 Martii 1824.—Archiv.

Beneficiorum B.M.V. ad Quercum, dp. maj. in Cal. Carmelitarum Florentiae et Pinae, 1846. Bibl. Boll. Item in Cal. Flascodunensi (Montefiassone) 1894. v. Dom. IV Sept. Viterbii.

F. **B. Mariae V. tit. Salutis Infirmorum,** dp. maj. in dioec. Genuensi.—Cal. 1909.

F. **B. Mariae V. Divini Pastoris Matris,** dp. maj. in dioec. Teatina (Chieti); a. 1899 vero translatum est ad Dom. II post Pascha.—Archiv.

Maternitatis B. Mariae V., dp. maj. in dioec. Mandelensi (Poggio Mirteto) in Italia.—Ordo 1895, 1898 et 1908.

F. **B. Mariae V. Sanctae Spei,** in ecclesia propria Albani in Latio. —Missa cum cantu vot. sol. B.M.V. e priv. 14 Sept. 1805.—Archiv.

F. **B. Mariae V. a Portu Salvo,** in sanctuario apud Bagnaram Calabram, dioec. Rheginensis; omnes Missae de Beata; e conc. 4 Julii 1893.—Archiv.

Commemoratio Iconis B. Mariae V. in oratorio S. Francisci de Paula "ai Monti", Romae.—Diario Rom. 1846 ss. Bibl. Boll.

Commemoratio B. Mariae V. Calari (Cagliari) in Sardinia, in ecclesia Ordinis S. Joannis de Deo, e conc. 11 Apr. 1834. — Archiv.— Diario Rom. 1846 ss.

F. **B. Mariae V. de Misericordia,** Imolae in eccl. S. Joseph; una Missa de Beata; e conc. 13 Mart. 1802.—Archiv.

Commemoratio B. Mariae V. ad Quercum, Ecclesia Nostrae Titularis. Totum duplex.—Ita Cal. Praed. Prov. Franciae 1900 et 1901.— Sed ubinam in Gallia agatur tale festum, non dicitur in Calendario.

F. **B. Mariae V. de Divina Gratia,** dp. 2 cl. in Cathedrali Funchalensi, ubi imago prodigiis clara. In dioec. Funchalensi, Eborensi, Macaonensi et aliis in territorio Lusitano, dp. maj. In Cal. Braganza e conc. 22 Junii 1824.—Archiv. Pro Funchal f. concessum est 26 Febr. 1815.

F. **B. Mariae V. de Consolatione,** dp. maj. in dioecesibus provinciae Quitensis (Ecuador).—Cal. 1900 et 1902.

OCTOBER.

I

SOLEMNITAS S. Tunicae Domini et Miraculosae Columnae, festum ecclesiae nationalis Iberiae in Caucaso. Secundum traditionem Ibericam recentiorem tunica inconsutilis Dni ab Elio milite, cui in sortitione vestis obtigerat, allata est in Georgiam (Iberiam) et ibi tumulata. Columna ignea S. Ninoni Iberiae apostolae locum indicavit, ubi jacebat abscondita (Nordam. Pastoralbl., September 1911). Saeculo VII disparuit. Russi hanc tunicam a. 1627 ex Iberia Mosquam allatam esse credunt. v. 10 Julii. — Columnae miraculum est hoc: Cum Mirianus Rex Iberiae primam ecclesiam exstrueret Mztsketae, una ex columnis loco moveri non potuit; media nocte angelus de coelo descendens columnam benedixit, ut in altum sublata in fundamento suo consisteret.—Tamarati 187.—Mz. II 199.—Roma e L'Oriente, Grottaferrata Nov. 1910 p. 50.—Cf. Festum Tunicae Treviris Dom. IV post Pascha.—v. 10. Julii.

Festum **Protectionis et Intercessionis B. Mariae V.** (Pokrow) in Ecclesia Russorum, Serborum, Rumenorum et Bulgarorum, tum apud schismaticos quam apud catholicos, primitus Constantinopoli institutum et celebratum, agitur in memoriam apparitionis B. Mariae V., quae saeculo X evenit CPoli in ecclesia Blachernarum, ubi S. Andreas Salus vidit Deiparam velo capitis populum protegentem.—Mz. I 185.—Précis Historiques 1858. — Mrt. 1 Oct. — In Catalogo festorum Ruthenorum, 2 Maji 1895, transfertur hoc festum in Dom. I Octobris.—Nill. II 726.—In Russia est celeberrimum.—Mx. 1 132.—Nill. I 294.—Colv. 1 Oct.—Sn. 633.—F. M.

F. **B. Mariae V. titulo Kukkuzelissa** agitur hac die, in festo B. Joannis Kukkuzelis, musici Bulgari, postea monachi, in Magna Laura S. Athanasii in sacro Monte Athone, ubi S. Deipara se manifestavit B. Joanni (saec. XII). Ectypon recolitur in ecclesia pagi Miaten, in gubernio Dubensk, in Russia. — Episkiasis, 7. — Sn. 637. — Commemoratur imago in Menologio Russorum.

Commemoratio Iconis B. Mariae V. Pscoviensis (Pskowo-Pokrowskaja) in Menologio Russorum. Imago colitur Pscoviae in memoriam liberatae civitatis a peste a. 1352 et ab obsidione per Stephanum Bathory Poloniae Regem a. 1581.—Mz. I 198.—Sn. 638.

In Menologio Russico commemoratur hac die et aliae imagines: 1. Imago tit. **Krupetzkaja** in pago Krupeze apud Minscum; 2. Imago tit. **Brailowskaja** in pago Brailow in Podolia; 3. Imago tit. **Barskaja** in civitate Bar (Row) in Podolia.—Sn. 638-641.

F. **B. Mariae V. tit. Refugium Peccatorum,** dp. maj. in Cal. Tusculano (Frascati) approb. 26 Julii 1916. — De icone Mariae tit. de Refugio.—v. 4 Julii et Dom. IV Sept.

F. **Miraculorum B. Mariae V. Dolorosae** Delfis (Delft) in Hollandia, dp. Erat festum confraternitatis quod magna cum solemnitate agebatur per 13 dies.—Colv. 1 Oct.—F. M.—Morini 126.

II

Translatio Imaginis B. Mariae V. Odigitriae agebatur olim in aliqua ecclesia Cataniae in honorem alicujus imaginis Byzantinae. — Cf. Colv. 2 Oct.—Nihil de hoc festo in Calendariis Cataniae.

III

F. **B. Mariae V. Matris Divini Redemptoris,** dp. maj. sub officio Maternitatis actum est apud Trinitarios Discalceatos Hispaniae ab anno 1766; item apud Excalceatos Trinitarios Lusitaniae. Pro Lusitania festum assignatum est Dom. I Maji, 12 Nov. 1814.—Extra Hispaniam festum erat Titulare Ordinis; pro Hispania assignatum Dom. II Oct. 13 Julii 1832.—Archiv.

Maternitatis B.M.V. dp. maj. in Congreg. Sororum ab Assumptione in Cal. approbato 15 Aprilis 1914.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. 2 cl. Gabiniani (Gavignano) in dioec. Signiensi (Segni); dp. maj. in dioecesi.—Ordo Signiae 1900 et Cal. approb. 15 Apr. 1915.

F. **B. Mariae V. Pietatis,** dp. maj. in dioec. Piauhy in Brasilia.—Off. pr. 1907—assign. e Dom. IV Sept.

Memoria Iconis B. Mariae V. de Trubtshewa (Trubtshewskaja), quae colitur in pago hujus nominis in gubernio Orlow in Russia.—Sn. 758.

IV

Synaxis Deiparae in Oniratis, CPoli, annuntiatur hac die a Maximiliano, Saxoniae Principe in Liturgia Orient. I 133.

Memoria **B. Mariae V. de Pilerio** fit h. d. per M. vot. sol. (in grat. act.) in Cathedrali Cusentina (Cosenza), e consuetudine approb. 18. Dec. 1896. Decr. auth. III p. 324.

V

Memoria Magni Terraemotus CPoli notatur hac die in codice Novogorodiensi Musaei Rumiantsoviensi. — Mrt. 241. — Incertum est de quonam terraemotu memoria ista peragatur.

Apparitio B. Mariae V. Lucae, in ecclesia S. Michaelis terrae Montis Alcami, dioec. Mazariae, dp. maj. in Cal. O.F.Min. Vallis Mazariae.—Idem festum in Cal. O.F.Min. prov. S. Josephi in Tuscia, 1907.

VI

"**Miraculum, quod evenit a. 1241**", in Synaxario Coptico apud Wuestenfeld signatur hd. p. 62. Per unam horam, circa horam octavam tenebrae nocturno caligini similes terram operuerunt, sed subito disparuerunt. Terrore perculsi homines finem mundi advenisse credebant.

VII

F. **SS. ROSARII B. MARIAE V.** dp. 2 cl., festum universae Ecclesiae Latinae.—Hoc festum sub titulo Commemoratio B.M.V. de Victoria ritu simplici primo agebatur a. 1572, jussu S. Pii V Papae, in memoriam victoriae Christianorum de Turcis ad Echinadas Insulas (Lepanto), die 7 Oct. 1571. A Gregorio XIII Dom. I Oct. agendum; in ecclesiis vero, ubi non extabat altare B.M.V. de Rosario, festum simplex B.M.V. de Victoria agebatur usque ad annum 1716.—Cf. Dom. I Oct.—Per decretum 28 Oct. 1913 sedes festi a Dominica translata est ad 7 Oct.—Colv. 7 Oct. —De la Fuente 505.

F. **B. Mariae V. de Victoria,** titulare ecclesiae O. S. Clarae civitatis S. Jacobi de Chile, dp. 1 cl. oct., ex indulto 14 Dec. 1910.—Archiv.—Idem festum, concessum a. 1840, in monast. Basio. S. Clarae.—Cal. O.S.F. in Sicilia, 1847.

F. **B. Mariae V. de Victoria,** dp. maj. cum officio propriissimo ab ipso S. Joanne Eudes composito habetur in Proprio Eudistarum a. 1652.—Oeuvres, XI 438.

Idem festum **B. Mariae V. de Victoria,** dp. 1 cl. oct. Parisiis in ecclesia Canonissarum Regularium S. Augustini N. D. de Victoria.—Off. propr. et sequentia in Missa, Paris. 1707. Bibl. Musaei Brit. London.

Idem festum est titulare ecclesiae B.M.V. del Palan, Barcinone in Hispania; item titulare ecclesiae Matricis in terra S. Viti Normannorum, dioec. Ostunensis.—Ordo 1897.

F. **B. Mariae V. de Victoria,** dp. maj. apud moniales S. Mariae Aegyptiacae Majoris, civit. Neapolis. Off. de communi; conc. 11 Julii 1823.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Victoria,** dp. maj. hac die agitur hodiedum in dioec. Messanae et Nicosiensi in Sicilia. Exstructum est a. 1630 sanctuarium B. V. de Victoria in colle Caperrina juxta Messanam in memoriam liberatae urbis ab obsidione per Carolum Regem a. 1282. Cal. Messin. 1627, 1846 et 1888.—Gump. 1117.

F. **B. Mariae V. de Bono Consilio,** dp. maj. assign. e 26 Apr. in dioec. Brictinoriensi (Bertinoro) in Aemilia.—Ordo 1901.

F. **B. Mariae V. de Remediis** Valentiae in Hispania agebatur in ecclesia Trinitariorum Calceatorum, institutum a. 1348 in memoriam liberatae civitatis a peste, postquam die 7 Oct. supplicatione solemni delata est

per urbis plateas imago B. Mariae V. de Pietate, quae post hoc miraculum vocari coepit N. Dna de Remediis et electa est in Patronam civitatis.—Castellar, Año Virgineo IV 2.—Post victoriam ad Echinadas insulas translatum est hoc festum ad Dom. II Octobris. Ante hanc pugnam ad Naupastum (Lepanto) S. Virgini de Remedio voto se obstrinxit Joannes Austriacus.—Fam. Mariana sect. V 9, 7.—Gump. 1011.

F. **B. Mariae de Remediis,** Patr. Princ. Albaidae, dioec. Valentinae, dp. 1 cl. oct., e conc. S.R.C. a. 1908, in honorem iconis prodigialis B.M.V. de Remediis, quae ibidem colitur.—Archiv.

Memoria Iconis B. Mariae V. de Teneritudine (Umilenie) Pscovo-Petsherciae (Pskowo-Petsherskaja) in menologio orthodoxo Russorum. Festum agitur Pscoviae in memoriam liberatae civitatis ab irruptione Gallorum a. 1812. In icone Puer affectu tenero caput applicat ad genam Matris, quem typum Russi vocant Umilenie, i. e. Teneritatis sive Blandi Amoris.—Mz. I 223.—Sn. 642.

VIII

Patrocinium B. Mariae V. Matris Domini, sub officio Maternitatis B.M.V. apud Trinitarios Anagniae in Italia.—Ordo SS. Trinit. (S. Crisogono) 1921.

F. **B. Mariae V. de Begoña,** Patr. Princ. Cantabriae (Viscaya) in Hispania, dp. 1 cl. oct.—Cal. Victoriae approb. 24 Martii 1914.—Officium de Maternitate praeter antiphonas ad Cantica et VI lectionem.—Effigies in annosa quercu inventa, sculpta et vestibus ornata. B. Mariae V. de Begoña recolitur in templo gothico in summitate collis juxta civitatem Bilbao.—Archiv.—Sanj. III 182.—De la Fuente 390.—Gump. 229.—Scherer 16.

F. **B. Mariae V. de Remediis,** Titulare ecclesiae Trinitariorum Terrae Alcalà in Real, sub officio Maternitatis, dp. 1 cl. oct. — Ordo SS. Trinit. 1921.

F. **Maternitatis B. Mariae V.** dp. maj. dies assignatus e Dom. II Oct. ex decr. 28 Apr. 1914, pro omnibus dioecesibus, quibus concessum.

F. **B. Mariae V. Magnae Hungarorum Dominae,** dp. 2 cl. in universa Hungaria, e Dom. II Oct. in Cal. reformatis (post 1914). Concessum est festum pro Dom. II Oct. a S.Rit.C. 28 Julii 1896.—Archiv.—S. Stephanus Hungariae Rex se et regnum suum Deiparae mancipavit et eam Magnam Hungariae Dominam appellari voluit. Albae Regiae magnificentissimam Mariae ecclesiam dedicavit.—Fam. Mar. V 13.—dp. 2 cl. etiam in calendariis religiosorum.—Cal.

F. **B. Mariae V. Reginae Sanctorum Omnium** et **Matris Pulchrae Dilectionis,** dp. 2 cl. Montibus (Mons) in Hannonia. Festum concessum est ritu dp. maj. pro Capuccinis Montibus, 13 Feb. 1920 et elevatum ad ritum dp. 2 cl. 24 Martii 1920.—Imago a. 1870 translata est e conventu Ursulinarum ad ecclesiam Capuccinorum; sol. externa, Dom. II Oct. duae missae.—Archiv.

Apparitio B. Mariae V. de Miraculo, tit. **della Gamba,** Decentiani (Desenzano al Serio Bergamasco) dioec. Bergomensis, in Cal. Riccordo del Sanctuario di Caravaggio, 1901.—Ibi apparuit Deipara puellae die 8 Oct. 1440 et subito tibiam ejus putrescentem sanavit.—Ricc. I 337.—Maggia-Zanella 203.

IX

Mira solis eclypsis longiore praeconio annuntiatur hac die 9. Octobris in Synaxario Alexandrino, Script. arab. 18, p. 61. Evenit a 1242.

F. **B. Mariae V. Miraculi** in paroecia Comeduno, dioec. Bergomensis; a. 1741 concessa est una Missa sol. vot. de Beata; die 19 Julii 1839 pro hac die omnes missae de Beata concessae sunt.—Arch.

F. **B. Mariae V. Patronae Principalis Civitatis Panormi** (Palermo), dp. 1 cl. cum oct. in tota Urbe Panormi, e conc. 9 Dec. 1800. Off. de Communi.—Archiv.—Hoc festum temporis decursu periit et non invenitur in Calendariis Panormitanis modernis.

F. **B. Mariae V. de Monte,** Patr. Princ. civitatis Funchal (Madeira insul.), dp. 1 cl. cum oct. — Anno fere 1470 Adam Gonsalvez Ferreira, primus homo qui nascebatur in Madeira insula, capellam fundavit versus septentrionem civitatis Funchalensis sub titulo S. Mariae de Monte, quae erecta est in parochiam 7 Martii 1565.—Festum invenitur in Cal. Funchalensi 1910 sub titulo **Patrocinii B.M.V. de Monte,** Dom. II Oct.; assign. 9 Oct. in Cal. approb. 14 Junii 1914; novum officium concessum est 28 Junii 1916.—Archiv.—Pimentel p. 464.

F. **B. Mariae V. Corsunensis** seu **Ephesinae** (Korsunskaja) celebratur in universa Russia.—Allata esse traditur a. 988 a S. Vladimiro principe e Chersone Kioviam (Kieff), deinde Novogorodiam ac tandem Mosquam, ubi colitur in Cathedrali Obdormitionis B. Mariae V.—Mz. I 230.—Alia traditio est haec: A S. Luca delineata Ephesi, deinde CPolim et saeculo XII a S. Euphrosyna ducissa Polocensi collocata est in monasterio S. Salvatoris; tandem a. 1239 e Polocia (Polsk) translata Toropecium.—Alii iconem Claromontanam (Czestochowa) verum prototypum Corsunensem esse affirmant.—Mrt. 244.—Max. I 135.—Sn. (643-648), ubi variae icones a Corsunensi depictae enumerantur.

F. **B. Mariae V. tit. Mater Dei,** dp. 1 cl. cum oct. Titulare provinciae O.F.M. sub officio Maternitatis. Ante annum 1914 agebatur die 11. Oct. Cal. approb. 6. Sept. 1915.—Archiv.

X

Officium Gratiarum Actionis pro Victoria Chocimensi ex Turcis hac die obtenta, dp. maj. cum officio propriissimo, in omnibus prisci regni Poloniae dioecesibus, in memoriam victoriae a Sobieski duce reportata sub Sigismundo III ad Chocimam, die 10 Oct. 1631. Festum indultum est ab Urbano VIII.—Propr. Poloniae 1842.

F. **Vitae Interioris B. Mariae V.,** dp. 1 cl. oct. in Seminario Andegavensi (Angers).—Propr. 1895.

F. **Apparitionis B. Mariae V. de Tirano,** dp. maj. in dioec. Novocomensi (Como); 13 Sept. 1913 assign. e 29 Sept.; in Valle Tellina vero 29 Sept. (nunc 30 Sept. in universa dioecesi).

F. **Apparitionis B. Mariae V.,** dp. 1 cl. oct. in pago Gallivaggio dioec. Novocomensis (Como), qua Maria videndam se praebuit duobus infantibus, die 10 Oct. 1491.—Epist. Rev. Cancellarii dioec. Novocomensis a. 1900.—Martyrolog. Novocomense 1675. Bibl. Boll.

Coronatio B. Mariae V. Constantinopolitanae, dp. maj. in dioec. Castriadmaris Stabiarum (Castellamare), in Cal. approb. 15 Junii 1914.—Archiv.—v. Dom. III Oct.

F. **Iconis B. Mariae V. de Hymno Akathisto** (Akáfistnaja-Zographskaja) agitur hac die in monasterio Zographi in sacro Monte Athone. — Coram ea a. 1276 occisi sunt a Latinis viginti sex monachi Zographenses. Coram ea Bulgari acathistum canere solebant.—Mz. I 232.—Se manifestasse dicitur tempore Concilii Florentini " ut Graecos contra unionem protegeret ".—Episkiasis 61.—Sn. 648.—Memoria hujus iconis fit hac die in Menologio Russico.

XI

F. **SS. Redemptoris,** dp. maj. in Proprio Eudistarum moderno.—Cal. 1911.

Memoria Miraculi facti in Imagine Christi Crucifixi Beryti, in ecclesia schismatica Russorum.—Mz. I 239.—v. 9 Nov.

F. **B. Mariae V. a Misericordia,** Titul. ecclesiae Eremitarum S. Augustini monasterii a Misericordia, civitatis Firmanae (Fermo), dp. 1 cl. oct.—Cal. 1914.

F. **B. Mariae V. tit. Mater Dei,** Titul. Prov. O.F.Min., dp. 1 cl. oct., officio Maternitatis B.M.V. translato ad 9 Oct. a 1914.—Cal. approb. 6 Sept. 1915.

F. **Maternitatis B. Mariae V.,** dp. 2 cl. in Congregatione Lucionensi Filiorum Mariae Immaculatae, in Cal. approb. 8 Julii 1914; ib. f. Puritatis 16 Oct. — Eodem die ibidem festum dp. maj. Laureti (Cal. 18 Feb. 1915), in Ordine Servorum Mariae (Cal. 15 Maji 1914, Smyrnae 1914) et Romae in ecclesia S. M. Majoris (conc. a. 1914).

F. **Puritatis B. MariaeV.,** dp. maj. in Cal. (15 Apr. 1914) Congregationis Sororum ab Assumptione.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Matris Divini Salvatoris,** dp. 1 cl. cum officio proprio in Cal. approbato pro Congregatione Divini Salvatoris, 10 Junii 1914.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Aquam Largientis** (Wododatelnitza) hac die signatur in synaxario Matutini apud Mz. I 240, non indicante ubi haec imago colatur.—Sn. 650.

XII

Translatio Ligni Vivifici S. Crucis, Iconis B. Mariae V. Philermicae (et manus dextrae S. Joannis Baptistae) e Melita Gatshinam; festum celebrabatur (usque ad revolutionem) in palatio imperiali Gatshinae in Russia et in universa Russia. Istae reliquiae ab Equitibus S. Joannis Melitensibus (Malta) a. 1799 dono datae sunt Paulo Imperatori; celebratur festum cum officio (akoluthia) proprio.—Imago B.M.V. Philermicae e CPoli in Rhodum insulam translata est saeculo XIII, et saeculo XVIII Melitam allata.—Mz. I 245.—Hoc festum etiam ab ecclesia orthodoxa Serborum receptum est.—Max. I 136.—Sn. 655.—Beissel, Wallf. 394.

F. **S. Infantiae B. Mariae V.,** dp. maj. in editione Proprii Officiorum Congregationis Jesu et Mariae Eudistarum a. 1672 tantum. Off. et Missam composuit ipse S. Joannes Eudes.—Oeuvres XI 172 et 455.

Commemoratio B. Mariae V. de Columna (del Pilar), dp. 1 cl. cum oct. in universa Aragonia; alibi in Hispania dp. 2 cl.; dp. maj. (ante reformationem Calendariorum) in dioecesibus Americae lingua hispanica utentibus. — Caesaraugustae (Zaragoza) SS. Dei Mater adhuc vivens S. Jacobo Apostolo apparuisse traditur (v. 2 Jan.). Die 8 Martii 1720 Carolus II Hispaniae Rex decreto regali prohibuit, ne quisquam in regno Hispaniae traditionem istam Hispanis carissimam scriptis auderet impugnare.—Caesaraugustae colitur parva statua Mariae, " angelorum manibus " confecta et in columna posita.—Festum ritu dp. maj. concessit Clemens XII pro universis Regi Catholico subjectis ditionibus; Pius VII festum ad ritum dp. 1 cl. elevavit et Pius IX 19 Junii 1862 officium proprium concessit. — Agitur festum etiam extra Hispaniam: in dioec. Guastallae, Parmensi, Melitensi, Placentina, Bisarchiensi (1837), S. Luciae de Melis (1847), in Ordine Constantiniano (1843) et alibi. v. Off. pr. in Proprio Hispaniae.—De la Fuente p. 191.—Maggia-Zanella IX 485.—F. est dp. 2 cl. in omnibus ecclesiis O.F.Min. in Hispania, 23 Jan. 1907.—Sanj. III 3. —Riccardi IV 527.—Quod festum ut extenderetur ad Orbem petiit Congressus Marianus Caesaraugustanus a. 1908. — Postins 119. — In Cal. 21 Julii 1914 festum est Patronale "De la Guardia civil." Matritensis Jurisdictionis Castrensis.—Archiv.—Festum est dp. 2 cl. in Societate Marianistarum, quia Societas in sanctuario Caesaraugustano fundata est.—Off. pr.

F. **Maternitatis B. Mariae V.,** dp. maj. in patriarchatu Latino Hierosolymitano, in Cal. approb. 2 Julii 1919.—Idem f. Genuae in ecclesia SS. Annuntiationis et apud Sorores ab Incarnatione (Cal. 8 Junii 1914); item in dioec. Brooklyn (America Sept.).—Cal. 20 Maji 1914 et 22 Martii 1920.

F. **Purissimi Cordis B. Mariae V.** apud moniales S. Augustini, quarum domus princeps exstat Andegavi (Angers), ritu dp. 1 cl.—Cal. 22 Mart. 1920.

F. **B. Mariae V. de Galloro,** dp. 2 cl. Ariciae in sanctuario monachorum Vallisumbrosae, in montibus Albanis (d. Albani). — Cal. 5 Dec. 1913 et 17 Apr. 1914 (dp. maj.).

F. **B. Mariae V. de Castro,** dp. maj. in terra Mongiovino, dioec. Civitatis Plebis (Città della Pieve), conc. 1 Sept. 1802.—Archiv.

Translatio Imaginis B. Mariae V. de Monte Carmelo, dp. 1 cl. Paduae in ecclesia S. Mariae "del Carmine". Imago a. 1575 tempore pestis cultui exposita est in ecclesia Carmelitarum; destructo coenobio et exstructo sacello novo in eadem ecclesia festum denuo concessum est parocho ritu dp. maj., die 17 Aug. 1824.—Archiv.

F. **Iconis B. Mariae V. de Jerusalem** (Jerusalimskaja), Moscoviae in Cathedrali Obdormitionis B. Mariae V. et in universa Russia.—Imago "in Gethsemane a S. Luca delineata" (traditio Russorum) anno XV post Christi Ascensionem, a. 435 Constantinopolim, a. 988 in Russiam translata est tempore S. Vladimiri; e Novogorodia Mosquam advecta est, ubi a. 1812 disparuit. Quae nunc colitur in Cathedrali Obdormitionis icon Hierosolymitana, est ectypon deperditae imaginis.—Mz. I 246.—Mrt. 246.—Cf. 13 Nov.—Max. I 136.—Sn. 650-653.

Memoria Iconis B. Mariae V. Smolenscensis (Smolenskaja) in Menologio Russico. In Laura SS. Trinitatis a S. Sergio fundata, a. 1642 se manifestavit imago archimandritae.—Mz. I 247.—Sn. 654.

Memoria Iconis B. Mariae V. de Rudena (Rudenskaja) fit hac die in Menologio Russorum. — Imago se manifestavit a. 1687 Rudenae in gubernio Mohilew et translata est Kioviam in coenobium S. Flori.—Mz. I 274.—Sn. 654.

Festum **Iconis B. Mariae V. de Kaluga** (Kalushskaja) agitur hac die cum akoluthia propria in civitate Kalugae in Russia, in gratiarum actionem pro liberata civitate ab irruptione Francogallorum, a. 1812. Fit etiam commemoratio hujus festi in Menologio Russico.—Sn. 655.—Mz. I 275.

Memoria **Iconis B. Mariae V. de S. Germano** (Ermanskaja) signatur hac die in Menologio Russico. In bello contra Saracenos gestans imaginem Deiparae Constantinopolim victoria coronavit S. Germanus (m. 730).—Sn. 656.—Mz. I 247.—Maracci, Fam. Mar. V 21.

F. **Puritatis B. Mariae V.,** dp. maj. in dioec. Zuliensi, 1911.—Archiv.

Memoria **B.M.V. de Pilerio** fit h. d. per M. vot. sol. (in grat. act.) in Cath. Consentina (Cosenza), e consuet. approb. 18 Dec. 1896. v. Decr. auth. III 324.

XIII

F. **B. Mariae V. Sanitatis,** dp. 1 cl. oct. in monasterio monialium O.F.Min.S. Luciae in Urbe Neapolitana.—Ordo Prov. S. Paschalis O.F.M. 1900.—v. Dom. II Quadrages.

F. **Translationis B. Mariae V. Ibericae, tit. Portaitissa** seu **Thyrora** (Iwerskaja) Mosquae in ecclesia propria ad Portam Resurrectionis Palatii Imperialis (Wosskressenskaja-Worota). — Quae translatio facta est a. 1648 e sacro monte Athone; imago a Nicone patriarcha summa celebritate recepta miraculis inclaruit. De hac translatione fit memoria in Synaxario Menologii Russici. Imago ante revolutionem in summo honore habebatur a populo Mosquensi et a familia imperiali.—Sn. 657.—Mz. I 250.—Episkiasis 31.—Beissel, Wallf. 392.—Mehler, Liebfr. 368.

Memoria Iconis B. Mariae V. de Septem Lacubus (Sedmierskaja) fit hac die in Menologio Russorum. — Allata est imago e civitate Ustjugensi ab Euphemio fundatore ad monasterium Septem Lacuum in eparchia Kasanensi.—Mz. I 250.—Sn. 658.

XIV

Memoria Iconis B. Mariae V. de Jachroma (Umilenie-Jackromskaja) signatur h. d. in Menologio Russico.—Imago colitur in monasterio homonymo S. Cosmae in gubernio Vladimiriae. Ostendit Puerum applicantem manum et caput ad genam matris, quem typum Russi vocant "Umilenie", i. e. Teneritudinis. Apparuit Maria S. Cosmae ad Jachromam flumen a. 1482.—Mz. I 254.—Sn. 658.

XV

Memoria Iconis B. Mariae V. Disputantis (Sporytylnitza) in Menologio Russorum. — Imago in honore habetur in conventu virginum prope monasterium Deserti Optynska; a. 1889 eam pingi jussit Ambrosius senex.—Sn. 659.

F. **B. Mariae V. de Columna,** dp. maj. in Cal. Emeritensi, approb. 15 Apr. 1916. v. 12. h.

XVI

F. **B. Mariae V. a Miraculis Andriae,** dp. maj. in archid. Barensi in Apulia. — Ordo 1907. — Concessum est festum pro ultimo Sabbato Augusti in archid. Barensi 11 Junii 1890; sed translatum ad 16 Oct.: 7 Julii 1890.—Archiv.

F. **Omnium Titulorum B. Mariae V.,** dp. maj. in Cal. dioec. Cuernavacae in Mexico, approb. a S.R.C. 27 Junii 1906.—Archiv. S.R.C. —Non invenitur in Cal. 1911, quod vidi in bibl. priv. domus Pustet, Ratisbonae.

F. **Puritatis B. Mariae V.,** dp. 2 cl. Patr. min. princ. Theatinorum. —Cal. approb. 6 Martii 1914;—dp. maj. in Ordine Servorum Mariae;— Cal. 15 Maji 1914. Pisciae (conc. 22 Julii 1801), Ravennae (1914), Antiochiae in Columbia (1920) in Congregatione Lucionensi Filiorum Mariae Immaculatae (1914) etc.—Huic diei assign. e Dom. III Oct. per decr. 28 Apr. 1914.

F. **Septem Dolorum B. Mariae V.,** dp. maj. In dioecesi Uxentina in Apulia praeter alia duo festa Matris Dolorosae tertium festum agitur cum officio Dominicae III Sept.—Ordo Uxent. 1875.—Pati (Patù) et Castriniani (del Capo) hoc festum celebratur die 21 Oct., Corsani et Galeani (Gagliano del Capo) die 23 Oct. Nihil mihi praesto est de objecto hujus festivitatis.

F. **B. Mariae Pietatis,** Patr. Princ. dioec. Damaensis et Cranjanorensis in Indiis Orientalibus, dp. 1 cl. cum oct.—Cal. approb. a. 1914.— Off. pr. 1920.

F. **B. Mariae V. ad Aquas Vivas,** Carcagenti in archidioecesi Valentina in Hispania, dp. 1 cl. oct. — Imago colitur ab anno 1250; a. 1835 ex ecclesia Augustinianorum in parochialem translata est, a. 1857 electa in Patrona, festum concessum 12 Sept. 1857.—Escola 394.—Archiv.

XVII

F. **B. Mariae V. Reginae Pacis,** dp. maj. in dioec. Savonae in Liguria; Albissolae et Stellae dp. 2 cl. — Cal. Savonae, approb. 17 Apr. 1914.—Cum die 18 Oct. 1481 cives Stellenses armis congressuri erant cum Albissolensibus, e nube lucida ter insonuit vox: "Pax". Unde discordiae finis impositus et in honorem Reginae Pacis exstructum sacellum; cujus locum ex a. 1588 tenet ecclesia.—Almanaco delle Famiglie Cristiane 1900. —Pitto, Liguria Mariana, Riviera Occidentale 199 ss.—Festum concessum est pro dioecesi Savonensi et Naulensi dp. 2 cl.; pro Stella et Albissola dp. 1 cl. oct. 23 Aug. 1794.—Arch.

Solemnis Commemoratio B. Mariae V., dp. solemne cum oct. in antiquis Breviariis Carnutensibus (Chartres) (e. g. 1633), i. e. festum Dedicationis Cathedralis Ecclesiae sub officio B. Mariae V. In Breviario Carnutensi 1782 et in Proprio moderno festum fit sub officio Dedicationis Ecclseiae, sed Prosa canitur in honorem Virginis Carnutensis.—Bibl. Boll. et Insulensis. — Carnuti druides pagani "Virginem Parituram" coluisse traduntur; immo Carnutenses gloriantur, se Dei Matri adhuc viventi regnum suum obtulisse. Insignis Ecclesiae Cathedralis, praesente S. Ludovico Rege, die 17 Oct. 1260 dicata est. Anniversarium dedicationis ad instar Dedicationis S. M. Majoris Romae, agebatur cum officio B. Mariae V. Statua vetusta **"Virginis Pariturae" ("B. Mariae V. de Subterraneo")** a. 1793 ab impiis rebellis combusta est.—Drochon, 335 ss.—N. D. de France I 193 ss.—Colven. 17 Oct.—Ricc. IV 430.—Rudnicki 282.— Beissel, Wallf. 424.—Scherer 23.

"**Synaxis SS. Deiparae** et S. Gabrielis Archangeli in loco dicto Paradiso CPoli." (Ita Max. I 137.—Mrt. 17 Oct.

Memoria Iconis B. Mariae, Virginis ante Partum in Menologio Russorum. — Colitur imago Mosquae in monasterio Nicolai-Pesnos in gubernio.—Mz. I 261.—Sn. 660.

Memoria Iconis B. Mariae V. Auxiliatricis (Ysbawytelnytza) hac die agitur in monasterio neo-athonico Simono-Kananitico in montibus Caucasi ex a. 1889, in memoriam servatae familiae Imperatoris Russiae 17 Oct. 1889, cum apud pagum Borki currus ex orbitis viae ferreae devolverentur. Allata est imago 20 Julii 1888 e monasterio S. Pantaleonis sacri Montis Athonis. — Mz. I 262. — Sn. 662. — Memoria etiam in Menologio Russico.

Memoria B. Mariae V. Unguentifluae (Elaiobrytidos, Eleototshywaja) fit hac die cum festo S. Gennadii in monasterio Vatopedi Montis Athonis. Coram ea vas olei vacuum subito repletum est. Vocatur etiam "Docheiarissa", quia S. Gennadius Docheiares (procurator) monasterii erat.—Episkiasis 27.—Sn. 702.

XVIII

F. **B. Mariae V. de Turri,** Urbini in ecclesia propria fit per Missam vot. sol. de Beata; alia Missa vot. 31 Maji, ex indulto 23 Sept. 1890.—Archiv.

In Menologio Cisterciensi Henriquesii commemoratur hac die **Miraculum B. Mariae V. Affligemiensis,** quando ex imagine sua S. Bernardo salutanti respondit: Salve Bernarde.—Vierges mirac. 194.

Encaenia SS. Deiparae Odigitriae CPoli ad hunc diem, festum S. Lucae (qui iconem Odigitriae pinxisse traditur), signatur in Menaeis manuscriptis, non vero in editione Venetiae impressa.—Mrt. 250.—Ecclesia Odegi seu Odigitriae S. Pulcheria exstruxisse fertur ut in ea reconderet iconem B. Mariae V.—v. fer. III Pent.

XIX

F. **Vitae Interioris B. Mariae V.,** solemne majus cum oct., in officiis propriis S. Sulpitii a. 1771.—Bibl. Boll.—In Cal. 1892 dp. 1 cl. oct.

Commemoratio S. Joseph Sponsi B.M.V., dp. in dioec. S. Fidei de Bogotà in Columbia. v. 19 Jan.

XX

F. **SS. Cordis Jesu,** dp. 1 cl. oct. privil. — Off. prop. Eudistarum 1900.—Primo celebratum est hoc festum a. 1672 in domibus Sacerdotum Societatis Jesu et Mariae a B. Joanne Eudes fundatae, cum officio pulcherrimo quod ipse B. Joannes composuit. Anno 1674 moniales O. S. Ben. Montis Martyrum Parisiis et Adorationis Perpetuae festum receperunt. Hodiedum agitur hac die in Societate Jesu et Mariae.—Oeuvres XI. Ex

hujus festi existentia patet cultum liturgicum S. Cordis Jesu revelationibus S. Margaritae Mariae esse anteriorem.

Liberationis Civitatis Montispessulanae, dp. 1 cl. in civitate Montispessulanae (Montpellier), in gratiarum actionem pro liberata civitate a jugo Calvinistarum per Ludovicum XIII a. 1622.—Off. pr. 1890.—Festum Dni. Cal. Montispess. 11 Dec. 1913.—Arch.

F. **B. Mariae V. tit. Refugium Peccatorum,** dp. maj. in Societate Marianistarum, e conc. 21 Febr. 1921.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Matris Admirabilis,** dp. maj. apud sanctimoniales a SS. Corde Jesu. — Cal. 1914. — Romae in ecclesia SS. Trinitatis Montium, dp. 2 cl.—Imago delineata a. 1844 miraculis inclaruit; festum institutum est cum Pius Papa IX dei 20 Oct. 1856 coram et preces effuderit. Monstrat imago Virginem puellam nentem in Templi vestibulo. — Missa vot. sol. propria B.M.V. Matris Admirabilis concessa est pro omnibus ecclesiis Societatis Monialium a S. Corde Jesu, 9 Junii 1893.—Archiv.—Item in Missionibus Senegambiae hac die Missa vot. sol. ut in festo Puritatis B.M.V.—Cal. Congreg. SS. Spiritus et Immac. Cordis B.M.V. 1896.—Beissel, Wallf. 94.

Translatio B. Mariae V. ab Igne, dp. maj. in dioec. Fori Livii (Forlì) in Aemilia, quae evenit 20 Oct. 1640. — v. 4 Feb. Cal. 1842 et 1898.

Memoria Miraculorum B. Mariae V. (Prodigiorum B.M.V.), dp. maj. in Cal. dioec. Virdunensis, approb. a. 1914. Habetur hoc festum in Breviario Virdunensi a. 1524 sub tit. **Memoria Signorum Mariae.** dp.—Grotefend II 184. — Iconem S. Pulchronius a. 542 ex Oriente attulisse fertus. Festum institutum est in memoriam victoriae qua Albero episcopus Virdunensis dejecit Rainaldum LeBorgne comitem a. 1140.—Cath. Encycl. XV 351.—Off. pr. Virdun 1837.

Memoria B. Mariae V. de Candelaria, vulgo **N. S. del Aviso,** Limae in Peruvia, in ecclesia S. Pauli S.J., e voto civitatis pro cessatione terraemotus, 20 Oct. 1687. Imago enim B.M.V. de Candelario, quae colebatur in capella privata, lacrimas fudit ut moneret populum de judicio venturo.—Thurston, Three Hours' Agony, London, 1899, p. 12 ss.

F. **SS. Nominis B. Mariae V.** dp. maj. Off. pr. Ordinis Eremitarum S. Augustini, Antwerpiae 1674.—Bibl. Boll. Ex indulto Clementis X.

XXI

F. **B. Mariae V. tit. Mater Sanctae Spei,** dp. maj. in dioec. Ferentina, e conc. 18 Nov. 1852.—Cal. 1895.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. Auxilium Agonizantium,** dp. maj. in dioec. Crotonensi (Cotrone) in Calabria.—Ordo 1888.

F. **Puritatis B. Mariae V.** dp. maj. pro Congreg. SS. Redemptoris concessum, sed 16 Sept. 1815 remotum ad Dom. III Octobris.—Archiv.

"Commemoratio Virginis Mariae pro allatis per ipsam a Domino beneficiis", quae commemoratio singulis mensibus fieri solet. Ita in Fastis Ecclesiae Alexandrinae Coptorum. — Nilles II 708. — Haec memoria mensilis antiquitus facta est a Christianis indigenis Vallis Niliacae.—v. Harris 407.

XXII

F. **Sacerdotii Dni N. Jesu Ch.** dp. 2 cl. cum oct. in Sanctoriali Macloviensi 1768.—Bibl. Boll. et Insul.

Memoria B. Mariae V. in civitate Turris Annunciatae, dioec. Neapolitanae; omnes Missae de Beata, e conc. 2 Maji 1827.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Boloniensis,** dp. maj. in dioec. Atrebatensi, e concessione 13 Martii 1918.—Ordo 1922.—Ab angelis hanc imaginem in navi allatam dicunt a. 653; ita miraculis clara fuit, ut eam secum abstulerit Henricus VIII, Angliae Rex a. 1544 inter cetera urbis direptae spolia. Caeterum iterum recepta urbe ab Henrico II a. 1550, coactus est etiam sanctam imaginem reddere rex Angliae. Haeresi invalescente statua in puteum projecta est, sed sub nocte extracta et a. 1609 cultui reddita est. Incoronata 8 Sept. 1885.—Gump. 190.—Drochon 112.

F. **B. Mariae V. de Capite Rolandi** secundum Colvenerium saeculo XVII agebatur hac die in sanctuario proprio dioec. Pactensis in Sicilia (Capo d'Orlando). Festum istud hodiedum celebrari die 26 Julii 1924 me edocuit F. Merendino parochus Capitis Rolandi.—Die 22 Oct. 1598 S. Conon apparens hanc iconem in turri Agathyrsana deposuisse fertur.—Gump. 698.—Colv. 22 Oct. Annuario Catt. 1924, p. 541.

F. **B. Mariae V. tit. Matris Admirabilis,** dp. maj. in dioec. Cuernavaca (Mexic.) v. 20 Oct. Cal. 1911.

F. **B. Mariae V. Agonizantium Patronae,** dp. maj. in Cal. Missionariorum de la Salette. 1909.

Patrocinii B. Mariae V., dp. maj. in Congregatione Presbyterorum S. Mariae de Tinchebray.—Cal. 1915.

F. **Desponsationis B. Mariae V.** dp. maj. in Cal. Monialium O. S. Ben. Adorationis Perpetuae in Gallia 1827.—Archiv. et Bibl. Boll.—Idem festum dp. 2 cl. apud Annuntiatas B. Joannes Valesiae, cum off. et Missa propriis approbatis a Leone X Papa, 29 Aug. 1517. Denuo concessum pro hac die Annuntiatis dioec. Aginnensis a. 1862 et ad universum ordinem extensum 18 Jan. 1905.—Ordo Annunt. 1863.—Archiv.—Colv. 22 Oct.

Commemoratio solemnis B. Mariae V. Cazanensis (Kasanskaja), festum universalis Russorum Ecclesiae.—v. 8 Julii.—Institutum est hoc festum a. 1622 pro sola Moscovia, liberata civitate, 22 Oct. 1612, a

Polonorum jugo per Demetrium Posharski Ducem, qui iconem hanc secum ducebat. Anno 1648 extensum est festum ad universam Russiam.—Clar. Maltzew iconem a. 1721 Petersburgum translatam et 15 Sept. 1811 in nova Cathedrali B. Mariae V. Cazanensis esse collocatam dicit. Inscriptum est hoc festum etiam in Calendario Serborum.—Max. I 13, 138.—Sn. 665.—Mz. I 280.—Mrt. 258.

Memoria Iconis B. Mariae V. Graecae Andronici in Menologio Russorum.—Colitur imago in ecclesia monialium civitatis Wishnij-Wolotshek in gubernio Tverensi.—v. 1 Maji.—Mz. I 287.—Sn. 667.

XXIII

F. **SS. Redemptoris, Jesu Nazareni,** dp. maj. Romae et alibi ante reformationem Calendariorum; nunc dp. 2 cl. in Ordine SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum. — Cal. approb. 2 Dec. 1913. — dp. maj. apud Passionistas (1921) et in patriarchatu Latino Hierosolymarum, in dioec. Adriensi (2 cl., 1914, Sagiensi in Gallia (Séez).—Idem festum est Titulare Ordinis de Poenitentia, dp. 1 cl. oct. — Cal. 25 Martii 1914. — Item Titulare Congregationis Filiarum Calvarii, in Ordine Constantiniano (1919); in Congregatione SS. Redemptoris: dp. maj. sub titulo: Commemoratio SS. Redemptoris. — Imago Dni, spinis Coronati, de arce Mamorae (Morocco) a Mauris sublata et ignominia cumulata est. Anno 1681 a Trinitariis pretio redempta et agmine triumphali Matritum delata est, 23 Oct. 1682, ubi colitur in ecclesia Trinitariorum Calceatorum.—Ectypon Romae colitur in ecclesia S. M. in Monticelli.—Archiv.

F. **S. Spineae Coronae,** dp. maj., concessum 23 Aug. 1806 pro monialibus asceterii S. Caeciliae in Urbe.—Archiv.

F. **SS. Crucifixi Dni,** dp. maj. in archid. Eborensi (Evora) in Lusitania.—Cal. 1909.

F. **B. Mariae V. de Misericordia,** dp. maj. in dioec. Anconae, in gratiarum actionem pro liberata civitate a morbo asiatico; conc. 21 Junii 1881.—Propr. Anconae, 1890.

Commemoratio B. Mariae V. tit. Causae Nostrae Laetitiae per Missam vot. sol. B.M.V. celebratur in parochia S. Genovefae dioec. Bellovacensis (Beauvais), pro liberata civitate a peste a. 1715. — N. D. de France V 355.

Memoria B. Mariae V. de Salute per Missam vot. sol. de Beata, Genuae in ecclesia S. Sabinae.—Sett. rel. 1901, 42.

XXIV

F. **SS. Redemptoris,** dp. 2 cl. in ecclesia S. Genesii, Montis Genesii, dioec. Camerini, in Piceno, in honorem iconis miraculosae SS. Crucifixi.—Cal. O.F.M. Prov. Picenae 1905.

Unica Missa vot. sol. **Gratiarum actionis** in Congregatione Missionariorum S. Francisci Salesii, quo die a. 1860 approbata est Societas a Pio IX.

F. **Excellentiarum (Grandeurs) B. Mariae V.** dp. maj. cum officio proprio in Proprio Monialium O.S.Ben. Adorationis Perpetuae 1827. cf. 17 Sept.—Bibl. Boll.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Nazaret,** dp. maj. in archid. Belem de Parà in Brasilia. Cal. approb. a. 1912.—Archiv.—Colitur ibi in suburbio imago N. D. de Nazaret. v. Dom. IV Oct.

F. **B. Mariae V. Afflictorum Omnium Consolatricis** (Wsjech-Skorbjascych-Radost), Titulare ecclesiae palatii Imperialis Petropoli, ab Elisabeth Imperatrice aedificatae, agitur in universa Ecclesia Orthodoxa Russiae. Imago colebatur olim Mosquae in ecclesia Transfigurationis; a. 1688 Euthymia soror Euthymii patriarchae, precibus coram ea fusis subito sanata est; a. 1711 translata est Petropolim.—Mrt. 260—Max. I 140—Mz. I 296.—Alias icones B.M.V. Afflictorum Laetitiae enumerat Sn. 669-693.

XXV

F. **Humilitatis B.M.V.** dp. maj. in dioec. Narniae et Interamnae (Terni).—Off. pr.

XXVI

F. **Adventus S. Crucis Christi** secundum Gelenium saeculo XVII agebatur Coloniae in ecclesia S. Mariae ad Gradus (Ubia Sacra, 734). Hierotheca de thesauro hujus basilicae continet frustum Dominicae Crucis, cujus veritatem S. Anno ter miraculose comprobavit, et duas spinas de asperrima Christi corona.—Gel. 309.

Memoria Magni Terraemotus cum officio proprio apud Graecos et Russos agitur; quo terraemotu CPolis devastata est die 26 Oct. 740, sub Leone Isauro.—Men. Graeca.—Mz. I 305.—Processio supplicatoria fiebat olim hac die ad ecclesiam B.M.V. Blachernarum, ubi missa peragebatur. Max. I 140.

F. **SS. Redemptoris,** dp. 2 cl. Firmi in ecclesia O.F.Min. in honorem iconis miraculosae Dni.—Cal. O.F.M. Prov. Picenae 1905.

F. **B. Mariae V. tit. Auxilium Agonizantium,** dp. maj. in dioec. Anglonensi et Tusiensi.—Ordo 1900.

Commemoratio B. Mariae V., dp. maj. in Calendario Misnensi, edito a. 1801 a Gregorio Lock, episcopo Misnensi (Meissen) et utriusque Lausatiae Administratore. — Bibl. Boll. Istam commemorationem ritu simplici agendam jam habebant Breviaria dioec. Misnensis a 1485 et 1515. Grotefend, II, 1, 121. — In martyrologio Benedictino Bucelini (Boll. in praetermissis ad hanc diem) annuntiatur hodie: **"Commemoratio Matris Admirabilis",** quae eadem esse videtur ac praesens festivitas.

F. **B. Mariae V. tit. du Saint-Cordon,** dp. maj. ass. e Dom. infra Oct. Nativitatis B. Mariae V. in dioec. Cameracensi (Cambrai), ad quam e civitate Valencenorum extensum est 3 Sept. 1892.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Victoriis,** Titul. Eccl. propriae in urbe S. Ludovici (Missouri), assign. e Dom. ult. Oct. a. 1914, dp. 1 cl. oct.

XXVII

F. **B. Mariae V. tit. Gratiarum,** dp. maj.; "gratiarum actio pro causis notis", in dioec. Terracinae, Setiae et Piperni. — Off. pr. 1836.— Cal. 1895.—Haec festivitas primo concessa est pro dioec. Piperni (Piverno) 24 Jan. 1829, "eo quod regio a latronum incursu sit liberata".—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. Agonizantium,** dp. maj. in dioec. Triventina in Aprutio.—Ordo 1888.

F. **Puritatis B. Mariae V.** dp. maj. hac die agebatur (ante ref. Cal.) in archid. S. Ludovici in America Septentrionali. Die 27 Octobris 1849 in veteri S. Francisci Xaverii ecclesia (nunc eversa) incoronata est statua B. Mariae V. corona argentea ex voto Patrum Societatis Jesu tempore morbi asiatici emisso. — (Tabula lapidea in atrio ecclesiae novae S. Francisci Xav.)

Inventio Imaginis B. Mariae V. de Charitate, vulgo **del Cobre** per duas Missas de Beata fit in sanctuario proprio archid. S. Jacobi (Santiago de Cuba). — S. Mariae de Charitate Patrona Principalis est insulae Cubae ex indulto 6 Maji 1916. F. 8 Sept., dp. 1 cl. oct. A milite quodam ex Hispania allata, saeculo XVII in maris undis inventa et in pagum Cobre deportata est, ubi plurimis inclaruit prodigiis.—Sanjulian I 505.— Archiv.

F. **B. Mariae V. de Bono Consilio,** dp. maj. in dioec. Montisvidei in America Meridionali. — Cal. 1903, 1905 et 1912. — Bibl. priv. Domus Pustet.

XXVIII

F. **B. Mariae V. tit. Cancellatae,** Titul. Cathedralis et Patronae Princ. Civitatis et dioecesis Insulensis (Lille) in Gallia.—Cal. approb. 15 Julii 1914.—dp. 1 cl. oct. Statua B. Mariae V. usque ad genua cancellis cinctae a. 1066 a Balduino comite cultui exposita est Insulis, in ecclesia S. Petri. Die 28 Oct. 1643 civitas B. Mariae Cancellatae (de la Treille) dicata est. Nunc imago colitur in Cathedrali nova ex anno 1872; die 21 Junii 1873 incoronata est. Festum quod olim Dom. II post Pascha celebrabatur, ex decreto S.R.C. repositum est ad Dom. ult. Oct. v. etiam 14 Julii.—Ritu dp. maj. ad dioec. Cameracensem extensum 22 Mart. 1905.— Archiv.—In reformatione Calendariorum, die 15 Julii 1914 affixum diei 28 Oct.—Drochon, 86.—N. D. de France, II 430.—Beissel, Wallf. 431.— Guérin VII, 618.

XXIX

Memoria mensilis **Conceptionis, Nativitatis** et **Resurrectionis Dni** apud Coptos.—Syn. 91.

F. **B. Mariae V. Drepanitanae,** dp. 1 cl. Drepani in Conventu III O.F.M. Cal. III O.F.M. Romae 1869. v. 16 Aug.

F. **B. Mariae V. tit. Agonizantium,** dp. maj. in dioec. Panormitana (Palermo, Cal. 4 Maji 1914) et Calatanixectanae in Sicilia, apud Patres Societatis Mariae et Missionarios Societatis Mariae B. Ludovici Grignon.—Ordo 1899.

F. **Humilitatis B. Mariae V.** in dioec. Albani (suburbic.) dp. maj. —Ordo 1888.

F. **B. Mariae V. Gratia,** dp. maj. in dioec. Trojana in Apulia.—Off. pr.

XXX

F. **Belli de Benamarin,** seu **Triumphi S. Crucis** (Victoriae Christianorum), in gratiarum actionem pro victoria Alphonsi XI Hispaniae Regis et Alphonsi IV Lusitaniae Regis de Saracenis (Mauris) apud flumen Salsum, 30 Oct. 1340 ritu dp. maj. in dioec. Toletana et Eborensi **(Victoriae Benamarin apud flumen Salsum).** In dioec. Gaditana 31 Oct. —Propr. Toletanum 1808. — Ordo Ebor. 1910. — In dioec. Conimbricesi (Cal. 1915): **"Festum pro gratiarum actione ob victoriam de Saracenis relatam".** Item in dioec. Leirensi (14 Sept. 1920).—Archiv. In Cal. Toletano 1512: sex capparum.

F. **SS. Eucharistiae in Flammis Conservatae Faverniaci,** dp. 2 cl. in dioec. Bisuntina (Besançon). Cum noctu, 24 Maji 1608, ignis altare portatile consumeret, in quo servabantur duae hostiae pro solemni processione, illae hostiae per 33 horas insigni miraculo in aere suspensae manebant incolumes.—Off. pr. Bisuntina.—Festum est III classis in Brev. Bisuntino 1843 et in Breviario S. Claudii 1826.—Bibl. Boll. et Insulensis. Festum nunc agitur Fer. II infra Oct. SS. Corporis Christi.

Festum Sholakath, i. e. **Defluvii Lucis, Visionis S. Gregorii Illuminatoris,** signatur hac die in Menologio Armenorum. Vidit S. Gregorius Filium Dei descendentem cum angelis de coelo et terram malleo percutientem eo in loco, ubi nunc est ecclesia Edshmiatzin. Officium nunc persolvitur in Vigilia Assumptionis B. Mariae V.—In antiquo Calendario Armeno apud Conybeare 528 signatur ad 10 Qalotz, i. e. 18 Dec. Canonem de hoc festo v. Conybeare 23, ex quo patet, hanc solemnitatem esse festum Ecclesiae Universae et Sponsi Ejus, Christi.

F. **B. Mariae V. Rosarum,** dp. maj. Pillei (Piglio) in dioec. Anagnina.—Imago B. M. Mariae V. de Rosis sudore manavit 30 Oct. 1656 in signum quod cessaret pestis.—Ordo Anagn. 1888.—Officium concessum est 5 Sept. 1827.

F. **B. Mariae V. de Victoria** Romae in ecclesia S. Eusebii agitur hac die per Missam vot. sol. de Beata ex decr. 12 Sept. 1904. Festum peragitur a Confraternitate Scurculanorum.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Agonizantium,** dp. maj. apud PP. Infirmis Ministrantes S. Camilli; in ecclesia domus Exaerden in Belgio Titul. Eccl. prop. dp. 1 cl. oct.—Ordines: 1897, 1911, 1921.

Memoria Iconis B. Mariae V. Oserianae, in Menologio Russico. —Imago colitur in monasterio Kuriash, Charcoviae in Russia; apparuit saeculo XVI.—Aliud festum Dom. I post Pascha.—Mz. I 328.

F. **B. Mariae V. Tshislenae** (Tshislenskaja) notatur hac die post Snessorewam apud Mz. non indicantem locum ubi colatur.—v. 7 Mart.

XXXI

F. **B. Mariae V. de Paradiso,** dp. maj. in dioec. Cataniae in Sicilia, assign. e 4 Nov.—Off. pr. 1901.

F. **B. Mariae V. Agonizantium,** dp. maj. in dioec. Cariatensi in Calabria, e decr. 22 Apr. 1898.—Ordo 1901.

F. **B. Mariae V. Matris Pietatis,** dp. maj. in dioec. Saltensi et Tucumana in Argentina.—Ordo 1902, 1909 et 1911.

FESTA MOBILIA OCTOBRIS.

Dominica I Octobris.

Memoria SS. Redemptoris agitur hac die in honorem SS. Crucifixi terrae " Benzale di Cento ", dioec. Bononiensis (Bologna) e conc. 9 Dec. 1823.—Archiv.

SOLEMNITAS SACRATISSIMI ROSARII B. MARIAE V., dp. 2 cl. festum Ecclesiae Latinae universae.—Instituta est festivitas loco festi simplicis B.M.V. de Victoria, die 1 Apr. 1573, in gratam memoriam victoriae Christianorum ad Naupactum (Lepanto, 7 Oct. 1571) in iis ecclesiis celebrandum, in quibus altare vel capella foret B. Mariae de Rosario; victoria enim reportata est ea hora qua sodales SS. Rosarii de more processionem instituebant. Anno 1671 (centenario victoriae) festum cunctis Hispaniarum regnis concessum est; post victoriam ad Varadinum 5 Aug. 1716, ad universam Ecclesiam extensum, ritu dp. maj. Apud Patres Praedicatores Totum duplex cum octava solemni et officio propriissimo Hymni novi concessi sunt Praedicatoribus 5 Martii 1825.—Archiv.—Leo XIII Papa 11 Sept. 1887 ritum pro universa ecclesia elevavit ad dp. 2 cl., cum officio Praedicatoribus concesso.—Cf. Dom. III Apr.; ex decreto S. Rit. C. 25 Sept. 1913 festum in perpetuum assignatum est diei 7 Oct.—In Breviario Sarlatensi (Gallicano) 1677 hoc festum signatur sub titulo B. Mariae V. de Victoria, in civitate tantum. In Brev. Nemausensi 1831: B. Mariae V. de Victorià seu Rosarii B.M.V.—W. W. VIII 818.—Cath. Enc. XIII 1834.—Kellner 195.—Buchberger, II 1822.

F. B. **Mariae V. Advocatae Peccatorum** ante institutionem festi SS. Rosarii hac Dominica in honorem imaginis Matris Mariae Filium Jesum deprecantis agebatur Messanae in ecclesia propria in suburbio.—Gump. 1122.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** patronale in sanctuario proprio apud Mantuam agebatur tempore Pii II Papae, qui anno 1459 indulgentias concessit pro hoc festo. Ecclesia magnifica a. fere 1300 exstructa est post cessationem pestis a Francisco Gonzaga marchione.—Fam. Mar. (Maracci) sub Pio II.—Gump. 122.

F. **B. Mariae V. tit. Remediorum,** patronale Terrae Sanabriae dioec. Asturicensis (Astorga) in Hispania; colitur imago in sanctuario pagi Otero.—Postins 811.

Prima Feria II Octobris.

F. **B. Mariae V. de Pietate,** Frasni in dioec. Tarasoniae in Aragonia. Imago colebatur in parvo eremitorio e saeculo XV. Anno 1723 translata est in templum magnificum, die 19 Junii; varia miracula v. apud Faci 167.

Feria II post Dom. I Octobris.

Solemnitas SS. Rosarii B. Mariae V. in ecclesia Mediolanensi (Milano); ritus Ambrosianus enim non admittit festa in Dominica.—Ordo Ambr. 1888.

Sabbato post Octavam S. Michaelis Archangeli.

Commemoratio Septem Gaudiorum B. Mariae V., f. simplex in Cathedrali Hildesiensi (Hildesheim). — Off. pr. 1881. — Canitur Missa solemnis votiva de Gaudiis Mariae cum quinque orationibus, sequentia "Ave praeclara maris stella", Gl. Cr. (Missae prop. Hildesiae). Haec commemoratio, "Missa Aurea" vocata, celebrari coepit saeculo XIII ab Hildebrando abbate in ecclesia S. Godehardi; deinde ab Othone praeposito S. Mauritii, postea praesula Hildesiae, ad Cathedralem et ad ecclesiam S. Mauritii extensa est.—Franz, 285; Beissel 324.—Dioecesis Hildesiensis est unica quae hoc festum et aliud Compassionis B.M.V., exeunte aevo medio orta, usque ad nostra tempora retinuit.—Schuetz, III 241.

Dominica II Octobris.

Solemnitas Corporis Christi Macai in China; omnes Missae de SS. Sacramento.—Cal. 28 Julii 1814.—Haec solemnitas tempore autumnali habetur, cum calores aestivi Macai solemnitatem mense Junio non admittant.

F. **Sacerdotii Dni N. Jesu Ch.,** solemne majus, in Breviario Briocensi (Saint-Brieuc) 1824. In Brev. Briocensi 1813 fuerat solemne minus. Bibl. Boll.—Bibl. Insulensis.

F. **SS. Cordis Jesu,** solemne majus in Breviario Mimatensi (Mende) 1829.—Bibl. Boll. et Insulensis.

F. **Triumphi S. Crucis,** dp. maj. concessum pro ecclesia Collegiata (nunc Cathedrali) Carrariae, tunc dioec. Sarzanae, 26 Nov. 1806.—Archiv.

F. **SS. Redemptoris,** dp. 2 cl. in archid. Lyciensi (Lecce) et dioec. Brictinoriensi (Bertinoro).—Calend.

F. **Dni N. Jesu Christi Crucifixi,** Dom. II Oct. signatur inter festa patronalia dioecesis Brictinoriensis (Bertinoro) in Aemilia v. Annuario Cattolico 1924, p. 444.

Solemnis Commemoratio Detectionis et Conversionis Americae per Missam vot. sol. SS. Trinitatis, S. Spiritus vel S. Mariae fit in provincia ecclesiastica de Michoacan (Mexico) ex decr. Episcoporum provinciae 3 Sept. 1912.—Ordo O. F. Min. Prov. Mex. 1921.

F. **Maternitatis B. Mariae V.** dp. maj. in appendice Breviarii Romani ante reformationem Calendariorum. Primo concessum pro clero Lusitaniae, 22 Jan. 1751, Dom. I Maji; pro Dom. II Oct. extensum ad ditionem Venetiarum a. 1752; ad regnum Neapolitanum a. 1778, Perusiam a. 1800, ad Etruriam a. 1807 et deinde ad universum fere orbem. Romae in ecclesia S. Augustini dp. 2 cl. cum oct. in honorem imaginis celeberrimae B. Mariae V. de Partu; dp. 2 cl. in Societate Divini Salvatoris.—In toto Trinitariorum Ordine: **Maternitas B. Mariae V. Nostrae Familiae Titularis,** dp. 1 cl. oct. in honorem imaginis B.M.V. de Remediis. v. 7 Oct.—In reformatione Calendariorum hoc festum sublatum est, sed retentae Missae pro solemnitate externa in aliquibus locis; v. g. Lucerae (Cal. 26 Oct. 1914) una Missa; Romae in eccl. S. Augustini omnes Missae de Matern. (conc. 12 Jan. 1916).—Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. conc. 1 Dec. 1818 pro Cathedrali et dioecesi Camerini.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. Refugii Peccatorum,** dp. 2 cl. Marsalae (Lilybaei) in dioec. Mazariensi in Sicilia agitur; in dioec. vero dp. maj. Dom. III Maji.—Ordo Mazariae 1888.

Commemoratio Coronationis Imaginis B. Mariae V. de Clivo Gallorio, dp. maj.—Coronatio evenit die 20 Oct. 1816. Festum pro sanctuario Vallis Ariciae O. Camald. cum additione ad VI lectionem conc. 7 Jan. 1817.—In Ordine Albanensi 1888 fit de hoc festo Ariciae et Cynthiani (Genzano) tantum. Ex indulto 21 Oct. 1908 extensum ad totam dioecesim Albanensem. Se manifestavit Maria in hac imagine a. 1621.—Ricc. V 182.

Dedicatio S. M. de Providentia hac Dom. sub officio B. Mariae V. fit Messanae in sanctuario proprio. SS. Mater Dei de Providentia apparuit a. 1610 tempore famis.—Gump. 1137.—In Cal. Messanensi 1900 hoc festum fit Dom. I Nov. dp. maj.

F. **B. Mariae V. de Monteserrato** hac Dom. in sanctuario homonumo, Messanae dedicato a. 1600 in arce civitatis a militibus hispanis; anno 1633 nova et splendida ecclesia exstructa est.—Gump. 1123.

F. **Puritatis B. Mariae V.** dp. maj. in dioec. Platiensi (Piazza) in Sicilia.—Ordo 1904.

F. **Coronationis Imaginis B.M.V.** dp. maj. in dioec. Septempedana (San Severino), conc. 9 Nov. 1817.—Imago recolitur extra moenia civitatis in ecclesia Praedicatorum; incoronata a Capitulo Vaticano.—Archiv.

Memoria Annuntiationis B. Mariae V. fit hac Dom. in civitate Turris Annuntiatae, dioec. Nolae, per Missam vot. sol. ut 25 Martii ex indulto S.R.C. a. 1849.—Ordo 1895.

F. **B. Mariae V. titulo Sanitatis,** dp. maj. Paracorii (Varapodio) in dioec. Oppidi in Calabria.—Ordo Oppidi, 1888.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Eugubina (Gubbio). —Ordo 1901.

F. **B. Mariae V. Victoria,** Patr. Princ. civitatis Sermonetae, dioec. Setiae (Sezze) in Campania, dp. 1 cl. oct.—Ordo Terracinae 1899.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. maj. in ecclesia S. Bartholomaei de Ginestra, dioec. Brugnatensis, in Liguria; cultus iconis cum miraculis incepit a. 1715.—Pitto, Lig. Mar., Riva Orient. 425.

F. **S. Mariae a Mari,** Corneti in ecclesia S. Antonii abb.—Ex epistola Revmi Angeli Rossi Episc. Centumcellarum, a. 1888.

F. **Humilitatis B. Mariae V.** dp. maj. in dioec. Clavarensi (Chiavari) in Liguria, e conc. 24 Martii 1899.—Cal.

F. **B. Mariae V. Matris Dei de Begoña,** Patr. Princ. Prov. Viscayae in Hispania, dp. 1 cl. oct. in tota provincia Viscaina officium de Maternitate Mariae praeter antiphonas ad Cantica et VI lectionem. v. 8 Oct.

Patrocinii B. Mariae V. de Monte, dp. 1 cl. oct. in dioec. Funchalensi.—Ordo 1910.—v. 9 Oct.

F. **B. Mariae V. de Cingulo,** Dertusae (Tortosa) ab immemoriali hac Dominica agebatur ante Concilium Tridentinum; a. 1725 denuo a S. Rit. C. approbatum, sed 9 Martii 1867 ritu dp. 1 cl. ad Dom. I Sept. translatum est, q. v.

F. **B. Mariae V. de Remediis,** Patr. min. princ. Calceat. Ord. SS. Trinitatis de Redemptione Captivorum, concessum a S. Rit. C. 12 Junii 1727. Sed propter lites exortos inter Trinitarios et Mercedarios S. Rit. C. decretum revocavit 23 Jan. 1730.—Gardellini II 327.—De hac re specialis bulla publicata 29 Julii 1730. — Ubicunque stationem habet religio SS. Trinitatis, ibi quoque sedem habet statua B.M.V. de Remediis, e qu'' us

celeberrima imago quae Matriti colitur, ex Anglia allata; alia Valentiae (7 Oct.). Nostro aevo hoc festum agitur sub titulo et officio Maternitatis, dp. 1 cl. oct.—Discalceatis Trinitariis f. Maternitatis Mariae ritu dp. 2 cl. concessum est 13 Julii 1832.—Bomb. III 147.

F. **Prodigiorum B. Mariae V.** dp. maj. in dioec. Fluminis Januarii, Olindae, Belem de Parà et alibi in Brasilia.—Off. prop.

F. **Iconis B. Mariae V. tit. Refugium Peccatorum** in civitate Arens in Aragonia, dioec. vero Dertusae (Tortosa); imago allata est a. 1647 a duce militum, qui ibi eremiticam vitam ducebat.—Faci II 534.

F. **B. Mariae V. a Charitate;** omnes missae de Beata in publico Oratorio rurali civitatis Terracinae, ubi imago recolitur. Conc. 19 Sept. 1801.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. Auxilium Christianorum,** in ecclesia nosocomii Ilerdensis, e conc. 6 Oct. 1919.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Consolatricis Afflictorum,** Patronale ecclesiae N. D. du Perray, non ita procul a Parisiis, dp. 1 cl. oct.—Semaine Religieuse, Paris 1910, Samedi 8 Oct.

Puritatis B. Mariae V., Patronae Nostrae Congregationis, in Calendario ecclesiae S. Pauli Majoris Congregationis Regularium S. Cajetani (Theatin.), Neapoli, dp. 2 cl.—Cal.

F. **B. Mariae V. Magnae Hungarorum Dominae,** dp. 2 cl. in universo Hungarorum Regno (ante revolutionem) e conc. 28 Julii 1896.—Archiv. v. 8 Oct.

Illatio Imaginis B. Mariae V. in monasterio Can. Regul. S. Augustini Cellae S. Mariae (St. Märgen) in hodierna archidioecesi Friburgensi. Dom. II Oct. 1723 enim imago e domo Canonicorum Omnium Santorum Friburgi relata est in Cellam S. Mariae, ubi eam collocaverat a. 1120 Bruno fundator. Institutum est festum a. 1723. — A. Mueller, Deutschlands Gnadenorte, I 322 ss.

F. **B. Mariae V. Divini Pastoris Matris,** dp. maj. in dioec. provinciae ecclesiasticae Guadalajarae in Mexico.—Ordo 1889. Item Panormi in monasterio Septem Angelorum Monialium Ordin. Minim. e decr. 20 Sept. 1850.

F. **Gaudiorum B. Mariae V.** dp. maj. in dioec. Ruremondensi in Hollandia.—Ordo 1895.

F. **Patrocinii S. Joseph Sponsi,** dp. 2 cl. in Lusitania. Off. 1792 et 1882. Item Romae, in eccl. S. Antonii Lusitanorum.

Feria II post Dom. II Octobris.

F. **B. Mariae V. Matris S. Spei,** dp. 2 cl. in dioec. latina Syrae in Graecia. — In Cal. 19 Jan. 1916 approbato.—Archiv.—Colitur ibi imago Matris S. Spei.

Dominica post festum S. Dionysii (9 Oct.).

F. **S. Spineae Coronae Dni,** in dioec. Audomaropolitana (Saint-Omer) in Gallia.—Off. propr. 1610. Bibl. Boll. Item in Proprio Ruremondi 1605. Bibl. Insul.

F. **SS. Reliquiarum Dni,** Suessione in Gallia (Missale a. 1516), festum Domini, institutum a. fere 1207.—v. Anal. hymn. X 36.

Dominica III post festum S. Michaelis (29 Sept.).

F. **Gaudiorum Mariae** in Breviario exemptae ecclesiae SS. Simonis et Judae in civitate Goslar in Germania, 1522.—Grotefend II 58.—Tria Sabbata post festum S. Michaelis, indulgentiis ditatae, vocantur Sabbata Aurea. Maxima devotione his sabbatis ad Missam solemnem vot. B. Mariae V. fideles confluunt ad imagines B. Mariae V. prodigiales, praesertim in Germania superiore. — v. Kolb, Marianisches Oberösterreich 148. — Ipsa angelorum Domina Ferdinando III Imp. apparuisse (a. 1647), eumque hanc devotionem docuisse traditur.—Maria Waldrast, die Drei Goldenen Samstage.

Dominica III Octobris.

F. **SS. Redemptoris,** dp. maj. in dioec. Reatina (Rieti), in Calend. approb. 10 Martii 1827.

F. **Sacerdotii Dni N. Jesu Ch.,** solemne majus, in Brev. Aniciensi (LePuy) 1784; item solemne minus in Brev. Nanceiensi 1813 et 1838; in Brev. Corisopitano (Quimper) 1835 (sol. maj.).—Bibl. Boll. et Insul.

F. **SS. Cordis Jesu,** solemne majus. Brev. Parisiense 1787.

F. **S. Spineae Coronae,** in ecclesia parochiali Coxtae (Costa di Rovigo), dioec. Adriae (Italia), ex indulto SS. D. N. Pii Papae IX; hac Dom. unica cantata Missa solemnis de S. Spinea Corona D. N. J. C.—Ordo Adriae 1888.

F. **SS. Crucifixi (SS. Redemptoris),** dp. maj. in civitate Montelupone, dioec. Lauretanae e conc. 18 Nov. 1823.—Archiv.

F. **Dni Jesu Ch. Crucifixi,** Fori Sempronii (Fossombrone) in Aemiliae, in ecclesia S. Felicitatis, per Missam vot. sol. Exalt. S. Crucis, ex indulto 3 Aug. 1901.—Archiv.

F. **Puritatis B. Mariae V.** dp. maj. in Appendice Breviarii Romani ante reformationem calendariorum. Concessum pro Portugallia, Dom. ult. Junii agendum, 22 Jan. 1751.—Pro ditione Venetiarum, Dom. III Oct., a 1752, pro regno Neapolitano a. 1778, pro Etruria a. 1807 etc.—Romae in ecclesia S. Aegydii O. Carmel. dp. 2 cl.—Vici (Equense) in dioec. Salernitana in ecclesia CC. RR. Infirmis Ministrantium Titulare propriae ecclesiae dp. 1 cl. oct.—Colv. 14 et 16 Febr.—Cal. In Cal. Lucensi, a. 1914 h. D. duae Missae de Puritate Mariae.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. Mater Salutis,** dp. maj. cum officio Puritatis Mariae concessum die 30 Junii 1818 pro Notabili, dioec. Melitensis (Malta) in ecclesia Convetualium.—Ordo Convent. Melit. 1894.

F. **B. Mariae V. de Salute,** dp. 2 cl. Genuae in ecclesia Eremitarum S. Augustini, e conc. S.R.C. 30 Maji 1904.—Archiv.—Signatur idem festum pro ecclesia sororum, quae vocantur "Boccadasse", Genuae.—Settim. relig. 1901, 42.

F. **B. Mariae V. Gratiarum** tit. "festa detta del Voto alla Madonna delle Grazie" numeratur inter festa patronalia dioec. Pisaurensis in Annuario Catholico 1924, p. 454.—Sanctuarium S. M. Gratiarum celeberrimum est in civitate Pisaurensi (Piceno).

F. **Coronationis B. Mariae V. de Constantinopoli,** Patr. Princ. Civit. Graniani ac Patr. dioec. Castriadmaris (Castellamare) dp. 1 cl. cum oct.—Ordo 1895.—Nunc f. fit die 10 Oct.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Pergolensi in Piceno.—Ordo 1897 et 1911.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Eugubina (Gubbio), e conc. 30 Sept. 1817.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Centumferris,** dp. 1 cl. cum oct., Titulare ecclesiae parochialis et Patr. Princ. civitatis Panayae (di Spilinga), in dioec. Tropeensi in Calabria.—Ordo 1895.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. maj. in dioec. S. Angeli in Vado in Piceno.—Ordo 1887.

F. **B. Mariae V. Miraculorum** h. Dom. fieri Romae in eccl. SS. Apostolorum, saltem per M. vot. B.M.V., v. Diario Rom. 1921, p. 186.

F. **Maternitatis B. Mariae V.** dp. maj. Neapoli, Salerni etc.—Cal.

F. **B. Mariae V. de Succursu** in publico Oratorio S. M. de Succursu, Florentiae (Firenze). Omnes Missae de Beata, e conc. 5 Julii 1814. —Archiv.

F. **B. Mariae V. de Majestate,** Predappio, dioec. Brictinoriensis (Bertinoro) in Aemilia, numeratur inter festa patronalia ejus dioeceseos in Annuario Catholico 1924, p. 444.

Memoria B. Mariae V.; omnes Missae de Beata, in terra Penzale di Cento, dioec. Bononiensis (Bologna), e conc. 9 Dec. 1823.—Archiv.

Solemnitas B. Mariae V., Titularis ecclesiae in Howeah, archid. Calcuttae in Indiis orientalibus, dp. 1 cl. oct. Officium ut in Communi festorum B.M.V. (non Puritatis).—Cal. Archid. Calcuttae 1910.

F. **B. Mariae V. tit. Refugium Peccatorum,** dp. maj. e conc. 21 Jan. 1679 celebratur in regali conventu monialium O. F. Min. Matriti.—Decr. apud Garellini.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Pietatis,** dp. maj. pro provincia S. Antonii in Lusitania O. F. Min. strictioris Observantiae, conc. 7 Junii 1826. Idem festum in universo Patriarchatu Goae in India; item in archid. Bracarensi (Braga) e conc. 12 Sept. 1906.—Patr. Princ. dioec. Damaensis in India Orient. dp. 1 cl. oct. ex indulto 8 Junii 1904.—Archiv.—Officium pulcherrimum est, medii aevi pietatem sapiens, celebrat Dolores B. Mariae V. sub pede Crucis.—Off. pr. Goae.

Dominica ante festum S. Lucae.

F. **S. Reliquiarum Christi et Mariae** e CPoli allatarum, in monasterio Laetitiensi in Hannonia.—Bal. 525.

Feria II post Dom. III Octobris.

F. **B. Mariae V. Matris Boni Consilii secundo,** dp. 2 cl. in civitate Scodrensi (Scutari) in Albania; extra civitatem dp. maj.—Cal. Albaniae 1921. Ib. 26 Apr. F. B. Mariae V. de Bono Consilio, Patr. Albaniae, dp. 1 cl. oct. — Imago B. Mariae de Bono Consilio a. 1467 "angelorum manibus" e Scodra Genestanam (Genazzano) in Latinum translata esse fertur, unde Albanenses hodiedum imaginem summo fervore recolunt.—v. 25 Apr.

Dominica post 17 Octobris.

Translatio Verae Crucis Dni N. Jesu Ch. in civitate Baugé, dioec. Andegavinae (Angers) in hospitio monialium SS. Cordis Jesu. Anno 1241 haec reliquia allata est a Joanne de Aleia equite et monachis Bosseriae dono data; a. 1790 translata in hospitium die 17 Oct., unde hoc festum institutum a. 1862.—Rohault, 306.

Dominica proxima diei 22 Octobris.

F. **B. Mariae V. a Pace,** dp. maj. in dioec. Asculana in Piceno. Quod festum pro 14 Maji concessum est die 10 Julii 1802, agendum in oppido Ancarani, dioec. Asculanae; extensum est ad totam dioecesim a Pio VII, die 18 Sept. 1802. Hanc iconem ab exilio redux incoronavit ipse Pius VII et pro festo concessit officium proprium. Festum S. Mariae Pacis est titulare ecclesiae majoris et Patr. Princ. oppidi Ancarani dioec. Asculanae, dp. 1 cl. oct.; imago colitur Ancarani.—Archiv.

Dominica post 19 Octobris.

F. **S. Mariae Pacis,** Patronae Princ. Stellae et Albissolarum, dioec. Savonensi dp. 1 cl. cum oct.; dp. 2 cl. in dioec. Savonae, e concessione 23 Aug. 1794. v. 17 Oct.

Sabbato ante Dom. IV Octobris.

F. **S. Mariae de Pace,** dp. maj., Gallicani, dioec. Praenestinae (Palestrina), ubi colitur imago.—Cal. approb. 23 Apr. 1914.—v. Dom. IV Oct.

F. **B. Mariae V. de Libera,** dp. 2 cl. in dioec. Aquini.—Cal. approb. 28 Martii 1914.—Archiv.—v. Dom. IV Oct.

Dominica IV Octobris.

F. **SS. Redemptoris,** dp. 2 cl. in dioec. Ratisbonae; dp. maj. in dioec. Astensi, e conc. 4 Aug. 1899.—Archiv.

F. **Jesu Nazareni** cum Missa de SS. Redemptore fit hac die Romae in ecclesia S. Mariae "alle Fornaci". Diario Romano, 1823 et sequentia.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. 1 cl. oct. in ecclesia "S. M. delle Grazie" oppidi S. Genesii, dioec. Camerini, e conc. 28 Junii 1910. Festum olim agebatur Dom. II Julii, dp. maj. in dioecesi.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in Calendario III Ordinis Regul. O. F. Min., approbato 12 Apr. 1911.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Gratia,** dp. maj. in dioec. Eporediae (Ivrea) in Pedemonte.—Ordo 1901 et 1907.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in archid. Utinensi (Udine) in honorem iconis Deiparae, quae a. 1460 e CPoli allata est et colitur in Cathedrali, prodigiis clara. Festum concessum est 1 Sept. 1864 cum officio proprio.—Propr. Utinense 1865.—Deest in Cal. novo (1914).

F. **B. Mariae V. de Libera,** dp. maj. in dioec. Aquinensi (Italia).—Ordo 1910. Nunc agitur sabbato praecedente, dp. 2 cl.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Pace** in dioec. Praenestina, dp. maj.—Cal. 1909. Nunc agitur Sabbato praecedente.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Arcu,** Titulare ecclesiae propriae in civitate Barensi in Apulia, dp. 1 cl. oct., cum officio dioecesi Nolanae concesso, ex indulto 1 Feb. 1905.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. Auxilium Agonizantium,** concessum pro regno utriusque Siciliae, 18 Nov. 1823; item in Cal. SS. Salvatoris in Brasilia, 1902.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Pace,** dp. maj. in dioec. Tropeae in Calabria, item in dioec. Mileti (Calab.), Altodunensi (Montalto), Aprutina (Teramo) etc.—Cal.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. maj. in dioec. Aretina (Arezzo), Eugubina (Gubbio), Urbevetrana (Orvieto).—Cal.

F. **B. Mariae V. Divini Pastoris Matris,** dp. maj. in dioec. Capuana, Nuscana, Marsicana, Carrariensi; apud Piaristas et Minimos S. Francisci de Paula.—Cal.

F. **Humilitatis B. Mariae V.** dp. maj. in dioec. Perusina, Casertensi, Assisiensi et Sebenicensi; item in Ordine S. Crucis (1910).—Cal.

F. **B. Mariae V. tit. Misericordiae,** dp. maj. in dioec. Oppidi in Calabria et Bisarchiensi in Sardinia (Conc. a. 1891).—Cal.

F. **B. Mariae V. tit. Salus Infirmorum,** dp. 2 cl. Valliscursae (Vallecorsa) in dioec. Cajetana (Gaeta), concess. 30 Junii 1889. — Cal. Cajet. 1894.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. maj. in dioec. Sutrina, e conc. 14 Jan. 1823.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. Refugium Peccatorum,** dp. maj. in dioec. Aversana (Ordo 1833 et 1896) Amalphitana (1896) et Capuana (Ordo 1896) et apud Missionarios S. Joseph in Mexico.—Ordo 1911.

F. **B. Mariae V. de Refugio,** dp. maj., die 23 Augusti 1806 concessum pro Ordine Reformato S. Francisci in Etruria. Imago colitur Senalongae (Sinalunga) in dioec. Pientina in ecclesia Fratrum Minorum. —Archiv.

F. **B. Mariae V. de Consolatione,** dp. maj. in dioec. Uxentina in Apulia.—Ordo 1895.

F. **B. Mariae V. de Perpetuo Succursu,** dp. maj. in Cal. Albiensi (Alby) in Gallia.—Ordo 1900. assign. e Dom. ante 24 Junii, q. v.

F. **B. Mariae V. Miraculorum Andriae,** dp. maj. in dioec. Rubensi (Ruvo) in Apulia. — Ordo Rubi 1902. — v. Dom. I Maji et Dom. infra Oct. Nativ.

Memoria B. Mariae V. Dolorosae in oppido "Val di Botta", dioec. Florentinae (Firenze), per Missam vot. sol. B.M.V. Dolorosae cum Sequentia; ex indulto 18 Nov. 1898.—Archiv.

Memoria B. Mariae V. Perdolentis in ecclesia Capuccinorum Montis Sancti, dioec. Firmanae, e conc. 15 Maji 1821.—Archiv.

Memoria Nativitatis B. Mariae V. in oppido Monistero, dioec. Senensis (Siena) e conc. 25 Maji 1805. Una Missa vot. sol.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Victoriis,** Titulare ecclesiae pr. Parisiis, dp. 1 cl. oct. Ecclesia ista aedificata est a Ludovico XIII post inclytum ejus in Rupella expugnata de Calvinistis triumphum a. 1628. In hac ecclesia a. 1836, originem sumpsit celeberrima illa archiconfraternitas Immaculati Cordis B. Mariae V. pro conversione peccatorum. Idem festum Londinii in ecclesia N. D. de France, dp. 1 cl. oct.—Ordo Marist.—N. D. de France I 87.—Drochon 17.—Guérin XIV 45.

F. **Patrocinii B. Mariae V.** dp. maj. in universa fere Gallia et Anglia, in dioec. Spirae, Limburgi, Moguntina etc.—Klein 136.

Purissimi Cordis B. Mariae V. dp. in dioec. Bajocensi (Bayeux); in Cal. approb. a. 1914; duae Missae de Pur. Corde B. Mariae V.; item in dioec. Burgi S. Sepulchri et Cremensi (Italia). — Cal. III O. F. M. Romae 1869.

F. **B. Mariae V. tit. Sanctae Spei,** Contitularis ecclesiae S. Lupi, oppidi Mesnil, dioec. Trecensis (Troyes), dp. 1 cl. oct.—Ordo Congr. S. M. Montis Olivarum O. S. Ben. 1901.—Concessum est f. ritu dp. maj. 8 Julii 1852 propter confraternitatem eodem anno institutam. Elevatus est ritus ad dp. 2 cl. 18 Nov. 1852. Anno 1864 Olivetani curam sanctuarii susceperunt.—Drochon, 1236.—N. D. de la Sainte Esperance, Troyes 1860.

F. **B. Mariae V. de Nazareth,** dp. 1 cl. in civitate Belem de Parà in Brasilia, dp. maj. in dioecesi, et in dioec. Amazonensi.—Off. Pr. 1907. —Ordo 1907 et 1912.—Imago prodigiis clara S. Mariae de Nazareth colitur in ecclesia homonyma suburbii Nazareth civitatis Belem de Parà.—In Cal. Belem, 14 Aug. 1913, duae missae vot.—Nunc agitur f. die 24 Oct.

F. **B. Mariae V. Pietatis,** conc. pro dioec. Braganza in Lusitania, 22 Junii 1824.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. Pietatis,** dp. 2 cl. Neo-Friburgi in Brasilia, in Collegio Soc. Jesu.—Ordo S. J. Prov. Romanae 1907 et 1909.

Memoria B. Mariae V. Immaculatae fit h. Dom. in civitate Acena de la Ruente dioec. Salmanticensis, per Missam vot. sol. Immaculatae Conceptionis e conc. 14 Martii 1903.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Bono Succursu,** in ecclesia B. Mariae V. de Mercede, civitatis Vich in Hispania, per Missam vot. sol. B. Mariae V. ex decr. 7 Nov. 1900.—Archiv.

Sabbato ante Dominica ultimam Octobris.

F. **Patrocinii B. Mariae V.** dp. maj. in Cal. Instituti Filiarum SS. Cordis Jesu, approb. 4 Maji 1914.—Archiv.

Dominica ultima Octobris.

F. **SS. Redemptoris,** dp. 2 cl. in civitate Montelupone dioec. Lauretanae.—Ordo Laureti 1887.

Memoria SS. Nominis Jesu in sacello proprio Cathedralis civit. Beja in Lusitania, e conc. 10 Maji 1826.—Archiv.

F. **SSmi Dni Crucifixi** fit in ecclesia S. Nicolai oppidi Cantalupe, dioec. Tiburtinae, e conc. 4 Sept. 1821.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Guardia,** Titul. ecclesiae O. F. Min., Cataniae in Sicilia, dp. 1 cl. oct.—Ordo O. F. Min. Prov. Messanensis 1900.

F. **Puritatis B.M.V.** in dioec. Bojani.—Off. pr. Bojani 1877.

F. **B. Mariae V. de Succursu** in dioec. Montis Politiani (Montepulciano).—Off. pr. dp. maj.

Translatio depictae Imaginis B. Mariae V. e civitate Serrae Bivongum, dp. maj., Bivongi in dioec. Scyllacii in Calabria.—Ordo 1887.

F. **B. Mariae V. Pacis,** dp. maj. sub officio dioec. Asculanae concesso, in Collegiata B.M.V. de Pace in civitate Capistrani, dioec. Valvensis (Italia), e conc. 10 Maji 1825.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Agonizantium,** dp. maj. in dioec. Siculis: Syracusana, Pactensi, Jaciensi et Netina; item in dioec. Isclae (Ischia 1842), Gallipolitana (1898), Compsana (1899), Campaniensi et Bituntina; item in provincia ecclesiastica SS. Salvatoris et Belem de Parà, in Brasilia.—v. Cal.

F. **B. Mariae V. Cancellatae** (de la Treille) Patronae civit. Insulensis in Gallia. dp. 1 cl. cum oct. extensum ad dioec. Cameracensem, dp. maj., 22 Martii 1905. v. 28 Oct.

F. **B. Mariae V. de Lumine,** dp. maj. Salemi, dioec. Mazariensis in Sicilia, in honorem iconis S. M. de Lumine.—Cal. 1888 et 1905.—Archiv.

F. **Nostrae Dnae a SS. Corde,** tit. **Matris Gratiarum,** dp. maj. in ecclesiis provinciae Tyrolensis Servorum Mariae; Oeniponte (Innsbruck) vero in ecclesia Servitarum dp. 2 cl., quia ibi colitur imago. Off. pr. Serv. Prov. Tyrol. 1900.

F. **B. Mariae V. de Victoriis,** Titul. ecclesiae prop. in Urbe S. Ludovici de Missouri, dp. 1 cl. oct. Huic Dominicae assignatum est festum 8 Aug. 1872, cum officio approb. pro ecclesia homonyma Parisiensi 24 Jan. 1829. v. fol. propr. Nunc agitur die 26 Oct.

F. **Patrocinii S. Mariae V.,** Beverlaci in Anglia, dp. 1 cl. oct.; item in dioec. Turonensi, dp. maj.

F. **B. Mariae V. Divini Pastoris Matris,** dp. maj. apud Clericos Regulares Matris Dei; in dioec. Lucensi (Etruria) et in dioec. Andriensi (Apulia)—Cal.—Clericis Matris Dei concessum est festum die 1 Octobris 1803.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Suffragio,** dp. maj. in Cal. Missionariorum B.M.V. de la Salette, 1909.—Cal.

F. **B. Mariae V. de Consolatione** per Missam vot. sol. hac Dom. celebrari Bononiae in ecclesia S. Stephani, praesens didici a. 1900.

NOVEMBER.

I

MEMORIA **B. Mariae V. de Palma** in capella sodalitatis homonymae in civitate Gadicensi (Cadiz); ex indulto S.R.C. 2 Junii 1802 dicitur una Missa de Beata.—Archiv.

III

Commemoratio B. Mariae V. de Monte Carmelo, dp. maj., die 24 Julii 1805 concessum Eremitis S. Augustini Provinciae Portugalliae.—Archiv.

IV

F. **B. Mariae V. a Paradiso,** Patr. Princ. civit. et dioecesis Mazariensis in Sicilia, dp. 1 cl. cum oct. et officio proprio. In dioec. Drepanensi et Catanensi dp. maj. Vetustissima imago colitur in sanctuario proprio. S. Maria de Paradiso electa est in Patronam et festum concessum a. 1797, officium proprium 22 Martii 1806. Festum Coronationis concessum est 22 Mart. 1817 pro Dom. II Julii.—Ordo Maz. 1888.—Off. pr. in Proprio Cataniae.—cf. Cal. approb. 23 Apr. 1914.

V

Translatio Domus Lauretanae, dp. 2 cl. in conventu Capuccinorum Victoriae, dioec. Syracusanae in Sicilia. Externa solemnitas: duae missae Dom. II Nov.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Suffragio,** dp. maj. apud Sacerdotes Congregationis B.M.V. de Tinchbray.—Cal. 1910.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. maj., 24 Julii 1805 concessum Eremitis S. Augustini Prov. Portugalliae.—Archiv.—v. 2 h.

F. **B. Mariae V. Smolenscensis** (Smolenskaja) agitur hac die Smolensci in Russia in gratiarum actionem pro liberata civitate a Gallorum invasione a. 1812.—Mrt. 189. Deest hoc festum apud Mz. et Sn.

F. **B. Mariae V. de Guadalupe,** dp. maj. in dioec. Compostellana. —Ordo 1905.—assign. e 12 Dec.

VI

Fuga SS. Familiae e Mehsa Koskuam in Aegypto superiore signatur h. d. in fastis sacris Ecclesiae Alexandrinae Coptorum.—Nilles II 709—et in Synaxario Abyssiniae.—Harris 408.—In Synaxario Arabo-Jacobitico (Patr. Orient. III 255) festum ita annuntiatur. "**Hac die**

Salvator Rex noster Jesus Messias se reunivit cum puris discipulis suis in Koskuam (Qosqam) qui est El Moharreq; ibi locum habuit prima missa, testibus S. Philotheo et S. Cyrillo." Mehsa = Heliopolis; Qosqam = monasterium El Moharreq. — Wüstenfeld 100. — In Synaxario Alexandrino (Script. Arabici XVIII) vocatur hoc festum: **Ecclesiae in monte Qosqam a Christo Domino consecratio.** In Calendario Abul' l'-Barakat (Patr. Orient. X 245): **Reunio Apostolorum cum Domino.**—De hoc festo mihi scripsit ista Rev. P. Baeteman C. M. ex Alitiena: „Objectum duplex esse dicitur, scil. Fuga S. Familiae in Aegyptum et Consecratio ecclesiae Qosqam a Christo Dno qui in illam cum discipulis suis descendit, ut primum officium celebraret, angelis Michaele et Gabriele vas aquae deferentibus. Ecclesia Qosqam dicata erat sub vocabulo B. Mariae V. et primam fuisse asserunt quae in Aegypto erecta erat." —Secundum Georgium Agricolam (Itinerarium B. Mariae V. cum fugit in Aegyptum, Ingolstadt 1560) S. Familia ex Heliopoli (Mehsa, Meshab) fugit Cahiram, deinde Memphim, unde pulsa ab Alastore Herodiano, a Mavia nobili femina ad Candacem Aethiopiae Reginam ducta, quam invenerunt in Meroe.—Abyssinii S. Familiam per tres annos et sex menses in Abyssinia versatam esse credunt et Deiparam multa ibi patrasse miracula, quae narrantur in libro "Tamera Mirjam"—Harris 394.—Synaxarium Alexandrinum praeconio huius diei addit verba: "Illum autem locum ad finem usque omnium saeculorum permansurum esse promisit Dnus N. Jesus Christus." Istae traditiones Christianis vallis Niliacae tam pretiosae nonnisi mythicae fabulae sunt. Sanior traditio S. Familiam Heliopoli et Cahirae tantum versatam esse fert.

VII

F. **Adventus Pretiosissimi Sanguinis** in abbatia Augiae Divitis (Reichenau) in lacu inferiore Constantiensi, die 7 Nov. agebatur usque ad annum 1739, quo anno translatum est ad Fer. II post Trinitatis, q. v.—Hymnos e Brev. Ms. Gengenbacensi saec. XIII, v. Analecta hymnica XXIII 36.—Jox. p. 24.

F. **Patrocinii B. Mariae V.** Titul. Ecclesiae propriae Oratorii (S. Philippi Nerei) civit. Clodiae (Chioggia).—Cal. 6 Apr. 1914.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Suffragio,** dp. maj. in Cal. Sororum Auxiliatricum Animarum Purgantium, approb. a. 1914.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Perdolentis de Topo,** dp. maj., die 9 Jan. 1920 concessum pro clero Bogotensi in Columbia (Amer. Merid.); officium de Communi, lectio VI propria.—Imago e pago Topo translata est in Cathedralem Bogotensem et S. Maria de Topo electa est in Patronam Capituli Metropolitani (1 cl.).—Archiv.

F. **Iconis B. Mariae V. Exultantis** (Wsnigranie) in Menologio Russico.—Imago colitur in monasterio Nikolo-Ugresh in gubernio Moscoviae; se manifestavit die 7 Nov. 1793.—Mz. I 359.—Sn. 694.

VIII

Hac die, in festo **Quatuor Animalium,** synaxarium Abyssiniae hanc habet memoriam. **Constantini, qui vidit signum Crucis cum inscriptione: " In hoc signo victor eris ".** — Harris 408.—Sed haec memoria deest apud Wuestenfeld et apud Nilles.—cf. 19 Aug.

F. **B. Mariae V. de Providentia,** dp. 2 cl., Patronae Societatis Nostrae, in Cal. Societatis Auxiliatricum Animarum Purgantium a. 1909. —Archiv.

Commemoratio B. Mariae V. per Missam vot. sol. B.M.V. fit hac die ob terraemotum a. 1755, Granatae in Cathedrali (Ordo 1895) et Almeriae in ecclesia S. Dominici (Ordo 1898).

Commemoratio B. Mariae V. de Victoria, dp. 2 cl. in memoriam victoriae ad Montem Album, 8 Nov. 1620; pro anniversario, a. 1642, indulta est Missa vot. sol.—A. 1659 conc. ritus dp. 2 cl.; a. 1663 affixum est festum Dom. II Nov., q. v.

IX

DEDICATIO ARCHIBASILICAE SS. SALVATORIS, dp. 2 cl., festum universalis Ecclesiae Latinae; dp. 1 cl. oct. in Urbe Romana. Dedicata est prima basilica in palatio Lateranensi a Constantino Imperatore, die 9 Nov. 324 et prima vice extra catacumbas imago Christi publico cultui populo Romano exhibita est. S. Silvester Papa hanc ecclesiam dicavit Christo Salvatori; in restauratione facta per Sergium III a. 904 additi sunt titulo primitivo S. Joannes Baptista et S. Joannes Evangelista. Pro orbe festum a dp. maj. ad dp. 2 cl. elevatum est 1 Nov. 1911.— Armellini p. 91—Chandlery p. 63.

Commemoratio Piissimae Imaginis Crucifixi, Titul. ecclesiae Belagarii in Catalonia, dp. 1 cl. oct. Idem festum: **Passio Imaginis Dni Salvatoris,** Contitularis abbatialis ecclesiae Bononiae totiusque Congregationis, dp. 1 cl. oct. Off. et Missa pr.—Ordo CC.RR.S.Augustini, Bononiae 1905.—**SS. Salvatoris,** dp. 2 cl. Cal. Vallis Umbrosae, Florentiae 1872. — Passio Imaginis D. N. J. Ch. Beryti, Brev. Cameracense, 1726. Bibl. Boll.—Anno 765 Beryti in Syria Judaei in imagine Domini Crucifixi latus pugione perforaverunt et subito sanguis copiosus e vulnere profluxit. (Scherer, Bibl. Predig. III 32.) — cf. Rom. Mart. hac die.— Graeci imaginem Beryto CPolim translatam esse credunt; Hispani vero iconem Belagariensem veram imaginem Berytensem esse affirmant. — Invenitur hoc festum in Brev. Cameracensi 1726 et in Brev. Aberdonensi 1517.—Item in Sacramentario Barcinonensi saeculi XIII, Ebner p. 206; in Missali O. P. Venetensi a. 1523, Anal. hymn. X 28.—Brev. Calagurrit. 1548 ib XVI 37.—Brev. Caesaraug. a. 1527 ib. p. 22.

F. **S. Spineae Coronae,** dp. maj. in Brev. Nidrosiensi (Trondhjem) 1519.—Grotefend II 1, 242. Cal. Nidrosiense 1490. Weale, Anal. Lit.

F. **SS. Sacramenti** agitur in civitate Vilueña, dioec. Tarasoniensis in Aragonia, quia hac die a. 1601 sacrae hostiae in tabernaculo mirabiliter in medio ignis remansere incolumes.—Faci I 19.

Inventio B. Mariae V. Immaculatae de Almudena, dp. 2 cl. in dioec. Matritensi ex indulto 12 Aug. 1908.—Archiv.—v. 10 Nov. quo die festum agitur ex anno 1914.

F. **Iconis B. Mariae V. Velociter Exaudientis** (Skoroposlushnitza, Gorgohypekoos) apud Mz. I 466. et Sn. 694.—Cum officio solemni colitur hac die in monasterio Dochiar sacri Montis Athonis; coram ea a. 1164 Nilus monasterii servus visum recepit. Officium cum festo e Dochiar transivit ad coenobium S. Pantaleonis Russorum.—Episkiasis 87.—Bibl. priv. Maxim. Saxoniae Princ.—Ectypon celeberrimum secundum Snessorewam colitur Mosquae in ecclesia S. Pantaleonis.

" Synaxis Deiparae in loco Paradisi ", et **" Dedicatio Templi SS. Deiparae in locis Protasii ",** e codicibus Graecis h. d. annuntiat Max. Princ. Saxon. I 144.—Mrt. 273.—v. 17 Oct.

X

Passio Imaginis Dni N. Jesu Ch. dp. in Brev. Oxomensi 1640. Bibl. Boll. — Idem festum (e 9 Nov.) Contitularis Congregationis CC. RR.S. Augustini Lateranensium, dp. 2 cl. cum oct., huic diei assign. propter festum Dedic. Basiliacae Lateranensis (9 Nov.). Cal. 1900 et 1914. Idem festum apud Mercedarios: **Commem. Passionis Imaginis D. N. J. Christi,** dp. maj.—Cal. 1640, 1689, 1898 et 1900.

F. **Patrocinii B. Mariae V.** dp. maj. die 1 Julii 1702 concessum est prov. Romanae Congregationis S. Bernardi Ordinis Cisterciensis et 9 Dec. 1702 extensum ad universum Ordinem, die 10 Nov. agendum. Anno 1856 vero in reformatione Breviarii Cisterciensis assignatum est Dom. post Oct. Omnium Sanctorum. v. decreta in Proprio Cisterciensi. Idem festum concessum est pro hac die 11 Maji 1719 pro monialibus Vallumbrosanis Florentiae. Item in Brev. Molinensi 1739.

F. **B. Mariae V. Immaculatae de Almudena,** dp. 2 cl. in Cal. Matriti, approb. 22 Apr. 1914; item apud monachos Cistercienses Ordinis Militaris de Calatrava. Cal. appr. 26 Febr. 1919. — Traditio popularis fert, iconem a S. Nicodemo, Christi discipulo sculptam, a S. Jacobo Ap. Matritum allatam esse. Irrumpentibus Mauris abscondita est a Gothis pone murum, ubi postea Mauri habebant "Almudi", i. e. forum tritici: ibi inventa est 9 Nov. 1085. S. M. de Almudena patrona est civitatis Matritensis.—E concessione 25 Maji 1824 septem diebus ante 8 Sept. in honorem B.M.V. de Almudena Matriti Missa de Beata in ecclesia propria. Quae ecclesia a. 1868 solo aequata est, sed nostro tempore imago collocata est in sanctuario novo.—Sanj. III 49.—De la Fuente 253, 460.—Gump. 619.—Beissel, Wallf. 460.

Commemoratio Mariae V. annuntiatur hac die tam in Missali Merseburgensi 1502, quam in Diurnali Horarum ecclesiae Naumburgensis 1492 et aliis utriusque ecclesiae documentis liturgicis.—Grotefend II 124-137.

XI

F. **Patrocinii B. Mariae V.** dp. maj. agebatur hac die in civitate et dioec. Mantuana, quia imago, a. 1640 incoronata hodie processionaliter per civitatis plateas defertur. Die 15 Dec. 1818 festum translatum est ad Dom. post 11 Novembris et ritus elevatus ad dp. 2 cl.—Archiv.

F. **S. Annae Matris B. Mariae V.** h. d. signatur in Synax. Alexandr. Script. Arab. XVIII, p. 114.

XII

Memoria Iconis B. Mariae Miserantis (Eleusa, Mylostywaja) signatur hac die in Menologio Russico in honorem iconis, "a S. Luca pictae", quae ex Aegypto delata est Attaliam in Pamphylia, qua civitate a Saracenis capta, advecta est imago in Cyprum, deinde Athenas et tandem in Russiam. (Hackett, 340.) Ista "Eleusa" (Miserans) differt ab alia celeberrima, quae colitur sub eodem titulo in monasterio Kykko in Cypro insula (Kykkiotissa).—Hackett 339 ss.—Quam vero tam Snessorewa quam Maltzew hujus commemorationis objectum esse putant.—Sn. 696.—Mz. I 381.—F. M.

XIII

F. **Divini Sacerdotii Dni Jesu Ch.,** dp. 2 cl. cum oct. Primo celebratum est hoc festum in Seminario Constantiensi (Coûtances) a. 1653, die XV Nov. ab Eudistis; a. 1668 ipse B. Joannes sedem festi assignavit 13 Nov. (Oeuvres, XI 193).

F. **Septem Gaudiorum B. Mariae V.,** dp. 2 cl. in dioec. Sedunensi (Sion, Sitten) in Helvetia; institutum est a. 1475 in gratiarum actionem pro victoria militum Valesii de Sabaudis.—Off. pr.—Item in monasterio S. Mauritii, Agauni, dp. 2 cl. Cal. 1903.—F. M. Deletum a. 1914.

F. **Miraculorum B. Mariae V. de Septem Doloribus,** duplex, Brugis in Belgio, in ecclesia SS. Salvatoris, ubi confraternitas celeberrima B.M.V. Perdolentis.—Colv. 13 Nov.

Memoria **Translationis Imaginis B. Mariae V. de Jerusalem** in Menologio Russico.—Colitur imago in sanctuario homonymo in eremitorio Krivoezerski dioec. Kostromae et alibi.—Messenger, April 1905, 404.

XIV

S. Mariae Reliquiarum Receptio (Adventus) celebrabatur in libris liturgicis exeuntis medii aevi ecclesiae Senonensis (Sens), secundum Grotefend III, 137.

F. **Patrocinii B. Mariae V.** dp. maj., concessum est 22 Apr. 1741 pro eremis Camaldulensium sub dominio Reipublicae Venetiarum. — Gardellini II 396.

XV

Commemoratio Passionis Dni, f. simplex, in breviario Misnensi (Meissen) 1517. — Grotefend II 121. — In Calendario publicato ab episcopo Misnensi et Administratore utriusque Lausatiae a. 1801 festum est dp. maj. — Bibl. Boll. v. hymnos e Brev. Misnensi a. 1502 in Anal. hymn. XXIII 23.

Translatio B. Mariae V. de Navicula (Navicella), dp. maj., e veteri templo ad novum sanctuarium in ecclesia S. Jacobi a. 1806. Concessum est festum cum officio prop. pro clero Clodiensi (Chioggia) 4 Nov. 1905.—Archiv. v. 25 Junii.

Coronatio Imaginis B. Mariae V. de Misericordia, Neapoli in ecclesia "di Donnaregina", per Missam vot. sol. propriam ex indulto 9 Sept. 1892.—Archiv.

Apparitio B. Mariae V. de Veruela; pro ecclesia domus Novitiatus Soc. Jesu Verularum (Veruela) in Aragonia conc. est hoc festum 14 Aug. 1896. Omnes Missae de Beata.—Archiv.—Probabiliter festum cum pleno officio olim in ecclesia monasterii Benedictini agebatur. Anno fere 1145 fundatum est monasterium a Petro de Atares, Borjae principe, post apparitionem parvae statuae.—De la Fuente 295.—Gump. 657.

Memoria Iconis B. Mariae V. Kupiaticensis (Kupjatitzkaja) in Menologio Russico.—Colitur imago Kioviae in Cathedrali Divinae Sapientiae. Apparuit a. 1182 in pago Kupjatitz, gubernii Minsk. A. 1656 Kioviam translata. Fortassis in Cathedrali Kioviensi hac die fit acoluthia propria de ista icone.—Mrt. 281.—Mz. I 390.—Max. 146.—Sn. 699.—F. M.

Memoria Iconis B. Mariae V. tit. Floris Odoriferi in Menologio Russorum.—Recolitur icon in Cathedrali Protectionis B. Mariae V. civitatis Woronesh in Russia. Maria manu sinistra ramum gerit florentem.—Mz. I 389.—Sn. 702.

Memoria Iconis B. Mariae V. tit. "Ipatmenskaja" signatur hac die apud Sn. 698 et Mz. I 389, quin indicetur ubi colatur ipsa imago.

XVI

F. **Patrocinii B. Mariae V. (de Populo Urbinatensi),** dp. 2 cl. Urbini in civitate, dp. maj. in dioecesi.—Cal. Urbini approb. 4 Martii 1914.

F. **Patrocinii B. Mariae V.** Cracoviae in ecclesia propria dp. 1 cl. oct.—Prop. 1916.—Archiv.

F. **Patrocinii B. Mariae V. de Subsidio,** dp. 2 cl. in archid. Guatemalae. Dom. II Nov. pro solemnitate externa duae Missae.—Cal. 22 Julii 1914.—Imago ex Hispania allata in fundatione Cathedralis Guatemalanae in ea collocata est. (Zodiaco 241). Festum Dom. II Nov. ex anno 1680 dp. maj.; die 8 Martii 1796 elevatum ad dp. 2 cl.; 22 Junii 1819 addita est octava et concessum officium proprium. In reformatione Cal. sedes assign. ad 16 Nov.—Archiv. — v. Decreta in Bullario Mariano, Summa Aurea VII 489, 563.

F. **Patrocinii B. Mariae V. (de Populo Bracarensi)** in dioec. Bracarensi dp. maj.—Cal. 14 Nov. 1917.

F. **B. Mariae V. Matris Misericordiae ad Portam Acialem,** dp. 2 cl. in monasterio monialium Cisterciensium Vilnae in Lithuania.—Cal. 1914. — Lectio historica conc. 17 Apr. 1914. — Cal. approb. 9 Jan. 1918. Archiv.—Imago super porta Vilnensis civitatis posita vulgo vocatur "de Ostrobrama" et colitur a Latinis et Russis, immo ab ipsis Judaeis. Mediante saec. XVII picta, monstrat Virginem sine Puero, lunam pedibus calcantem et inclinato capite orantem.—Beissel, Wallf. 396.—Mz. I 648. v. 26 Dec., quo die a Schismaticis honoratur. (Actos del Congreso Mariano, Zaragoza 1908, p. 468.) A Ruthenis honoratur die 1 Oct.

F. **B. Mariae V. tit. Salus Infirmorum,** dp. 2 cl. in Cal. Clericorum Infirmis Ministrantium, approb. 17 Apr. 1914. v. Dom. ultimam Augusti.

F. **B. Mariae V. tit. Auxilium Agonizantium,** dp. maj. apud Eudistas.—Proprium modernum.—Cal. 1912.

F. **B. Mariae V. de Guadalupe,** ante reformationem Calendariorum, dp. maj. in prov. ecclesiastica Novae Aureliae in Luisiana (Am. Sept.).—Cal. 1905.—v. 12 Dec.

XVII

F. **SS. Crucifixi de Pozzano,** dp. 2 cl. pro ecclesia del Pozzano, dioec. Castriadmaris Stabiarum (Castellamare) et pro Ordine Minimorum; pro Pozzano conc. 15 Junii 1914, pro Minimis 4 Sept. 1915.—Archiv.

XVIII

DEDICATIO BASILICARUM SS. PETRI ET PAULI, dp. maj., festum universalis Ecclesiae Latinae.—Basilica S. Petri, super memoriam Principis Apostolorum in Campo Vaticano erecta, dedicata est 18 Nov. 324, nova vero basilica magnificentissima die 18 Nov. 1628.—Prima parva bacilica S. Pauli in Via Ostiensi aedificata est a Constantino a. 326, secunda 388-395 exstructa, a. 1823 igne consumpta est; tertia basilica consecrata est 10 Dec. 1854, dedicationis vero festum agitur die 18 Nov.—cf. Chandlery, 1, ss. et 143, ss.—Armellini 695 et 928.

Solemnitas Rosarii B. Mariae V. de Chiquinquirà, Patr. Princ. dioec. Zuliensis in Venezuela (Amer. Merid.). — Cal. approb. 30 Junii 1916. — Die 24 Dec. 1586 imago ista in sacello paene diruto pagi Chiquinquirà, in paroecia Maracaibi (tunc archid. S. Fidei de Bogotà) luce refulgere coepit. Concessum est festum 12 Apr. 1825 pro dioec. S. Fidei de Bogotà et Emeritae diebus ab Ordinario designandis, et assignatum diei 18 Nov. (dp. maj.) pro Emerita, diei 9 Julii pro Bogotà. — Die 9 Dec. 1875 extensum est ad provinciam Neogranatensem pro 9 Julii, 4 Dec. 1884 ad prov. Aequatorianam.—Archiv.—Off. pr.

XIX

Susceptio Reliquiae S. Crucis, dp. 1 cl. oct. Titul. Ecclesiae S. Crucis Monialium Benedictinarum in dioec. Pictaviensi (Poitiers).—Cal. 1921.—Archiv.—S. Radegondis istam S. Crucis partem in reliquiario pretioso reconditam obtinuit a Justino II Imperatore. Pro ejus adventu S. Venantius Fortunatus celeberrimos illos hymnos composuit de S. Cruce Domini.—Rohault 135.

F. **Patrocinii B. Mariae V.** dp. maj. concessum pro Venetiis a. 1815.—Archiv.

F. **Patrocinii B. Mariae V. Assumptae,** dp. maj. cum octava Martani in archidiocesi Hydruntina (Otranto). — Ordo 1899. — Extensum est festum ad dioecesim 21 Maji 1822. — Archiv. — Loco hujus festi in Cal. Hydruntino a. 1913 approbato: duae missae de Assumptione.—Arch.

F. **SS. Reliquiarum B. Mariae V.,** Lensi in Artesia, dp. Reliquiae missae sunt a Godefrido Bullonio in capsa, quae 19 Nov. 1247 cultui exposita est, unde, jubente Apostolicae Sedis Legato, hoc festum institutum est ritu dp.—Colv. 19 Nov.

F. **Iconis B. Mariae V. Consolatricis Tristium et Moerentium** fit in sacro Monte Athone, in asceterio Russico Andrejew, ubi anno 1863 miraculis infulsit. De isto festo fit memoria in Menologio Russico, Mz. I 404.—Sn., ubi plurima de hac icone miracula referuntur, pp. 703-709.

Apud Coptos hac die incipit **Jejunium Natalis Christi.** Syn. Alex. p. 133.

XX

Profestum (Vigilia) Ingressus Deiparae in Templum agitur apud Graecos canone a S. Josepho Hymnographo concinnato. Vigiliam inter Latinos concessit Pius II Papa pro Saxonia a. 1460; agebatur et alibi, sed a Pio V. sublata est pro ecclesia Latina cum ipso festo.

Signantur hac die post Snessorewam in Menologio Russico (Mz. I 409) memoriae: **Iconis Olonecensis** (Olonetzkaja) et **Iconis Sobolevensis** (Sobolewskaja) quin de ipsis imaginibus quidquam proferatur. —Sn. 709.

XXI

F. **PRAESENTATIONIS B. MARIAE V.,** festum universae Ecclesiae; in Latina dp. maj. Vocatur a Graecis **Ingressus Dei Genit. et Semper Virginis Mariae in Templum.** — Traditio Orientalium Mariam triennem (trimulam) a parentibus in templo esse oblatam fert, ubi per octo annos enutrita precibus vacavit et labori. (Donehoo, Apocryphal Life of Christ, p. 12 ss.) Deest festum in Menologio CPolitano saec. VIII, sed eodem saeculo Constantinopoli adoptatum esse videtur a. fere 730.—Cath. Enc. XII 400. — Nihil vero officit, quin hoc festum Hierosolymis multo ante sit exortum. Immo R. P. Pargoire (Eglise Byzantine p. 115) arbitratur, illud esse anniversarium Dedicationis ecclesiae S. Mariae Novae a. 543 Hierosolymis a Justiniano Imperatore exstructae (Charland, II 380). —Anno 1166 a Manuele Comneno Imperatore inter festa majora collocatum est. In Occidente invenitur in Calendario ms. saeculi XI in bibl. Cesenatensi (Cabrol, Dict. d'Archéologie, art. Cesène) et in additione saec. XII ad Calendarium Wintoniae (Winchester, Hampson, Cal. medii aevi I 432 et 445): **Oblatio s'cae Mariae in templo D'ni cum esset trium annorum.** v. Charland, II 553. — Solemniter in liturgia primo celebratum est a. 1372 in capella papali Avenione, a. 1373 Parisiis in capella regia; a. 1381 ad Metensem (Metz), a. 1420 ad Coloniensem transiit ecclesias. Anno 1460 (cum vigilia) approbatum a Pio II Papa pro Saxonia. Breviario Romano insertum est a Sixto IV, a Pio V Papa expunctum (cum aliis), sed 1 Sept. 1585 a Sixto V restitutum. Officium hodiernum a Clemente VIII praescriptum est. Etiam Commissio Liturgica Benedicti XIV Papae hoc festum abrogavit, cum quae narrantur de Praesentatione B. Mariae V. desumpta sint ex apocryphis; e. g. quae Graeci referunt in synaxario Matutini, B. Virginem post Praesentationem in Sancto Sanctorum vixisse sine cibo humano, miraculose nutritam ab Archangelo Gabriele. Graeci enim nimia facilitate multa ex apocryphis in liturgiam suam receperunt.—Olim Imperator hac die Vesperis et Missae assistebat in monasterio "Tes Periblebtu" Cpoli. In Vesperis lectiones recitantur de arca foederis et de porta clausa Ezechielis, Deiparae figuris. —Sulpitiani et Passionistae ritum servant dp. 1 cl. oct., Lauretum dp. 1 cl. sine oct., Venetiani et Neapolitani dp. 2 cl.—In Breviario Catalaunensi (Châlons) titulus hujus festi est: **Casti Propositi B. Mariae V.**—Max. 148—Kellner 193—Colv. h. d.—Beissel I 306—Charland II 380, 552—Theologie und Glaube 1912, 838—W. W. VIII 317.

F. **B. Mariae V. de Petrara,** Titul. Ecclesiae, dp. 1 cl. oct. et off. prop. agitur Castrinovi in dioec. Compsana (Conza), translato festo Praesentationis ad 27 Nov.—Ordo 1900.

F. **B. Mariae V. de Sion** (Tsion Marjam seu Hedar Sion, i. e. Sion mensis Hedar) agitur hac die in ecclesia nationali Abyssiniae. Juxta Doctores Abyssinios S. Dei Mater vocatur "Sion", sive quia pro nobis contra hostes animae tanquam civitas est munita, sive quia per Verbi In-

carnationem templum Dei facta est ad instar ecclesiae primariae in Sion: Sion vera, quam elegit Dnus in habitationem, ibi requies mea in saeculum saeculi" (Albertus Magnus). "Sion in qua Deus habitavit homo factus" (S. Anselmus). Primum templum christianum quod in Abyssinia a S. Frumentio in civitate Axum aedificatum est, et super cetera praeeminentia fruitur, titulo "Sion" decoratum est ab initio. (Epistola P. Baeteman C. M. ex Alitiena, 8 Dec. 1908.) — Harris p. 410 hac die nihil annuntiat praeter mensilem B. Mariae V. memoriam. v. 16 Febr. — Abyssinii in ecclesia "Tsion Marjam" veram Arcam Foederis Veteris Testamenti, a Menelik I, filio Salamonis et Reginae de Saba, allatam servari credunt.— v. 2 Julii.—W. Budge, Queen of Sheba, London, 1922.

XXIII

F. **B. Mariae V. de Domo Teutonica** in Jerusalem, Titul. Ordinis Militaris B. Mariae V. a Domo Teutonica.—Cal. approb. 23 Apr. 1914.— v. Dom. ult. post Pent.

Memoria B. Mariae V. de Consolatione fit hac die Taurini in crypta ecclesiae S. Mariae de Consolatione (v. 20 Junii) per Missam vot. sol. B. V. Consolatricis, quia die 23 Nov. 1016, condito primo sacello, cultui exposita est imago miraculosa. — Cal. Oblatorum B. Mariae V. Taurini 1846.—Bibl. Boll.

XXV

Hac die Graeci faciunt **Apodosin,** i. e. **Solutionem Ingressus B. Mariae V.** in templum. v. Menaea Graeca.

F. **Iconis B. Mariae V. de Dwina** (Dwinskaja) agitur in ecclesia pagi Zyhlomyna in gubernio Archangelsk, ubi creditur allata esse in Chersonesum a S. Clemente I Papa saeculo I. Anno 1419 in destructione pagi ab accolis servata est.—Sn. 711.

XXVI

Commemoratio Cordis Jesu, dp. 2 cl. Lugduni in sanctuario B. Mariae de Fourvières.—Ordo Carmel. 1910 et 1920.—Archiv.

Illatio Mariae Virginis ut festum "novem dominorum" agebatur in ecclesia exempta SS. Simonis et Judae, Goslariae in Germania. — Brev. 1522. — Grotefend I 158. — Hoc est festum Purificationis S. Annae in templo, die 80 a partu, secundum legem Domini. (Levit. XII, 2-6.)— Item Hildesiae medio aevo exeunte **Illatio Mariae,** IX lectionum; idem festum in Cal. ecclesiae collegiatae Fritzlariensis saec. XV.—Grotefend, II 117.—Item in ecclesia Verdensi 1486 ib. p. 200.—In Cal. Wintoniae (Winchester) in Anglia: **Oblatio Mariae.** Hampson III 137.—Anal. hymn. XI p. 43 hymni e Psalterio Borkensi—ib. XXIII p. 64 hymni e Brev. Verdensi 1480 et Off. rythmicum XXV p. 86.

Desponsationis B. Mariae V. dp. maj. in Hispania et in America hispanica, e decr. 13 Julii 1682.—v. 23 Jan.—Deletum a. 1914.

F. **B. Mariae V. tit. Auxilium Agonizantium,** dp. maj. in dioec. Andriensi in Apulia.—Off. propr.

XXVII

F. **SS. Redemptoris,** dp. 2 cl. in oppido Senglea, dioec. Melitensis (Malta), ubi imago colitur Christi Crucifixi, miraculis clara. e conc. 6 Maji 1817.—Archiv.

F. **SS. Crucifixi,** dp. maj. in archidioecesi Goana in Indiis Orientalibus; concessum est festum a Benedicto XIV monialibus S. Monicae Goae, Dom. ult. Septembris agendum. Off. prop. indultum est a. 1921.—Archiv.

Manifestatio B. Mariae V. Immaculatae a Sacro Numismate, dp. 2 cl. in ecclesiis Congregationis Missionis S. Vincentii, ex indulto S. R. C. 10 Julii 1894. — Ante reformationem calendariorum ad plurimas transiit dioeceses et familias religiosas ritu dp. maj. Sed a. 1914 festum fere ubique extra Congregationem Missionum deletum est.—Anno 1830 S. Dei Mater apparuit Catherinae Labouré moniali e familia Charitatis S. Vincentii eandemque jussit curare ut numisma in honorem Immaculatae Conceptionis cuderetur. Vix autem novum numisma in vulgus prodiit illico a Christifidelibus coli certatim ac gestari coeptum est ubique terrarum.—v. 20 Jan.—Off. pr.

F. **Patrocinii B. Mariae V.** dp. maj. in Ordine Servorum Mariae.—Cal. 26 Junii 1916.—Eadem die concessa sunt Servitis sequentia festa (a. 1914 expuncta): SS. Familiae, Boni Consilii, Auxilii Christ. — SS. Redemptoris (15 Julii), Maternitatis (11 Oct.), Puritatis (16 Oct.) et Expectationis Partus.—Archiv.

Desponsationis B. Mariae V. dp. maj. in dioec. S. Fidei de Bogotà. —Cal. 1910.

F. **Signi (Miraculi) ex Icone B. Mariae V. Novogorodiae** (Snamenije-Nowgorodskaja), Novogorodiae (sup.) in Russia. Institutum est festum a. 1170 in memoriam signi facti in imagine Deiparae, cum Andreas Bogolubensis Magnus Dux civitatem oppugnaret. Imago telo hostili tacta sese urbem versus convertit et lacrimas fudit. Hostes subito tenebris oppressi et terrore correpti fugae se dederunt.—Mz. I 453.—Mrt. 291.—Hoc festum solemni officio celebratur in universa Russia et Serbia.—Max. 150. —Sn. 711-736, ubi plures enarrantur icones ejusdem tituli.

Memoria Iconis Signi B. Mariae V. de Zarskoje-Selo (Snamenije-Zarskoselskaja) in Menologio Russico. Colitur imago in ecclesia Zarskoje-Selo apud Petropoli (Petrograd).—Athanasius Patriarcha Graecorum CPoli eam dono dedit Alexio Russorum Imperatori (1645-1676).—

Petrus I eam Petropolim attulit et a. 1747 in ecclesiam Zarskoje-Selo translata est.—Mz. I 45.—Sn. 716-728.

Memoria Iconis B. Mariae V. de Abalacia (Abalatzkaja) in Menologio Russico.—Extat imago in dioec. Tobolscensi in Sibiria. Picta a. 1636 Tobolsci. Ab octavo ad vicesimum tertium Julii transfertur e monasterio suo in Cathedralem Divinae Sapientiae. v. 8 Julii. — Mz. I 456.—Sn. 728. Ex omnibus quae in Sibiria coluntur imaginibus Mariae, ista est celeberrima.

Commemoratio S. Joseph, unicum festum S. Joseph, in libro Horarum canonicarum diec. Lubecensis 1513.—Grotef. II 2.

XXVIII

Inauguratio (sive **Dedicatio) Ecclesiae Armenae** signatur ad 20 Tre, i. e. 28 Nov. in Calendario antiquo Armeno apud Conybeare 528.—Quae festivitas est festum Ecclesiae, institutum (e traditione Armena) a S. Gregorio Illuminatore, Armeniae Apostolo, ineunte saeculo IV, post ejus egressum e puteo, in gratiarum actionem pro gentis Armenae conversione; nunc agitur Dom. II post Pentecosten, q. v.

Coronationis B. Mariae V. sub titulo Pietatis et Succursus, dp. maj. Genuae in sola Cathedrali.—Ordo 1889. In Cal. 8 Junii 1914 approbato signatur hoc festum ita: **Coronatio B.M.V. de Succursu,** dp. maj.—Imago colitur in Cathedrali. Statua S. Mariae de Pietate a 1342 posita est in sepulchro coemeterii, a. 1570 cultui exposita in capella propria, a. 1599 translata in capellam Jesu Nazaresi, ubi 28 Nov. 1683 incoronata est. A. 1858 advecta in Cathedralem.—Pitto I 15.—Archiv.

XXIX

Memoria mensilis **Conceptionis, Nativitatis** et **Resurrectionis** Dni apud Coptos. — Syn. 141. — Apud Harris in Synaxario Abyssino c. solius Natalis Dni.

Ingressus Deiparae in Templum in Cal. Arabico apud Seldenum hac die annuntiari dicit Binterim, V 1, 509.

F. **Patrocinii B. Mariae V.** dp. maj. in basilica S. Mariae Majoris, Romae, in Cal. 10 Dec. 1913 expunctum, sed sequenti anno cum festo Translationis Domus Lauretanae et Expectationis Partus restitutum et huic diei assignatum.—Archiv.

F. **Miraculi B. Mariae V. Dolorosae,** dp. maj. Lanciani in ecclesia S. M. Majoris. — Off. et Missa Septem Dolorum B.M.V., concessum a. 1745.—Archiv.

XXX

Memoria SS. Eucharistiae fit hac die Avenione (Avignon) in capella "des Penitents Gris"; per unam Missam vot. sol. de SS. Eucharistia, e conc. 20 Julii 1914.—Archiv.

F. **Imaginis B. Mariae V. Lyddensis** seu **Romanae,** in Cal. Serbico, Mrt. 239; quid sibi velit haec memoria, prorsus ignoro, cum reliqui fontes slavici de ea sileant.

FESTA MOBILIA NOVEMBRIS.

Dom. VII post Exaltationem Crucis.

Inventio Crucis Christi Hierosolymis per S. Helenam, matrem Constantini Imperatoris festivo officio agitur hac Dominica in Ecclesia Nationali Armenorum. In Menologio Armeno Inventio Crucis signatur ad diem 17 Maji.—v. Nilles, II 614.

Dominica ante diem VI Novembris.

Commemoratio Pulveris sive Cineris aut Stactes de coelo lapsae, solemni supplicationis officio huic Dominicae assignarunt CPolitani, ut calamitatis memoria apud posteros retineretur et periculum in futurum averteretur. Anno 472 Vesuvius aestuans omnem Europae faciem minuto contexit pulvere; a vespere 6 Nov. usque ad mediam noctem Constantinopoli igneus de coelo cecidit cinis.—Nilles II 530.

Sabbato ante Dom. infra Oct. Omnium Sanctorum.

F. **B. Mariae V. de Anima,** dp. 2 cl., Romae in ecclesia S. Mariae de Anima, sanctuario nationali Germanorum.—Cal. approb. a. 1915.—Exterior solemnitas Dom. I Nov.—Festum Titulare ecclesiae est Nativitas B. Mariae V. In altari majore colitur imago B. Mariae V. Matris cum Puero, coram quo duae animae genuflectentes deprecantur.

Dominica I Novembris, seu Dom. infra Oct. Omnium Sanctorum.

F. **Dni N. Jesu Ch. Crucifixi de Misericordia** agitur hac die in ecclesia S. Joannis civitatis Terulensis (Teruel) in Aragonia, cum octava. Imago a. 1573, desecrata ecclesia, abscondita est, sed a. 1573 in reconciliatione ejus elevata et festum institutum.—Faci 126.

Reparatio Injuriarum Christo in SS. Sacramento Illatarum, dp. maj. in civitate Lodovensi (Lodève) in Gallia. — Brev. Lodovense 1832. Bibl. Boll.

Memoria SS. Cordis Jesu, in oppido Sasso, dioec. Portus et S. Rufinae; e concessione 3 Junii 1890 omnes Missae dicuntur de SS. Corde Jesu.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Suffragio,** dp. maj. in Congregatione SS. Redemptoris et plurimis Orbis Latini dioecesibus et familiis religiosis, ante reformationem Calendariorum.—Objectum festi est materna charitas qua deprecando prosequitur Maria omnes fideles et modo speciali animas in purgatorio degentes. Concessum est primo die 28 Apr. 1770 sanctimonialibus Capuccinis. — Archiv. — Die 30 Julii 1830 extensum ad Con-

greg. SS. Redemptoris.—Confraternitatem B. Mariae V. de Suffragio approbavit Clemens VIII 9 Sept. 1594.—F. M. 271.

F. S. **Mariae Protectricis in Hora Mortis,** dp. maj., concessum pro Catania in Sicilia, 1 Feb. 1825.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. 2 cl. Romae in ecclesia SS. Celsi et Juliani et S. Joannis Florentinorum. De hoc festo extat decretum, 13 Jan. 1899, in archivio S.R.C. — Coram hac icone in ecclesia SS. Celsi et Juliani S. Ignatius orare solebat. Incoronata est 17 Maji 1665. — Cal. 1911.

F. **B. Mariae V. de Pace,** dp. maj. in dioec. Uxentina (Ugento) in Apulia.—Ordo 1895 et 1901.

F. **B. Mariae V. de Providentia,** dp. maj. in archidioec. Messanensi, v. Dom. II Oct.—Ordo Messanae 1900 et Gump. 1137.—Tempore Gumpenbergii festum agebatur Dom. II Oct. in ecclesia propria.

F. **Cordis B. Mariae V.** dp. maj. cum officio speciali inter officia prop. dioec. Liparitanae, a. 1843.—Bibl. Boll.

F. **B. Mariae V. tit. Auxilium Agonizantium,** dp. maj. in dioec. Nusci, S. Agathae Gothorum, Catacii et Nicosiae.—Cal. 1897.

F. **Patrocinii B. Mariae V.** dp. maj. in dioec. Civitatis Castellanae, Hortae, Gallesii, S. Severi, Cephaludiae, Pampelunae, Leodii, Brugarum, Sonorae (Mex.), Coloniae (Köln), Monasterii etc.—Cal. Item in dioec. Angrae.—Propr. Lusit. antiquum.

F. **B. Mariae V. Divini Pastoris Matris,** dp. maj. in dioec. Bojani, Laquedoniae, Caputaquensi, Vallensi.—Cal.

F. **B. Mariae V. de Consolatione,** dp. maj. in dioec. unitis Tiferni Metaurensis (S. Angelo in Vado) et Urbaniae.—Ordo 1888.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** Genuae in ecclesia S. Antonii, fit per Missam vot. sol. B.M.V. e conc. 21 Feb. 1912.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Providentia,** Neapoli in ecclesia S. M. de Caravaggio, per Missam vot. sol. B.M.V.—Epist. Rev. Vincentii Alberini Neapolit. a. 1890.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Sebenicensi in Dalmatia.—Klein 150; idem festum in dioec. Lucerina.—Cal. 1897.

F. **B. Mariae V. Protectricis Nostrae** (Maria Schutz), Vindobani (Wien) in ecclesia Mechitaristarum ritus Armeni, e voto emisso a monachis a. 1810, postquam a Francogallis e monasterio Tergestino expulsi sunt; imago Byzantinae originis est.—Maurer-Kolb, 83.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. maj. in dioec. S. Miniatis in Etruria.—Ordo 1901.

F. **Translationis Domus Lauretanae,** dp. maj. concessum Eremitis S. Augustini Lusitaniae, 6 Sept. 1806.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Misericordia,** in prov. ecclesiastica Belem de Parà et SS. Salvatoris in Brasilia.—Off. pr. 1902 et 1907.

F. **B. Mariae V. de Luce,** dp. maj. conc. pro dioecesibus Reipublicae Aequatorianae (Ecuador) 4 Aug. 1885. Off. pr. 1886 et 1912. Idem festum in Calendario Mercedariorum reipubl. Aequat. 1909, dp. maj.—Archiv.

Prima die libera post 1 Nov.

F. **B. Mariae V. de Suffragio,** dp. maj. in dioec. Carnutensi (Chartres).—Off. pr.

Dominica post 2 Novembris.

F. **B. Mariae V. Agonizantium Patronae,** dp. a. 1818 concessum pro dioec. Platiensi (Piazza) et a. 1819 pro dioec. Calatajeronensi (Caltagirone) in Sicilia.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Catena,** dp. 1 cl. oct. Titul. ecclesiae in civitate Salemi dioec. Mazariensis in Sicilia, conc. 18 Martii 1908, mutato paululum officio B. Mariae V. Auxilii Christianorum.—Archiv.

Dominica post 4 Novembris.

F. **Lacrimarum B. Mariae V. Poczensis** (Thränenfest), Vindobani (Wien) in ecclesia Cathedrali per Missam vot. sol. B. Mariae V. (Epistola Rev. Direct. Sacristiae a. 1907). Imago ista, a. 1676 picta, in ecclesia graeca pagi Pocz, dioec. Agriensis (Erlau) in Hungaria, die 4 Nov. 1796 lacrimas fundere coepit. Translata est icon sacra in palatium imperiale Favoritam; nunc colitur in altari majore Cathedralis Vindobanensis.—Ricc. IV 174.—Maurer-Kolb 4.—Beissel, Wallf. 120, 315.

Dominica post Octavam Omnium Sanctorum, seu II Novembris.

Translatio SS. Crucifixi, Romae in ecclesia S. Josephi Fabrorum. Translata est imago prodigialis 6 Nov. 1853.—Diario Rom. 1891.

F. **Jesu Nazareni Crucifixi,** Romae in ecclesia S. Maria Conceptionis Capuccinorum, per Missam vot. sol. de SS. Redemptore in honorem iconis Christi Crucifixi miraculis clarae, conc. 15 Sept. 1866.—Archiv.

F. **Jesu Nazareni,** dp. maj. e feria II post octavam Corporis Christi translatum pro loco Cabreira, dioec. Bracarensis (Braga), e conc. 7 Dec. 1819.—Archiv.

Commemoratio SS. Sacramenti, in ecclesia Instituti Sacerdotum Operariorum dioecesanorum, per Missam vot. sol. e conc. a. 1915.—Archiv.

F. **Patrocinii B. Mariae V.,** dp. maj. in permultis orbis latini dioecesibus (ante reform. Calend.), dp. 2 cl. in Hispania.—Primo indultum

est pro Hispania ab Alexandro VII, 28 Julii 1656 in gratam memoriam omnium victoriarum, quas Hispaniae Reges de Saracenis et de haereticis reportarunt. Die 9 Maji 1679 extensum est ad Hispaniarum colonias, a. 1702 ad Cistercium, a. 1715 ad Senas (Siena), a. 1725 ad Status Ecclesiae, a. 1815 ad Etruriam. Ex decr. 21 Junii 1870 dp. 2 cl. pro universa Hispania; item dp. 2 cl. in dioec. Clodiensi (1894), in Societate Divini Salvatoris etc., Urbini dp. 2 cl. cum oct.—W. W. VIII 824.—F. M.

F. **Praesentationis B. Mariae V.** Dominica proxime conveniente post Oct. Omnium Sanctorum in Brev. Osnabrug. 1516. — Grotefend, II 144.

F. **SS. Nominis B. Mariae V.,** dp. 1 cl. oct. pro clero Quindecim (Quindici), dioec. Nolanae ex indulto 13 Jan. 1642 in perpetuum huic Dominicae assignatum est.—Ordo Nolae 1895.

F. **B. Mariae V. tit. Matris Misericordiae,** dp. maj. in dioecesibus unitis Civitatis Castellanae, Hortarum et Gallesarum.—Ordo 1898 et 1900.

F. **B. Mariae V. de Populo,** dp. 1 cl. oct. (off. ut in festis B.M.V.) in ecclesia Trinitariorum civitatis Anagninae.—Ordo Trinit. Italiae 1900.

F. **B. Mariae V. de Oropa,** dp. maj. in dioec. Novariensi, e conc. 28 Nov. 1907.—Archiv.—v. Dom. ult. Aug.

F. **B. Mariae V. tit. Advocata Nostra,** vulgo **"di Galatea",** Patr. Princ. parochiae S. M. de Mortara, civitatis Surrentinae (Sorrento), dp. 1 cl. oct.—Ordo Surrenti 1901.

F. **B. Mariae V. de Columna,** Patr. Princ. Rutiliani, dioec. Cupersanensis (Conversano) in Apulia, dp. 1 cl. cum oct.—Ordo 1901.—Festum cum lectionibus propriis concessum est 7 Julii 1832. Die 12 Oct. 1908 concessum est officium quod recitant Hispani die 12 Oct. Imago quod Rutiliani colitur, ectypon est iconis Caesaraugustanae.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Suffragio,** dp. maj. in dioec. Aversae.—Ordo 1833.

F. **B. Mariae V. tit. Mater Divinae Providentiae,** tit. **Auxilii Christianorum** (Gregor. XVI), dp. 1 cl. cum oct. in toto Ordine CC. RR. Barnabitarum.—Imago colitur Romae in ecclesia S. Caroli "ai Catinari". Ibi collocata est imago (opus Scipionis Pulmone Cajetani) a. 1663 loco iconis de muro avulsae sed in itinere confractae. Cujus fractae iconis ectypon cultui exposuerunt Barnabitae die 13 Julii 1732 sub titulo "Mater Divinae Providentiae". Incoronata est 11 Nov. 1888. Leo XIII concessit festum et officium die 28 Julii 1888. — Archiv. — Bomb. 161.—Beissel, Wallf. 93.

F. **B. Mariae V. de Pietate,** Corneti in ecclesia S. Pancratii, ex epistola Revmi Angeli Rossi Episc. Centumcellarum et Corneti, a. 1888. —F. M.

F. **B. Mariae V. de Monteserrato,** dp. maj. in dioec. Calatayeronis in Sicilia.—Ordo 1888.

F. **B. Mariae V. de Pace,** Titul. ecclesiae civitatis Noicattaro, dioec. Barensis, dp. 1 cl. oct. et off. prop., concesso dioec. Savonensi, paullulum mutato et accommodato. Indult. 20 Apr. 1894.—Archiv.

F. **Purissimi Cordis B. Mariae V.** dp. maj. in dioec. Alexandrina in Pedemonte. — Off. pr. 1841. — Bibl. Boll. — Item apud Hieronymitas. Off. pr.

F. **B. Mariae V. Divini Pastoris Matris,** dp. maj. in dioec. Salerni, Acerni et Vigiliarum (Italia).—Cal.

F. **B. Mariae V. de Victoria,** dp. 2 cl., concessum pro Bohemia die 13 Julii 1675, in memoriam pugnae ad Montem Album, 8 Nov. 1620. Ad dioec. Vratislaviae (Breslau) extensum est a. 1684, pro regno Bohemiae et Austriacis haereditaris provinciis. (Jungnitz: Breslauer Brevier, 86 et 96.)—Deletum est e Proprio Vratislaviae una cum aliis festis a. 1856; item disparuit e Proprio Bohemiae. Est autem hodiedum festum titulare ecclesiae Carmelitarum Pragae in Bohemia (Praesens didici). v. festum sequens.

F. **B. Mariae de Victoria,** Titulare ecclesia homonymae O. Carmel. Romae, dp. 1 cl. oct. Imago B. Mariae V. pridie pugnae ad Montem Album, ruderis operta, inventa est in castello Strakonitz in Bohemia; Calvinistae Virginis et Sponsi oculos pugione perforaverant. In ipso pugnae loco milites catholici iconi titulum de Victoria imposuerunt. Anno 1622 eam P. Dominicus Carmelita Romam deportavit, unde titulus ecclesiae S. Pauli mutatus est in S. M. de Victoria. Die 12 Sept. 1642 pro hac ecclesia concessa est Missa vot. sol. de Beata, canenda die 8 Nov.; die 12 Sept. 1659 ritus festi elevatus est ad dp. 2 cl.; 4 Aug. 1663 assignatum Dom. II Nov. Novum officium concessum 24 Jan. 1829.—cf. 8 Maji.—Rudnicki 385.—Beissel, Wallf. 415.

F. **Patrocinii B. Mariae V. de Subsidio,** dp. 2 cl. cum oct. in archid. Guatemalae, concess. 15 Maji 1819.—Ordo 1910.—v. 16 Nov.

F. **B. Mariae V. de Providentia,** Titularis et Patronae Monialium Franciscalium Divinae Providentiae in Cathalaunia (Hispan.), dp. 1 cl. oct.—Ordo O. F. Min. prov. Cathalauniae 1908.

Sabbato post Oct. Omnium Sanctorum.

F. **Patrocinii B. Mariae V.,** concessum pro Hispali (postquam in reformatione calendarii expunctum fuit), 27 Martii 1917.—Archiv.

Dominica post Festum S. Martini (11 Nov.).

F. **Divinae Providentiae,** solemne majus, cum officio propriissimo, Parisiis in ecclesia SS. Gervasii et Protasii.—Off. prop. 1740.

F. **Praesentationis Mariae,** in Brev. Hamburgensi a. 1509.—Grotefend, II 71.

F. **Patrocinii B. Mariae V.** dp. maj. in Proprio Ordinis Militaris B. M. V. de Domo Teutonica, 1903.

Feria II post Dom. II Novembris.

F. **SS. Redemptoris,** dp. 2 cl. in Cathedrali Reatina, propter iconem prodigialem Dni Crucifixi; in dioec. Reatina (Rieti) dp. 2 cl., v. 23 Oct.—Calend.

Tertia Feria VI Nov.

F. **Patris Misericordiarum** per Missam vot. SS. Crucis in ecclesia S. Clarae dioec. Nicosiae in Sicilia. Annuario delle dioecesi d.'Italis 1924 p. 749 civitatis. In Cathedrali ejusdem civitatis: Dom. IV Quadragesimae: F. **D. N. J. Ch. Patris Providentiae** per Missam vot. sol. SS. Crucis. ib.

Sabbato ante Dom. III Novembris.

F. **B. Mariae V. Matris Divinae Providentiae,** dp. 2 cl. in Congregatione Regularium S. Pauli (Barnabitarum) in Cal. reformato appr. 6 Apr. 1914.—Ordo 1918.

Dominica III Novembris.

Memoria SS. Redemptoris, Firmi in ecclesia S. M. Humilitatis adnexa nosocomio; Missa SS. Redemptoris, e conc. 12 Nov. 1822.—Archiv.

F. **SS. Familiae, Jesu, Mariae, Joseph,** dp. maj. in Cal. S. Jacobi de Chile, 1902.—Bibl. priv. Domus Pustet.

F. **B. Mariae V. tit. Matris Divinae Providentiae,** Tit. ecclesiae homonymae Romae (nel quartiere Testaccio), dp. 1 cl. oct.—Literis me edocuit illius ecclesiae parochus 14 Sept. 1908.

F. **B. Mariae V. de Catena,** dp. maj. in civitate Senglea, dioec. Melitensis (Malta), ex indulto 12 Martii 1896.—Archiv.

F. **B. Mariae V. tit. Fontis Gratiarum,** dp. maj. in Proprio Regni Neapolitani a. 1877.—v. Dom. IV post Pascha.

F. **Humilitatis B. Mariae V.** dp. maj. in dioec. Clodiensi (Chioggia).—Ordo 1865, 1868 et 1894.

F. **B. Mariae V. tit. Auxilium Agonizantium,** dp. maj. in dioec. Surrentina, Venafri et Aeserniae.—v. Calend.

F. **Cordis B. Mariae V.** dp. maj. in dioec. Lyciensi (Lecce), per decr. 9 Julii 1874, assign. huic Dominicae loco Dom. ult. Aug. — Propr. Lyciense.

F. **Patrocinii B. Mariae V.** in dioec. Mutinensi (Modena); in plurimis Austriae dioecesibus, et in dioec. Mechoacana et Guadalajarae in Mexico.—Cal. Sessae. (regn. Neapol.) in Cal. 10 Oct. 1914 duae Missae de Patrocinio B.M.V.—Archiv.

Patrocinium B. Mariae V. et **Anniversarium Coronationis Imaginis Ejus,** dp. 2 cl. in Cathedrali Mantuana, in dioec. dp. maj.—Ordo Mantuae 1889.—In Cathedrali Mantuana recolitur imago B. Mariae V. tit. Incoronata, in capella propria a. 1840 constructa; imago ista a. 1477 miraculis infulsit; incoronata est mense Novembri 1640, cujus ceremoniae centenarium celebratum est cum splendore Dom. III Nov. 1740. Maggia-Zanella IV 41.

F. **B. Mariae V. Matris Pulchrae Dilectionis,** Genuae in ecclesia Servorum B. Mariae V.—Settimana Relig. 1901, 46.—Idem festum Lucae in ecclesia S. Christophori.—Guerra 335.

F. **B. Mariae V. de Spe Bona,** Romae fit in ecclesia Capuccinorum (Imm. Conc.) per Missam vot. sol. e conc. 15 Sept. 1866.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Rosarii de Guanajuato,** dp. maj., Compatronae civitatis Guanajuato in Mexico. Festum hujus iconis semper fuit Patrocinium B. Mariae V. Dom. II Nov.; a. 1907 ad instantiam episcopi substitutum est ei festum proprium tit. de Guanajuato. Cum vero clerus translationem Patrocinii aegre ferret, assignatum est festum B.M.V. de Guanajuato Dominicae III Novembris 9 Nov. 1909.—Archiv.—Allata est imago e civitate S. Fidei de Granata a Perafano de Ribera, a. 1557.—Florencia 282.—Sanj. III 575.—Beissel, Wallf. 481.

F. **B. Mariae V. tit. Mater Pietatis,** dp. maj. in dioec. Platensi (LaPlata) (Off. pr. 1899) et S. Joannis de Cuyo (Amer. Merid.).—Off. pr. 1904.

F. **Prodigiorum B. Mariae V.,** dp. maj. in dioec. Prov. ecclesiasticis Belem de Parà et SS. Salvatoris de Bahia in Brasilia.—Off. pr. 1902 et 1907.

F. **B. Mariae V. de Misericordiae,** in dioec. Prov. Eccles. S. Sebastiani Fluminis Januarii in Brasilia. Off. pr. 1907.

F. **B. Mariae de Pietate,** i. e. Dolorum Mariae, dp. maj. in dioec. Macaonensi in China.—Ordo 1908.

Dominica post 20 Nov.

F. **Praesentationis B. Mariae V.** dp. 2 cl. in Brev. Coloniensi, 1779. Bibl. Semin. Colon.

Feria IV penultimae hebdomadae anni ecclesiastici.

F. **Praesentationis B. Mariae V.** dp. maj. e decreto S.R.C. 9 Dec. 1892 pro Porussiae dioecesibus huic feriae assignatum est. Cum enim Gulielmus II Rex constituerit, ut dies poenitentiae (Buss = und Bettag) uno eodemque die in toto regno ageretur, hac nempe feria, Leo XIII Papa praedictam feriam in diem festum pro Porussia evexit cum duplici praecepto, itemque praecepit ut in Porussiae dioecesibus Praesentatio B.M.V. e loco suo (21 Nov.) ad eandem feriam IV transferretur.—Archiv. S.R.C.

Dominica ante festum S. Caeciliae.

F. **Praesentatio S. Mariae V.** dp. 2 cl. in Missali Monasteriensi 1835. — Bibl. priv. domus Pustet. Idem festum dp. 2 cl. Dom. post 20 Nov. in Breviario Coloniensi 1779.—Bibl. Seminarii Colon.

Dominica ultima post Pentecosten.

Festum Secundum SS. Trinitatis, in nonnullis ecclesiis hac Dominica agebatur, quia olim sedes fuerat Solemnitatis SS. Trinitatis.—Kellner 89.—Invenitur in Breviario Blesensi (Blois) 1726, solemne minus; in Brev. Narbonensi 1826, solemne et unicum festum SS. Trinitatis; in Brev. Molinensi (Moulins) 1830; in Brev. Tarbiensi 1844, dp. maj.; in Brev. Bellovacensi (Beauvais) 1829 in Brev. Claromontano 1777 solemne majus, unicum festum SS. Trinitatis; in Collegio Condatensi, Off. pr. 1736 etc. Adhuc, his diebus, ante reformationem calendarii, Commemoratio SS. Trinitatis celebrabatur Potentiae in Lucania, in ecclesia Collegiata S. Michaelis.—Ordo 1898 et 1905.—Bibl. Boll. et Insulensis.

Commemoratio solemnis Resurrectionis Dni N. Jesu Ch., dp. maj. in Proprio Monialium SS. Sepulchri civitatis Charleville in dioec. Remensi 1720 (Bibl. Boll.) et in Proprio Canonicorum S. Hierosolymitanae Ecclesiae Custodum Sepulchri Dni, Leodii (Liège) 1674 (Bibl. Insul.).

F. **SS. Crucifixi,** dp. 2 cl. in patriarchatu Goano in Indiis Orientalibus et in archidioecesi Cochichinae, in honorem imaginis Crucifixi, quae vocatur "**Bonus Jesus**", in cujus ecclesia, Goae, servatur corpus S. Francisci Xaverii.—Propr. Goae 1890.

Solemnitas SS. Corporis Christi fit per Missam vot. sol. in archid. Calcuttae et in Seminario Pontificio Kandy. Anno 1888 episcopi provinciae Calcuttensis a Summo Pontifice petierunt, ut benigne velit renovare indultum, quo olim permissum fuit, ob ingratos calores vel ob pluvias nimias solemnem celebrationem et processionem Corporis Christi ad aliquam Dominicam ante Adventum transferre. In archid. Calcuttae fit solemnitas hac Dominica.—Cal. 1910.

F. **SS. Redemptoris** fit per Missam vot. sol. SS. Redemptoris Naxari in dioec. Melitensi, e conc. 6 Junii 1902.—Archiv.

Translatio SS. Crucifixi solemnizatur hac Dom. Alcoleae, in parochia S. Joannis, dioec. Leridae in Aragonia.—Faci 135.

F. **B. Mariae V. Domo Teutonica** in Jerusalem, dp. maj. concessum pro Ordine Militari Equitum Teutonicorum, 16 Maji 1902.—Ex decr. S.R.C. 8 Julii 1908 dp. 2 cl.—Archiv.—Religiosa militia Equitum Teutonicorum ab ipso initio Mariam sibi apud Deum patronam elegit. In sacello juxta hospitalem (Nosocomium) eorum domus Hierosolymis colebatur imago B. Mariae V. "Teutonicorum" vocata.—Off. pr. 1903.

F. **B. Mariae V. de Quercu,** dp. maj. in dioec. Montis Politiani (Montepulciano)—Cal. 1905.—Archiv.—Imago B. Mariae V. a. 1690 collocata est ab Antonio di Giulio Rossi, in quercu nemoris prope civitatem. Exstructa capella a Jesuitis a. 1694 et ad eam translata est imago a. 1699. Incoronata 15 Aug. 1890.—Montepulciano alla SS. Vergine della Quercia, 1890.

Patrocinii B. Mariae V. de Luce, dp. maj. apud Patres Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula.—Calend. 1900.—Imago B. Mariae V. de Luce inventa est a. 1730 Romae ad ripam Tiberis et, die 8 Aug. 1730, translata in ecclesiam SS. Salvatoris de Curte, quam Benedictus XIII tradiderat Minimis.—Diaria Romana—Bomb. IV 141.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** Patr. Princ. Natalis et Paradiscae (Pardesca) in dioec. Hieracensi (Gerace), dp. 1 cl. oct. — dp. maj. in dioecesi.—Ordo 1777.

F. **B. Mariae V. Refugii Peccatorum,** dp. maj. in dioec. Marsorum et S. Severinae.—Cal. 1898 et 1910; in Cal. Montis Politiani, 1893.

F. **Cordis B. Mariae V.** dp. maj. cum officio propriissimo in Proprio Salernitano 1798. Festum et officium illo tempore spuria erant et decretis S.R.C. contraria.—v. Dom. post Assumptionem.

F. **Praesentationis B.M.V.,** dp. maj. in Cal. S. Martini Majoris, Coloniae, 1761. Bibl. Semin. Colon.—Cal. Paderbornense, 1884.

F. **Patrocinii B. Mariae V.** dp. 2 cl. in Ordine S. Joannis de Deo; dp. maj. apud CC. RR. Infirmis Ministr., in Corsica insula, in dioecesibus Panormitana (Palermo), Platiensi (Piazza), in Ordine Minimorum (1900), Bergomensi (1853), Arianensi (1908), Cenedensi, Cavensi in Italia, Legione (Leon) in Hispania, Corisopoti in Britannia minore, in dioec. Olmutii et Brunnae (Czechoslovakia), apud Missionarios Oblatos Immacul. Conceptionis etc.—Cal.

F. **B. Mariae V. tit. Auxilium Agonizantium,** dp. maj. in dioec. Teatina (Chieti), Vastensi, Trojana, S. Angeli Lombardorum (1911), Calvensi, Teana et Oppidensi.—Cal.

F. **B. Mariae V. de Suffragio,** dp. maj. in dioec. Surrentina.—Ordo 1901.

Puritatis B. Mariae V. dp. maj. in antiquo Proprio Ludovicensi et Floridarum, a Revmo L. Dubourg, Luisianae episcopo, a. 1822 edito.

F. **Conceptionis B. Mariae V.,** solemne minus, in Brev. Parisiensi 1745 et Metensi 1778.—Bibl. Insulensis.

F. **B. Mariae V. Matris Pietatis,** dp. maj. in dioecesi Bonaërensi (Buenos Aires) in America Meridionali.—Off. pr. 1903; in dioec. Macaonensi in China, 1894.

F. **S. Mariae V. de Planctu,** Romae in ecclesia propria; Missae omnes de Beata e conc. 13 Oct. 1833.—Archiv.

F. **B. Mariae Pietatis et Misericordiae,** fit hac Dom. Leonissae in dioec. Reatina (Rieti), e conc. 16 Junii 1827. Missa vot. sol. S. Mariae Perdolentis.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Fuencisla** (apud fontem) fit per Missam vot. sol. de Beata, Matriti in ecclesia S. Joannis Baptistae, e conc. 3 Jan. 1896. —Archiv. — Imago originalis B.M.V. de Fuencisla colitur Segoviae.—Gump. 175.—v. 25 Sept.

Dominica infra Oct. Praesentationis B.M.V.

F. **B. Mariae V. de Succursu,** dp. maj. in Proprio Catacii (Catanzaro) in Calabria 1843.—Nunc temporis (usque ad a. 1914) fiebat 1 Martii.

F. **Patrocinii B. Mariae V.** dp. maj. in dioec. Cenedae in Venetianis.—Ordo 1898.

Ultima Feria VI Novembris.

F. **SS. Redemptoris,** dp. maj. in archidioecesi Lucae (Lucca) in Etruria, juxta Cal. approb. 17 Jan. 1914.—Archiv.

Sabbato ultimo Novembris.

F. **B. Mariae V. de Numismate,** dp. maj. in Cal. Quitensi in Aequatoria (Ecuador).—Ordo 1900 et 1902.

DECEMBER.

I

FESTUM **Liberationis Urbis Aniciensis ab Haereticis,** dp. maj., in dioec. Aniciensi (LePuy). Cal. 27 Martii 1914. Die 1 Decembris 1583 haeretici ex improviso civitatem aggredientes, subito terrore correpti se fugae dederunt, nemine persequente. — Propr. Aniciense 1878. — Off. prop. — De icone et peregrinatione B.M.V. Aniciensis v. Ricc. V 470.—Drochon, 935.—N. D. de France II 220.—Beissel, 139, 429.—Scherer 22.

F. **B. Mariae V. tit. Consolatricis Afflictorum,** dp. maj. in Soc. Jesu et Mariae (Eudist.).—Off. pr.—Ordo 1910.

II

Translatio B. Mariae V. de Zancati, dp. 2 cl. Paleani in dioec. Praenestina (Palestrina). — Imago ex oppido diruto Zancati translata est in ecclesiam Collegiatam Paleani (Paliano), a. 1632.—Ordo Praen. 1895. Cal. approb. 23 Apr. 1914.

III

Ingressus Virginis Dnae N. Mariae in Templum Hierosolymis, h. d. agunt Copti et Aethiopes, v. Nilles II 641.—Harris 411.—Syn. 163. —Synax. Arabo-Jacob. Patr. Or. III 243 ss.—Synazarium Alexandrinum traditionem Orientalium refert ita: Hodie diva Virgo, Dei Genitrix, praecelsa Maria, tres annos nata, in templum hierosolymitanum ingressa est, utpote quae fuerat voto Deo dicata. Cum enim ipsius mater Anna prole careret, et, in templo Dei procul a ceteris mulieribus stans, una cum sene benedicto Joachim, eius marito, magna tristitia conficeretur, utriusque gemitum audivit Deus. Voto autem Deo promisit, prolem quem Ipse sibi daturus esset, a se Deo oblatum iri. Donata igitur purissima Domina Maria, hanc triennio domi educatam dein cum puellis ad templum adduxit. Et mansit Virgo in templo annis duodecim, cibum ex angelorum manibus accipiens, usque ad tempus quo Deus in mundum venit et incarnatus est. De hac autem quam Deus elegerat, alicui committenda qui ipsam custodiret, tunc consultarunt sacerdotes, eo quod erat Deo voto dicata nec decebat eam ab illis in templo servari, ne id ei accideret, quod mulieribus nonnunquam accidit. Dein statuerunt sponsae nomen ei imponere, ut alicui liceret eidem invigilare. Itaque ex tribu Juda, quae erat ipsius Virginis tribus, duodecim viros pios convocarunt, exploraturi cuinam illam committerent. Quorum cum baculos accepissent et in templum attulissent, columba advolante baculoque Josephi, fabri lignarii, insidente, intellexerunt,

id divinitus factum, eo quod justus ille esset et probus. Quare eam coram altari sibi traditam accepit, mansitque illa apud eum, donec ipsam adivit angelus Gabriel, nuncians Filium unicum ex ea incarnatum iri. Ipsius intercessio nobis in aeternum adsit."—Scriptores Arabici, tom. XVIII, 173. v. 21 Nov.

Liberatio Anicii ab Haereticis, solemne minus sub officio proprio B. Mariae V. fit in Brev. Aniciensi (LePuy) 1784; nunc fit die 1 Dec.—Bibl. Boll.

Memoria Iconis B. Mariae V. de Pachroma (Pachromskaja) in Menologio Russico. Imago sudando sanguinem se manifestavit a. 1472 ad flumen Pachromam apud Mosquam.—Mz. 1480.—Sn. 737.

IV

Translatio Iconis B. Mariae V. de Humilitate dp. maj. Pistoriae in Etruria in sanctuario proprio; peracta est e Cathedrali ad sanctuarium novum 4 Dec. 1560.—Ricc. II 219.—v. 17 Julii.

Coronatio Imaginis B. Mariae V. tit. Regum (de los Reyes) agitur h. d. in Cathedrali Hispalensi (Sevilla) in sacello S. Ferdinandi, per unam Missam vot. sol. Immac. Conc. B.M.V., decr. 4 Sept. 1905.—Archiv.—Haec imago a Regibus nomen habet, sive quia in sacello regio est, sive quia a S. Ferdinando Rege in bello contra Mauros intra primos militum ordines semper collocata est. Tanto in honore erat saeculo XVII statua ista, ut a regiis ministris custodes praesidiarii constituerentur quos armorum reges vocabant. Hi togati, clava argentea armati, prae foribus astabant.—Gump. 241.—De la Fuente 366.—Sanj. III 131.—Beissel 470.

Commemoratio Iconis B. Mariae V. Damascenae (Damaskinskaja) sive **Trium Manuum** (Tricheir) annuntiatur h. d. in Menologio Russico, in festo S. Joannis Damasceni.—Mz. I 488.—Sn. 737.—Gump. 30, 95.—v. 28 Junii.

VII

Vigilia festi Immaculatae Conceptionis concessa est 22 Oct. 1851 pro regno Utriusque Siciliae; per decr. 30 Nov. 1879 extensa est ad Orbem Latinum. — A Graecis agitur Profestum die VIII Dec. canone proprio.

Encaenia SS. Deiparae in Curatoris, sic Menaea Graeca. Hoc templum extitit Constantinopoli, prope forum Tauri et aedificatum est sumptibus Verenae uxoris Leonis Makelli Imperatoris, a quodam Curatore architecto.—Mrt. 301.

Memoria B. Mariae V. de Seligero (Seligerskaja-Wladimirskaja) h. d., festo S. Nili signatur in Menologio Russico. Ipsa imago colitur in coenobio S. Nili Stobolensis, ad lacum Seligerum; a. 1528 ipse S. Nilus eam attulit in fundatione coenobi sui.—Mz. I 511.—Sn. 738.

VIII

FESTUM IMMACULATAE CONCEPTIONIS B. MARIAE V.

dp. 1 cl. oct. celebratur hac die in universo Orbe Latino, in ecclesiis orientalibus vero die 9 Dec. sub titulo **Conceptionis S. Annae,** qu. v.—In Occidente festum Conceptionis S. Dei Genitricis primo celebratum esse videtur in **Anglia** ineunte saeculo XI.

Non est ortum in **Scotia** (Hibernia), quae enim in Martyrologio Tallachtensi a. 790 et in Festologio S. Aengussii a. 800 die 3 Maji annuntiatur Conceptio S. Mariae in liturgiam nunquam transiit.—Thurston, Month, 1904 p. 61.

Nec originem sumpsit in **Italia,** nam festum Conceptionis S. Annae, quod die 9 Dec. signatum est in Calendario Neapolitano marmoreo saec. IX (Mrt. 9 Dec.) festivitas graeca est, non latina. Neapolis enim usque ad annum 1127 sub potestate regni Byzantini permansit. (Harland, II 513, 518.)—Etiam quam referunt Ballerini (Sylloge, p. 3) et Mir (p. 35) donatio Hugonis de Summo Cremonensis ex a. 1047 (si documentum sit authenticum) loqui videtur de Conceptione activa Mariae, i. e. de Annuntiatione Mariae, quae a Lombardis Ambrosianis agitur mense Decembri, i. e. Dom. ult. Adventus. Saeculo XIII Sicardus episcopus Cremonensis festi Conceptionis Mariae institutionem acerrime impugnavit.—Kellner 186.

Neque ortum est festum in **Hispania.** Quae Passaglia (III, 1755) profert de ejus ordinatione per S. Ildephonsum, omnino spuria sunt; festum "Conceptionis" Mariae in codice legum Visigothorum est festum Annuntiationis Mariae quod a Visigothis actum est die 18 Decembris (Kellner 185).—J. B. Ferreres in libro suo "Maria por España y España por Maria" (Barcelona 1910), p. 182 ss. et 243 ss. probat nec Visigothos nec Mozarabes festum Conceptionis celebrasse (contra Mir, La Immaculada Concepcion).

Sed nec in **Normannia** originem sumpsit, ut opinatur Kellner (180 ss.). Clero enim Normanno qui cum Expugnatore in Angliam venit, festum ignotum erat.

In **Anglia** invenitur ante adventum Normannorum in Calendario Veteris Monasterii Wintoniae (Winchester) a. 1030 et Novi Monasterii Wintoniensis ex a. 1035-1059; item in Benedictionalibus Exoniae (Exeter) et Cantuariae (Canterbury) ejusdem aevi. Unde insignis ecclesia Wintoniensis prima fuisse videtur quae festum Conceptionis in Occidente lingua latina celebravit. (Hampson Cal. Medii Aevi I 433; C. E. VII 677; Bishop, Origin of the Feast of the Conception of Mary, London, 1904.)—Apud Saxones Britanniae festivitas non contactu cum Graecis extrinsecus influxisse videtur, sed, adoptato festo Nativitatis Mariae et evulgata historia aprocrypha de Conceptu miraculoso S. Annae simplici calculo a monachis inventa et stabilita est. Occupata Anglia a Normannis, a. 1066, clerus Franco-Normannus festum tanquam simplicitatis et credulitatis Saxonicae documentum ubique abrogavit.—Quae in breviariis antiquioribus referuntur de reassumptione festi in abbatia Rameseiensi (Ramsey)

post visionem Elsini abbatis, exeunte saec. XI, satis dubia sunt (v. Kellner, 180; Bridget, Our Lady's Dowry, 232; Salaville, P. L'Immac. Concep. en Normandie; N. Dame, Dec. 1913, 357 ss.). — Etiam S. Anselmo Cantuariae Ep. festum istud ignotum erat; Cantuariae semel dimissum anno 1066, non ante 1328 restitutum est. Sed. a. 1121 reassumptum est in Anglia ab Anselmo, nepote S. Anselmi, abbate S. Edmundi, et ejus opera alibi in choris monachorum Benedicti, oppugnantibus Rogerio Ep. Saris-buriensi (Salisbury) et Bernardo Ep. Meneviae Normannis et clero fere universo saeculari. Objectum enim festi esse credebatur illa historia apocrypta de conceptu miraculoso Mariae, quae magis ridicula et absurda, quam sanae fidei consentanea esse videbatur. Anno 1129 receptum est a synodo Londoniensi pro sola dioecesi Londoniensi (London).—cf. Bishop. op. cit. Ad alias Angliae dioeceses propagatum est saeculis 13 et 14.—Quoad Normanniam Hamon (N. D. de France V 2) refert, Elsinum supramemoratum Rameseiensem abbatem ex Anglia in patriam Normanniam transiisse versus a. 1100, et episcopos provinciae Rotomagensis (Rouen) a Gulielmo Rege convocatos solemnitatem Conceptionis Mariae instituisse audito verbo Elsini. Fortassis Anselmus junior qui annis 1116 et 1117 Rotomagi versatus est, festum induxit, sive Hugo Ambianensis (Amiens), archiepiscopus Rotomagensis (1130-1146) qui antea fuerat abbas monasterii Reading in Anglia (v. Salaville). Sed omnia ista sunt opiniones suppositiciae.

Invenitur festum in duobus Calendariis Fiscamniensibus (Fécamp) saec. XII et in Missali Fiscamniensi ejusdem saeculi, ubi praefationem propriam habet. (Salaville 361). Eodem saeculo (1166-1174) invenitur "**Conceptio Magnae Mariae**" in martyrologio Hibernico Gormani. (London, Bradshaw Collection, 1895), 3 Maji.—Tempore Rotrici archiep. (1165-1183) in tota provincia Rotomagensi agebatur. Parisiis vocabatur "Festum Nationis Normannicae", quia discipuli e Normannia advenae die 8 Dec. festum suum patronale agebant.

In Concilio Moguntino, 19 Oct. 1049, praesente S. Leone IX, festum Conceptionis institutum esse, valde dubium est. — Hefele, Konzilien-Geschichte, IV 737. — Anno fere 1110 invenitur in regno Navarrae: In Actis Sanctorum, 8 Martii (vol. I 796): "non multo post mortem S. Veremundi (1092) . . . celebrari solitum (f. Conc.) in tota Navarrae regno". (Mir, La Immaculada Concepcion, 1905, p. 28).

Cum vero a. 1140 festum adoptarent canonici Lugdunenses (Lyon), acriter in eos invexit S. Bernardus, tum propter contumaciam, qua inconsulta S. Sede festum sibi asciverant canonici, tum propter festi objectum. Quid sit tale objectum ante tempora Duns Scoti et Alexandri VII non satis discussum et dilucidatum erat. Cum non pauci tali festo sanctitatem conceptionis activae secundum apocrypha recoli crederent, plurimis solemnitas absurda esse et superstitionem sapere videbatur. Unde B. Albertus Magnus (III Sent. dist. III, p. 1, ad 1, qu. 1) loquitur de "haeresi" condemnata a S. Bernardo. De controversia circa festum v. C. E. VII 678.—Mir p. 88 ss.

Anno 1154 celebrabatur festum quasi per universam Galliam; a. 1275 vero abrogatum est Parisiis et alibi; a. 1263 assumptum a S. Bonaventura pro Franciscalibus. Romae nec a Leone IX adoptatum nec ab Hadriano IV praescriptum (contra Mir p. 89), neque ab Innocentio III a. 1215 ordinatum. Anno 1240 actum esse dicitur in Capella Pontificia, fortassis etiam in nonnullis ecclesiis religiosorum. Die 17 Sept. 1439 Concilium Basileense festum Conceptionis Mariae indixit pro universa Ecclesia; quod vero concilium cum nota oecumenicitatis careret, Sixtus IV per speciale decretum 27 Feb. 1476 celebritatem ad totam ecclesiam extendit, ritu duplici cum octava et officio composito a Leonardo de Nogarolis Veronensi. Quod officium (non vero festum) cum octava sustulit S. Pius V in reformatione Breviarii. A Clemente VIII elevatum ad ritum dp. maj. Octava concessa est Societati Jesu 17 Sept. 1667, Statibus Ecclesiae 21 Oct. 1667, Orbi vero ab Innocentio XI a. 1693, ritu dp. 2 cl. oct.—A Leone XIII, 30 Nov. 1879 elevatum ad ritum dp. 1 cl. cum oct., postquam a Clemente XI a. 1708 inter festa pro foro repositum est.

Exeunte medio aevo plurima officia rythmica in usu erant, quae videas inter Analecta hymnica publ. a Dreves et Blum (XXV 61 ss. et alibi). Praeter officium Leonardi de Nogaroles, a. 1480 Sixtus IV pro Ordine Fratrum Minorum approbavit et aliud officium (Sicut lilium) a Bernardino de Bustis compositum. Cardinalis de Qiñones concinnavit officium quod approbavit Clemens VII; aliud fecit Ambrosius Montesinos ab Innocentio VIII recommendatum.

PP. Praedicatores vero loco **Conceptionis** Mariae festum agebant "**Sanctificationis B. Mariae V.**" et a. 1505 Bandelius Generalis Minister Praedicatorum proprium composuit officium "**Sanctificationis B. Mariae V.**", quod Immaculatam Conceptionem impugnabat, quo officio utebantur Dominicani usque ad Concilium Tridentinum (Mir, 277); expresse prohibitum est a Gregorio XV a. 1622.—In Breviario Gerundensi (Gerona, Hisp.) saec. XIV-XV festum vocabatur "**In Sanctificatione Conceptus**". Officium rythmicum Gerundense sequentem habet antiphonam: "Fusca fit conceptione Maria, sed citius ex Divina sanctione formosa fit plenius." In eodem officio "**sanctio**" die octogesimo post conceptionem contigisse dicitur.—Anal. hymn. XVI 22 ss.—Per decretum 25 Sept. 1863 Pius IX officium proprium cum missa pro universa ecclesia praescripsit et omnia alia officia, etiam ex indulto concessa, penitus abolevit. — Terminus "**Immaculata Conceptio**" invenitur in Invitatorio officii a Leonardo de Nogarolis composito, sed festum ipsum ante a. 1863 vocabatur simpliciter "**Conceptio Mariae**". Hispali octava est privilegiata; item Cordubae, Granatae, Valentiae (28 Nov. 1917) etc. Quod privilegium (cum colore caeruleo) ut ad universam Hispaniam extenderetur petivit Congressus Marianus Caesaraugustae a. 1908.—Postins, 119.—Officium votivum Conceptionis B. Mariae V. Sabbato recitandum non impedito officio novem lectionum, concessum est pro Hispania a. 1767, pro Genua a. 1769, unde ad universum fere Orbem transiit.—Die 1 Nov. 1911

vero in reformatione Breviarii cum aliis officiis votivis abrogatum est.—Buchberger I 1289.—Echos d'Orient, 1905, 257 ss.—Charland II 554.—Schober, Expl. Crit. Brev. Rom. 1891, p. 181.—Scheeben, Handbuch der kath. Dogmatik, 1882, p. 527 ss.—P. Juan Mir y Noguera, La Inmaculada Concepcion, 1905.—Ullathorne O.S.B., The Immaculate Conception, 1905.—Kellner 174 ss. — Bridgett 231. — W. W. VII 674. — Lesetre, L'Imm. Conc. et l'Eglise de Paris.

IX

Festivitas Conceptionis S. Annae ("Praeconium Graviditatis Hannae, Matris Deiparae", Rabban Slibha) festum Ecclesiarum Orientalium, Syriacae, Graecae et Filiarum. Antiquitus apud Orientales in hac solemnitate non tam puritas conceptionis passivae celebrabatur, quam sanctitas et dignitas personae conceptae, i. e. Deiparae omnisanctae (ad instar festi Conceptionis S. Joannis). Qualiscunque enim fuerit illa conceptio, eo ipso quod conceptio fuit futurae Matris Dei, gaudium singulare affert mundo ejus memoria (Bellarmin, T. II 1, III c. 16).—Insuper in festi Graeci institutione non omnia sed multum auctoritate valebant, quae in Apographis narrantur de liberatione S. Anna e a sterilitate et conceptione Mariae sine coitu. (Donehoo, Apocryphal Life of Christ, 1 ss.). Unde a schismaticis tam Russis quam Graecis ista celebritas inter festa minora numeratur, quamvis practice firmiter credant, B. Mariam V. omnisanctam fuisse, i. e. ab omni peccati tam originalis quam actualis labe liberam. Quae Patres Graeci proferunt de puritate Conceptionis Omnisanctae Deiparae flosculos reputant oratorios et adhuc nihil nisi memorias apocryphas de Joachim et Anna commemorant, dogma Catholicum oppugnantes.

Festum in Typico S. Sabae spurium est; probabiliter exeunte tantum saeculo sexto seu ineunte saeculo VII institutum est paulo post festum Natalis Deiparae, in monasteriis Palaestinae (in laura S. Sabae?). Anno 750 "**non omnibus notum**" (Sermo S. Joannis Ep. Euboeae, P. G. 96, 1499). Anno 1160 a Manuaele Imperatore positum est inter festa de praecepto. Ratio quare Ecclesia Graeca hoc mysterium diei 9 Dec. et non 8 Dec. assignaverit, obscura permanet. Rutheni Austriaci, ex constitutione Synodi Leopoliensis (Lemberg) recentissima, die 8 Dec. faciunt profestivitatem, in qua antiquum officium canunt; die 9 Dec. vero recitant officium modernum post a. 1854 compositum, exprimens dogma de Immaculata Conceptione. — Max. 155. — Max. I 39, 154. — Nill. I 1348.—Colv. 9 Dec. et 19 Nov. — P. De Meester, La Festa della Concezione di Maria SS. Nella Chiesa Greca. Roma, 1904.—Zeitschr. für Kath. Theologie 1904, 767 ss.—Charland II 380.

Encaenia Templi Resurrectionis a Graecis h. d. celebrantur, a schismaticis primo, a Ruthenis secundo loco. Non est haec memoria Dedicationis Constantinianae (14 Sept.), sed recentioris cujusdam reconciliationis.—MGr.

Relatio S. Crucis, dp. in Cal. Ariensi (nunc dioec. Atrebatensis, Arras) a. 1514, apud Weale, Anal. Lit. I 334.

Reditus Iconis B. Mariae V. Lauretum agitur h. d. per Missam vot. sol. B. Mariae V. addita oratione pro gratiarum actione, Laureti in basilica ad altare Annuntiationis ante S. Capellam. A. 1797 imago lignea a Gallis Parisios ablata, sed a. 1802 a Napoleone reddita est Cathedrali Lauretanae.—Ordo Lauret. 1887.—Statua B. Mariae V. Lauretanae, quam traditio popularis opus S. Lucae Evangelistae pro domo Nazarena sculptam fuisse contendit, ab artifice Italo ineunte saec. XIV fabricata et e Dalmatia Lauretum translata esse videtur. Ibi **"angelico comitante coetu"** collocata est in sacello B. Mariae V. (Bulla Pauli II a. 1469) et multis inclaruit miraculis. — Hueffer, Loreto. — Beissel, 403. Statua antiqua incendio, in nocte, 21-22 Febr. 1921, consumpta, novum simulacrum jussu Pii Papae XI sculptum, a Summo Pontifice benedictum et, post iter triumphale in curru automobili die 8 Sept. 1922 solemniter in capella Lauretana collocatum est.

F. **S. Annae Matris B. Mariae V.,** dp. in universa Dania, Suecia et in dioec. Nidroniensi (Trondjem) sem. v. Grotef. II 2. Festum istud concessum est pro die 9 Dec., postridie Conceptionis Mariae a. 1425, instante concilio Haffnensi.—Charland, Culte de S. Anne.

F. **S. Joachim** die 9 Dec. agebatur in dioec. Hamburgensi, Constantiensi, Basileensi et Moguntina. v. Grotef. II a. 63. Deest in Brev. Hamburgi a. 1491 et 1507, sed invenitur in Cal. impr. a. 1521.—Constantiae annuntiatur in Missali a. 1505, Basileae in Breviariis saec. XV; Moguntiae in omnibus calendariis post a. 1482.—Grotef. II 2.

X

Translatio Almae Domus B. Mariae V. Lauretanae, Coelestis totius Piceni Patronae, dp. 1 cl. oct. Concessum fuit festum pro Piceno (Le Marche) dp. maj. cum officio Dedicationis Ecclesiae 29 Nov. 1632; hodiernum officium indultum 2 Sept. 1699. A. 1719 f. transiit in Etruriam, a. 1725 ad Status Ecclesiae, deinceps ad universum fere Orbem Latinum ritu dp. maj., Laureti dp. 1 cl. Per decr. 23 Julii 1894 Patr. Princ. Piceni, dp. 1 cl. oct. In reformatione Calendarii hoc festum praeter Picenum ubique fere sublatum est; retinebatur vero in dioec. Lapurdensi (Lourdes) et Trecensi, apud Maristas, Oblatos Immac. Conceptionis et alios paucos. Per decretum A. R. C. 12 Apr. 1916 restitutum pro omnibus Italiae dioecesibus, dp. maj. et omnibus petentibus. Secundum popularem traditionem Lauretanam 10 Maji 1291 domus Mariae e basilica Annuntiationis Nazarena angelorum manibus translata est Tersactum in Croatia; die 10 Dec. 1294 vero in territorium Picenum, ubi primo in silva, deinde in praedio duorum fratrum, tandem media in via militari consedit. De qua traditione acriter impugnata et tenaciter defensa v. Chevalier, N. D. de Lorette, Paris, 1906.—Literarischer Handweiser, 1908, p. 181 ss.

—Poisat, La Question de Lorette, Paris, 1907.—Eschbach, La Verité sur le Fait de Lorette, Paris, 1910. — Beissel, Geschichte der Verehrung Mariae, II 423 ss.—Sauren, Das Hl. Haus zu Loretto, Bonn, 1909.—W. W. VIII 825. Schuetz, III 792.—Hueffer, Loreto, Münster 1913, 1920. —Concessum est festum ritu dp. 2 cl. pro monialibus Franciscalibus 11 Dec. 1914. Per decretum S.R.R. 24 Martii 1920 Dna Nostra Lauretana declarata est patrona aeronautarum.—Archiv.

Commemoratio Voti, quod a. 1605 emiserunt cives Burdigalenses (Bordeaux) dum atrox in civitate pestis grassaretur, processionis solemnis instituendae, fit per 9 lectionem in Proprio Burdigalensi. In Cal. Burdig., 4 Maji 1914 approbato, hac die fit de festo B.M.V. Lauretanae cum c. Voti.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Aracoeli,** dp. 1 cl. Coreliae (Corella) in Navarra (Hispan.).—Cal. Carmelitanorum Navarrae 1914.

F. **S. Joachim, Avi Dni,** annuntiatur h. d., postridie S. Annae, in dioec. Lundensi (IX lectt.) et Roeskildensi (simpl.) Grotef. II 2.

XI

F. **Humilitatis B. Mariae V.,** dp. maj. fit h. d. in Societate Marianistarum, e concessione 23 Feb. 1921.—Archiv.

XII

Victoria de Chosroe Rege commemoratur hodie in Synaxariis manuscriptis Menaeorum Graecorum. Haec est victoria Heraclii Imperatoris de Persarum Rege Chosroe, 12 Dec. 628, qua S. Crux recuperata est.—Mrt. 12 Dec.—Balinghem, 640.—Colv. h. d.—v. 14 Dec.

F. **Apparitionis B. Mariae V. Guadalupe,** Mexicanae Reipublicae Patronae Principalis, dp. 1 cl. oct. in universa republica Mexicana. Concessum est festum tanquam Patronale Novae Hispaniae, die 12 Dec. agendum per decr. 2 Julii 1757; in reliquis Dominiis Catholico Regi subjectis die ab Ordinario designanda; unde in Hispania sedes festi plurimum variabat ante reformationem calendariorum in variis dioecesibus. — Anno 1531 apparuit SS. Dei Genitrix Joanni Didaco indigenae injungens neophyto ut in colle ubi Deae Tenantzinae olim sacrificia obtulerant pagani, templum sibi strueretur. Ibidem die 12 Dec. apparuit imago "angelorum manibus picta". A concilio nationali Mexicano a. 1756 N. Dna de Guadalupe electa est in Patronam Princ. Novae Hispaniae; incoronata est imago 12 Oct. 1895; a. 1905 et 24 Aug. 1910 declarata est in Patronam Americae Latinae, unde festum, quocunque die agitur, in America Latina (etiam in Statibus Californiae, Novi Mexici, Nevadae et Arizonae, Stat. Foed. Americae Sept.) agitur sub ritu dp. 1 cl. (post reform. Cal., dp. 2 cl.). Ante reformationem Calendariorum transierat festum extra Americam Latinam et Hispaniam in insulas Philippinas, provincias ecclesiasticas S. Ludovici et Milwaukiensi, Novae Aureliae, Chicagiensi et Dubuqui (26

Apr. 1897); item Parmam, Vastallam et Placentiam in Italia item in Ordinem Constantinianum 1843 etc.—Hodiedum agitur Romae in ecclesia S. Nicolai in Carcere (conc. 9 Aug. 1916) et in Collegio Americano Meridionali (indult. 26 Martii 1900). — Officium B. M. V. de Guadalupe in honorem ectypi die 18 Junii 1806 concessum fuerat pro clero Burgi S. Stephani, dioec. Bononiensis, pro quo elevatum ad dp. 2 cl. 5 Julii 1815. Archiv.—Item 1 Martii 1826 concessum pro clero Arsoli dioec. Tiburtinae (Tivoli), dp. maj.—cf. 27 Apr.—Sanj. III 531.—Bomb. IV 165.—Florencia, Zodiaco, 31.—L. Becerra-Tanco, N. S. de Guadalupe, Mexico 1883. —De Padua I 533 ss.—Gump. 503.—Guérin, XII 253.

Inventio Veli B. Mariae V., dp. maj. in dioec. Cortonensi.—Ordo 1888.—Cal. approb. 3 Dec. 1913.—Velum servatur in Cathedrali Cortonensi.

Octava Conceptionis B. Mariae V. secundum consuetudinem ecclesiae Hallensis anticipabatur die 12 Dec. (loco 15 Dec.), ut festum "apostolicum"; die enim 15 Dec. ibi agebatur f. S. Lazari ut Dominicale. Etiam Graeci aliquando solutionem alicujus festi faciunt priusquam ejus octava completa sit.—Grotefend, II 67.

F. **S. Joseph, Sponsi B. Mariae V.** celebratur hac die in Breviario hodierno secundum ritum Ambrosianum, quia Quadragesima Mediolani festa non admittit.—Item in Brev. Rotomagensi, 1756 et 1777. Bibl. Insul.

XIII

F. **Dni N. Jesu Christi Crucifixi** die 13 Decembris et Dom. I Maji agi in terra S. Sophiae dioec. Burgi S. Sepulchri, v. Annuario Cattolico 1924, p. 469.

Conceptio Deiparae Virginis Mariae, festum de praecepto, apud recentiores Coptos et Abyssinios Catholicos vallis Niliacae. Copti Catholici veteri festo novum titulum "Immaculatae" apposuerunt aevo nostro.—Nill. II 700 et 712. — Deest apud Wuestenfeld in Synaxario Coptico. Item deest in Synaxario Alexandrino et Synaxario Arabo-Jacobitico.

XIV

Memoria Comminationis Terrae Motus, a qua miseratione Dei liberata est Constantinopolis, una est ex multis hujusmodi memoriis in Menaeis Graecis.—Mrt. 307.—Max. I 157.

In Breviario Coloniensi a. 1521 h. d. signatur **"Commemoratio Annuntiationis B. Mariae V.",** nescio qua de causa.—Grotefend, II 86.

XV

Octava Immaculatae Conceptionis B. Mariae V., dp. maj. in Breviario Romano. Octavam, quam exeunte medio aevo plures assumpserant ecclesiae, S. Pius V. a. 1568 sustulit ("qua officium de Adventu

turbatur"). Restaurata est primo pro Hispania a. 1664; ad Orbem Latinum extensa a. 1693; dp. maj. 24 Julii 1911. — In Cal. Hispalensi, approb. 10 Febr. 1914 Octava est privilegiata II Ordinis.—Archiv.

S. Annae "Matris Dei", Totum Duplex, in Missali ecclesiae Aboensis in Finnia, a. 1488; agitur in die octava Conceptionis, eodem ritus ac ipsa Conceptio. Deest f. 26 Julii.—Grotef. II 2.

XVI

Solemnitas Adventus S. Imaginis B. Mariae V. de Madia, dp. 1 cl. in dioec. Monopolitana (Apulia).—Appulsa esse traditur imago per maris undas 16 Dec. 1070, super trabibus in formam magidis contextis. Incoronata 5 Julii 1770.—Ordo Monopol. 1888.—Gump. 374.—In dioec. Cupersanensi (Conversano) ex indulto 10 Sept. 1898. — Archiv. — Sign. Napoli II 264.—Scherer 37.—In Cal. Monopolitano, 17 Apr. 1914 approbato f. celebratur in sola civitate.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. 2 cl. pro "Fossato di Vico", dioec. Nucerinae in Umbria conc. 25 Nov. 1908.—Archiv.

Conceptio S. Mariae signatur h. d. in Synaxario Abyssiniae apud Harris p. 413.—cf. 17 Aug.—Deest apud Wuestenfeld; apud Nilles vero 13 Dec. II 700.

F. **Coronationis B. Mariae V. de Valle Catamarcae,** dp. 2 cl. in Cal. O. F. Minorum Prov. Assumptionis in Argentina, 1907. — Festum primo concessum est 23 Aug. 1890, ritu dp. 2 cl. pro dioec. Saltensi, 16 Dec. agendum; sed ex decreto 17 Jan. 1891 pro dioecesi mutata est sedes festi ad Dom. II post Pascha, q. v.—Apud Fratres Minores adhuc agitur 16 Dec.

F. **B. Mariae V. Gratiarum,** dp. maj. in dioec. Fabriani in Piceno. Objectum est imago, quae colitur in Castro Praecichiarum (Precicchie) Dom. ult. Augusti, ut titulare ecclesiae. — Cal. pro Fabriano approb. 28 Maji 1914.

Commemoratio S. Annae, dp. maj. inter Officia Propr. O. Birgittini SS. Salvatoris 1769. Bibl. Boll.

XVII

Commemoratio Apparitionis Crucis, dp. maj. in dioec. Pictaviensi. Confirmatum est festum cum officio 22 Martii 1916. Crux fulgida apparuit in coelo Magniaci in dioec. Pictaviensi, 17 Dec. 1826.—Off. pr.—Archiv.

F. **B. Mariae V. de Guadalupe,** dp. maj. in dioec. Palentiae (Palenza) in Hispania.—Cal. 1905.—Archiv.—**Translatio Domus Lauretanae** agebatur h. d. ante reformationem Calendarii apud Piaristas; 14 Dec. apud PP. Pret. Sang., Barii 12 Dec.

F. **B. Mariae V. de Chiquinquirà**, dp. maj. in dioec. Antiochiae in America Merid., 1889.

F. **Expectationis Partus B. Mariae V.** seu **Mariae de la O,** sive **Annuntiationis B. Mariae V.,** dp. maj. in ecclesia Toletana et, ante annum 1913 per universum fere Orbem Latinum.—Ex decreto a Concilio Toletano X die 1 Dec. 656 edito in toto Gothorum imperio Annuntiatio B. Mariae V. agebatur die 18 Decembris, cum octava, cum tempore Quadragesimae festa non celebrarentur in Ecclesia Hispaniae.—Missale ms. saec. X in bibl. Florentiae die 18 Dec. annuntiat: "**Salutatio S. Mariae**", unde patet Annuntiationem etiam extra Hispaniam saec. X hac die esse celebratam. (Ebner, Iter Italicum 28). — Postquam ecclesia Hispaniae morem Romanum recepit, in celebranda Annuntiatione S. Mariae die 25 Martii, priscum festum diei 18 Dec. retinuit, unde in Breviario Mozarabico saeculi XVI a Cardinali Ximenes edito bis per annum Annuntiatio ritu duplici sex capparum, diebus 25 Mart. et 18 Dec. Item in Calendario Toletano Romano a. 1512 die 18 Dec. habetur "**Annuntiatio B. Mariae V.**", sex capparum. In Cal. Hispalensi 1507: **Commemoratio Annuntiationis, secundae dignitatis.** Anal. Lit., Weale I 217. A Gregorio XIII, a. 1573, festum istud "ex antiqua consuetudine Ecclesiae Toletanae" approbatum est sub titulo "**Expectationis Partus**". Exeunte saeculo XVII etiam in Italia receptum est: a. 1695 a Venetianis, 1713 in Etruria, a. 1725 a Statibus Ecclesiae. Vocatur in Hispania **Festum B. Mariae V. "de la O"**, quia in primis Vesperis incipiunt Antiphonae "**de la O**". Istae antiphonae magnae alienae sunt a ritu Mozarabico, sed appellatio "latina" "**de la O**" ex ecclesiis ritus Romani transiit ad ecclesias Mozarabum.—In dioec. Oaxacae in Mexico hoc festum celebratur sub ritu dp. 1 cl. et titulo "**B. Mariae V. de Solitudine**" (de la Soledad).—Cal. 1895.—Bal. 648.—Colv. 18 Dec.—De la Fuente, 206.—W. W. VIII 823. Haec festivitas ubique fere, extra Hispaniam, expuncta est in reformatione Calendariorum annis 1913 et 1914. Sed hodiedum agitur quasi in tota Hispania et in paucis familiis religiosorum; in dioecesi Lauretana (1915), Romae in basilica S. Mariae Majoris, apud Servitas etc.

F. **Visionis S. Gregorii Illuminatoris** signatur h. d. (10 Qalotz, i. e. 18 Dec. in Calendario Armeno antiquo. — v. Vig. Assumptionis et 30 Oct.

F. **Sudoris S. Crucis gloriosi Apostoli Thomae,** seu festum **Lapidis Mar Thomae Apostoli,** agitur die 18 Dec. secundum Calendarium Ritus Syro-Chaldaici in Malabaria. Operariis fundamentum novae ecclesiae in Monte S. Thomae prope Meliaporam in India aperientibus, insculpta quadrato lapidi, sanguineis conspersa guttis apparuit Crux a. 1547. Die 18 Dec., in festo Annuntiationis B. Mariae V., haec crux in nigrum colorem vertebatur, cum sacerdos Evangelium inchoaret, et liquor ex illa incredibili copia dimanabat. Quod miraculum sequentibus annis eodem die eveniebat, a. praecipue 1561, quando Crux, postquam liquore

fluxit, luce clara infulsit. Festum ab Episcopis Malabaritis institutum approbatum est a synodo Unionis a. 1599.—Mz. Triodion CXXX.—Nill. II 651.

Commemoratio SS. Rosarii h. d. fit per unam Missam vot. sol. B. Mariae V. de Rosario, in civitate S. Fidei de Bogotà (Columbia), in ecclesia Collegiata S. M. de Rosario, e conc. 29 Julii 1788.—Archiv.

Renovatio Venerandae Domus SS. Deiparae in Chalcopratiis signatur h. d. in Synaxariis Menaeorum Graecorum; cf. 31 Aug. Hoc templum e synagoga Judaeorum in ecclesiam christianam mutavit Justinus II a. 569 (non vero Theodosius II).—Niessen 133.—Mz. I 559.

XIX

F. **B. Mariae V. de Guadalupe,** dp. 1 cl. in Cuba insula; v. Cal. S. Christophori de Habana 1907.—Ex a. 1914 f. fit die 12 Dec.

F. **B. Mariae V. de Suffragio,** dp. maj. h. d., prima libera post Oct. Immaculatae Conceptionis agitur a PP. Servitis.—Off. pr.

Commemoratio S. Joseph Sponsi B. Mariae V. dp. in Cal. S. Fidei Bogotensis a. 1875 approbato. v. 19 Jan.

XX

Hodie apud Graecos incipiunt **Profesta Nativitatis Dni** per propria troparia in Menaeis (Graecorum et Russorum etc.).—Mz. I 739.

F. **B. Mariae V., ob memoriam Benedictionis Civitatis Tranensis** in Apulia, dp. maj. Off. ut 25 Mart.—Ordo Trani 1830 et 1888.

F. **B. Mariae V. tit. Auxilii Agonizantium,** dp. maj. in dioec. Lucerina.—Ordo 1888.

Memoria Iconis B. Mariae V. de Novgorodia Severscia (Nowgorod-Sewerskaja). In Menologio Ecclesiae Orthodoxae Orientalis Russico. — Imago a. 1301 apparuit et colitur in civitate Nowgorod-Sewersk, gub. Cernigoviae.—Mz. I 559.—Sn. 738.

Memoria Iconis Novodworscensis (Nowodworskaja), i. e. de Praedio Novo, signatur in Menologio Russico.—Imago colitur in monasterio juxta civitatem Surosh in Volhynia. Picta esse traditur a S. Petro metropolita a. fere 1320, dum esset monachus in monasterio Novodworscensi.—Mz. I 559.—Sn. 739.

Memoria Iconis B. Mariae V. Servatricis Sperantium (Spasytelnitza-Utopajushtshych-Lenkowskaja) in Menologio Russico.—Imago colitur in pago Lenkowa apud Novgorodiam Sewersciam.—Sn. 764.

XXI

Profestum Nativitatis Dni apud Graecos (MGr.) et **memoria mensilis S. Dei Genitricis** apud Coptos et Aethiopes.—Harris 413.

XXII

Commemoratio Passionis Imaginis Crucifixi, dp. maj. in Cal. Auriensi (Orense) in Hispania, 1908.—v. 9 Nov.

F. **Aperitionis Portarum Magnae Ecclesiae S. Sophiae Constantinopoli,** signatur hac die in Menologio Armeno, quod composuit Ter Israel. P. O. XVIII. Hac memoria annuntiatur Dedicatio Ecclesiae Divinae Sapientiae sub Justiniano Imperatore.

Festum B. Mariae V. Deksios agitur h. d. Ecclesia Nationali Abyssiniae et est festum seu commemoratio Annuntiationis B. Mariae V.—Deksios est nomen episcopi, qui falso fertur fuisse patriarcha Alexandriae, quique festum Annuntiationis ad 22 Decembris transtulisse traditur. (J. Guidi, vocab. amara-ital. col. 864.) Juxta alios, rectius, agitur hoc festo apparitio imaginis S. Mariae super tunicam Deksios. — Epist. Rev. P. Baeteman C.M., 8 Dec. 1908.—Deest apud Harris et alios.

F. **Patrocinii B. Mariae V.** Totum duplex, in Ordine Praedicatorum. Ordo 1925.

F. **B. Mariae V. tit. Refugium Peccatorum,** dp. maj. in dioec. Consentina (Cosenza), conc. 21 Aug. 1900.—Archiv.

Manifestatio B. Mariae V. Numismate (e 27 Nov.), dp. maj. in dioec. Nusci.—Cal. 1897.—Archiv.—Item: Spalati in Dalmatia: **Transl. Domus Lauretanae,** dp. maj.—Klein, 161.

Desponsatio B. Mariae V. agebatur olim h. d. apud Senones (Sens) in Gallia. v. Pèlérinages, II 1327.

Profestum Nativitatis Christi apud Graecos.

XXIII

Profestum Nativitatis Christi apud Graecos.

XXIV

Vigilia seu **Profestum Nativitatis Christi** in universa Ecclesia agitur h. d. cum officio proprio.—Max. I 160.

XXV

NATIVITAS DNI N. JESU CHRISTI, dp. 1 cl. cum oct. privil., festum Ecclesiae Universae.—Qua die Christus natus sit, traditio ignorat. Teste Clemente Alexandrino anno fere 200 theologi in Aegypto diem 20 Maji natalem Dni esse computabant; alii diem 19 vel 29 Aprilis.—Computus de Pascha (a. 243) die 28 Martii, Basilidiani vero die 10 Januarii Jesum natum esse credebant, alii die 6 Januarii.—Festum diei 25 Decembris Romanae originis est, institutum in Urbe ante a. 354, quo anno signatum invenitur ad hunc diem in Calendario Philocali. Sequiores Orientales post aevum S. Joannis Chrysostomi credebant, in archiviis Romanis e

documentis de enumeratione sub Cyrino praefecto a S. Julio Papa (337-352) erutum esse, diem 25 Decembris verum Christi natalem esse. Ratio vero cur Romae Natalis Christi diei 25 Dec. assignatus sit, est solstitium hiemale. Jam ineunte saec. III Sextus Julius Africanus in chronographia sua Christum tempore solstitii vernalis, i. e. 25 Martii, conceptum (et consequenter die 25 Dec. natum) esse docebat; eandem proposuit sententiam S. Hippolytus (235) in commentario super Danielem (convenit enim ut die quo mundus creatus esse putabatur, etiam Christus conciperetur). Item sicut in solstitio aestivo celebratur Nativitas Joannis **(me oportet minui)**, ita in solstitio hiemali Nativitas Christi **(illum autem crescere).** E densissimis tenebris assurgit sensim crescendo Sol mundi, Christus Dominus. Eadem de causa in Calendario Romano civili in solstitio hiemali annuntiabatur memoria **" solis invicti ".**

In Oriente Dni Natalis agebatur in festo Epiphaniae, 6 Januarii. Festum diei 25 Dec. receptum est ibi e Calendario Romano exeunte saeculo IV, Antiochiae a. 386, Constantinopoli a. 395.—Hierosolymis vero a. 411 et usque ad saeculum VI mos celebrandi Natale die 6 Jan. vigebat, quia Hierosolymis die 25 Dec. antiquitus agebatur festum S. Davidis Regis et S. Jacobi Fratris Dni. In Aegyptum festum 25 Dec. invectum est inter annos 427 et 437. In Occidente exeunte saeculo IV ubique receptum erat. —F. Nativitatis Domini die 25 Decembris agendum tempore S. Isaaci Catholici ineunte saeculo V in Armeniam invectum est et in aliquibus saltem ecclesiis agebatur. Joannes Mandacunius vero post annum 480 festum sustulit et Nativitatem Christi in Epiphania celebrandam ordinavit.—Weber., die Katholische Kirche in Armenien, 420, 469.—C. E. III 724.—Kellener 94.—Thurston, Christmas and the Christian Calendar, Am. Eccl. Rev., Dec. 1898 and Jan. 1899.—Lagarde, Altes unde Neues.—Duchesne 257 ss.—Allemang, Weinachten, Pastor Bonus, Dec. 1912 et Jan. 1913.—Revue du Clerge Français (Vancandard) 1907, 593 ss.

XXVI

Synaxis SS. Deiparae, festum antiquitate praeclarum, in Ecclesia Syriaca ortum post institutionem festi Natalis Christi (25 Dec.) a. 356.—Ab omnibus fere Ecclesiis Orientalibus, tam apud Syros, quam apud Graecos, Russos, Serbos, Bulgaros etc. agitur, dilato festo S. Stephani ad 27 Decembris. — v. Mz. I 643. — In Martyrologio Syriaco Rabbani Slibhae (saec. XIII) vocatur. **Festum Praeconiorum et Laudum (Deiparae).** —Anal. Boll. XXVII 171) ; in Cal. Ritus Syri Puri: **Laudes (Qullasa) B. Mariae V.,** 1 classis. (Nilles I 466) ; in Cal. Maronitico (ib. 486) : **Commemoratio Dnae N. Mariae.**—In apocryphis festum istud perperam ab ipsis Apostolis ordinatum esse dicitur. (Lucius-Anrich, 571). — Hanc synaxim a. 675 in Syria actam esse apparet e Menologio Jacobitico, Patr. Or. X. — Constantinopoli Synaxis ista celebraratur in ecclesia Blachernorum, ubi S. Arca Deiparae cum ejus Veste servabatur. Apud Graecos haec festivitas non habet speciale officium, sed omnia fere fiunt de Nativi-

tate Christi, quia non est mysterium speciale.—Mx. I 163.—Nill. I 366.—Luc. Anr. 476.—In apocryphis hujus festi objectum ita exhibetur: "Qui hac die commemorationem ejus (Mariae) fecerint, servabuntur a locustis, quae operiunt terram, et benedicentur segetes eorum et etiam per preces ejus (Mariae) servabuntur reges a caede et non erunt inter eos inimicitiae nec profundetur sanguis hominum super terram."—Script. Aethiop. I 7, p. 38. Lib. de Transitu Mariae. v. Menologia varia in Patrol. Orient. X, 31, 53, 127.

Memoria Depositionis Vestis Deiparae in Arca, signatur h. d. in Menaeis Graecis; synaxis enim festi secundi Natalis Dni fiebat in ecclesia Blachernarum, ubi Vestis ejus servabatur. v. supra et 2 Julii. Mrt. 319.

Cum hac Deiparae Synaxi Russi plurium imaginum prodigialium Mariae memorias conjungunt in Menologio suo:

1. **Imaginis Barlovensis** (Barlowskaja), quae sub titulo "Beatus venter" colitur Moscoviae in Cathedrali Annuntiationis. Se manifestavit a. 1392.

2. Alius **iconis "Beatus venter qui te portavit et ubera quae suxisti".**

3. **Imaginis B. Mariae Miserantis** (Kikkskaja), quae ex Aegypto Constantinopolim allata, in monasterio Kykko insulae Cypri summa devotione colitur. Picta esse traditur a S. Luca. v. 12 Nov.

4. **Iconis B. Mariae V. Trium Gaudiorum,** quae colitur Moscoviae in ecclesia SS. Trinitatis (Grjasie). Tria gaudia Christi sunt: Joannes Bapt., Joseph et Maria.

5. **Iconis B. Mariae V. tit. Gaudii Inexpectati;** sub hoc titulo tres coluntur icones Moscoviae. Alias icones v. apud Mz. I 644 et Sn. 740-748.

Apparitio B. Mariae V. de Chiquinquirà agitur h. d., in sanctuario Chiquinquirae in dioec. Emeritensi (Americ. Merid.) per unam Missam vot. sol. B. Mariae V. de Rosario, e decr. 5 Maji 1905.—Archiv. v. Julii et 17 Nov.

Apud Syros ritus puri Commemorationi B. Mariae V. hac die additur c. Davidis Regis et S. Jacobi Fratris Domini et **S. Joseph Justi, Sponsi B. Mariae V.**

XXVIII

In Synaxario Aethiopum (Harris 414) signatur h. d. **"Festum Gena", i. e. Vigilia Nativitatis Dni;** Natalis Christi enim tam die 28 (quia vespere natus), quam die 29 Dec. (festum principale) peragitur.—Syn. 202 ss. In Synaxario Arabo-Jacobitico Patr. Orient. III 243 ss. ita annuntiatur hoc festum: F. **Gloriosae Nativitatis Dni N. Jesu Messiae de Virgine Immaculata Nostra Dna Maria,** et hac die narratur historia Nativitatis et Adorationis Pueri per pastores.

Commemoratio Fugae in Aegyptum per Missam vot. sol. de Fuga in Aegyptum fit Neapoli in hospitali B. Mariae V. de Patientia, e conc. 18 Junii 1898.—Archiv.

F. **B. Mariae V. Gratiarum** per Missam vot. sol. B. Mariae V. fit h. d. in Cathedrali Aesina (Jesi) in Italia, e decr. 9 Dec. 1893.—Archiv.

XXIX

Nativitatem D. N. Jesu Ch. h. d. celebrant Copti et Abyssinii.—Nill. II 713.—Harris 414. In Synaxario Alexandrino (Script. Arabici XVIII) signatur Natalis Dni die 28 Dec. et iterum die 29 Dec.; die 29 Dec. additur rubrica: "Patres enim, Doctores Ecclesiae, decreverunt, ut consecrarent duas dies Nativitati, quae locum habuit sub fine diei 28 Dec." In Synaxario diei 29 Dec. narratur historia Adorationis Pueri per Magos.

Memoria Iconis B. Mariae V. Innocentium agitur h. d., in festo Puerorum Innocentium (Cal. Graec.) in Menologio Russico.—Imago colitur Vologdae in ecclesia S. Eliae proph.—Sn. 743.

XXX

F. **Miraculi SS. Sacramenti** in officio et missa fit Florentiae (Firenze) in ecclesia S. Ambrosii, in memoriam miraculi quod evenit a. 1230.—Giglio Fiorentino, 1909, p. 156.—v. tres hymnos e Brev. Ms. S. Ambrosii, Florentiae, a. 1518. Anal. Hymn. XXIII p. 41. **(In Apparitione cujusdam miraculi Corp. Christi.)**

Apparitio B. Mariae V. proprio officio agitur h. d. Mediolani (Milano) in ecclesia S. Mariae apud S. Celsum.—Grassante pestilentia, die 30 Dec. 1485 visa est Deipara in imagine sua vetusta brachium sinistrum per cancellos protendere, ut siparium, quo tegebatur imago removeret; accurrenti multitudini se manifestavit Virgo brachia extendens et cum planctus gestibus ad sinum reducens.—Sign. II 35.—Gump. 39.—Beissel 404.

F. **B. Mariae V. de Bethlehem,** dp. maj. in totius reipublicae Aequatoriana dioecesibus, e conc. 28 Jan. 1785. Idem festum in dioec. Emeritensi (Merida). Cal. 1900 et 1909.

Coronatio Imaginis B. Mariae V. anniversario festo agitur per Missam vot. sol. propriam B. Mariae V. e conc. 26 Feb. 1832, Neapoli in ecclesia SS. Salvatoris; incoronatio evenit a. 1826.—Archiv.

XXXI

Commemoratio B. Mariae V.—Rhodigii (Rovigo) in dioec. Adriae, in ecclesia S. Antonii Abb. ad altare SS. Rosarii cantatur Missa vot. sol. de B. Maria V. sine ulla com., post quam cantatur Te Deum, ex voto civitatis.—Ordo Adriensis 1888.

S. Joseph Sponsus una cum S. Melania et S. Davide celebratur h. d. in ecclesia nationali Serborum.—Nill. I 455.

FESTA MOBILIA.

Primo Sabbato Decembris.

F. **Aperitionis Oculorum B.Mariae V.,** Neapoli in asceterio Oblatarum Theatinarum "Suor Orsola Benincasa"; e conc. 18 Nov. 1831 omnes Missae dicuntur de Beata; in Calendario 1847: dp. maj.—v. 9 Julii. —Bibl. Boll.—Archiv.

In Dominicis Adventus.

Ecclesia Antiochena Syrorum sequentem festorum mobilium seriem concelebrat:

Dom. I Adventus (proxima•Calendis Novembris): F. **Encaeniorum Ecclesiae,** i. e. festum universale Dedicationis omnium ecclesiarum Syriae. Baumst. 167.

Dom. II Adventus: Renovationis et Dedicationis Ecclesiae, i. e. Octava officii Dominicae praecedentis (ib.).

Dom. III Adventus: Annuntiationis Zachariae, patr. S. Joannis Baptistae factae.

Dom. IV Adventus (ultima post Pent. apud Latinos): **Annuntiationis B. Mariae V.**

Dom. V Adventus (I adv. apud Latinos): **Visitationis B. Mariae V.,** Elisabetae factae (apud Chaldaeos: Dominica **Annuntiationis B. M. V.,** Nill. II 681).

Dom. VI Adventus (II Latinorum): **Nativitas S. Joannis Baptistae.**

Dom. VII Adventus (III Latin.): **Revelationis Conceptionis Divinae,** S. Josepho factae.

Dom. VIII Adventus (IV Latin.): **Expectationis Partus B. Mariae V.** (Nill. II 642).

Saeculo VII Jacobitae Syriae quatuor tantum agebant Dominicas Adventus ante Natale Domini apparatu festivo: 1. **Annuntiationem Zachariae.** 2. **Annuntiationem B. Mariae V.;** 3. **Itum ad Elisabeth;** 4. **Nativitatem Joannis.** Ineunte saeculo VI duae tantum Dominicae Annuntiationum celebrabantur in Syria occidentali. Baumstark, p. 170.

Sabbato ante Adventum.

Officium solemne de Domina, dp., Ultrajecti in Hollandia agebatur, teste Colvenerio et Grotefend. Eodem Sabbato: **Festum Commemorationis Mariae,** solemne, in Breviario Osnabrugensi a. 1516. Grotefend II 144.—Item dp. in Ordinario Ecclesiae Swerinensis a. 1519; ib. p. 169.—Item in Regula chori Ecclesiae Verdensis a. 1525; ib. p. 201. —In Cal. Upsalensi a. 1496 (ib. p. 246) **Missa pro Statu Regni de B. Virgine;** dentur XL dies indulg.

Sabbato post Dom. I Adventus.

Maternitatis B. Mariae V., dp. maj. in domesticis sacellis ducis Villahermosa Magnatis classis; e conc. 31 Maji 1826.—Archiv.

Dominica II Adventus.

Reparatio SS. Hostiae, festum annuale cum officio proprio, Parisiis in ecclesia S. Joannis "en Grève", ubi hostia consecrata a quodam Judaeo furto ablata et ignominiis affecta asservatur et colitur.—Propr. Off. Bibl. Musaei Brittannici.

Eadem Dom. II (vel III) Adventus Missa vot. sol. **Immaculatae Conceptionis B. Mariae V.** Palmae in Majoricensi (Mallorca) dioecesi, in eccl. coenobii O. S. Francisci Excalceat., e conc. 7 Sept. 1802.—Summa Aurea VII 508.

In Propriis modernis Cameracensi (Cambrai) et Lingonensi (Langres) ante reformationem Calendariorum a. 1913 tota festivitas **Immaculatae Conceptionis** transferebatur in Dom. II Adventus, cum officio et Missa.—Propr.

Sabbato post Dom. II Adventus.

F. **Puritatis B. Mariae V.,** dp. maj. in domesticis sacellis Ducis Villahermosa, e conc. 31 Maji 1826.—Arch..

Feria IV Quatuor Temporum Adventus.

Festum Annuntiationis, seu **F. 'Missus** seu "**Missa Aurea**" in multis Belgii ecclesiis agebatur. In ecclesia S. Petri Lovanii et in Cath. S. Audomari (1708) hoc modo fiebat officium: Matutinum feriale, Laudes de Annuntiatione, ritu triplici, Missa vot. sol. de Annuntiatione Mariae.—Duaci in ecclesia S. Amati (off. pr. 1740): duplex Decanale, totum officium de Annuntiatione.—Bibl. Boll. Tornaci festum "Missus" institutum est a. 1231 a Joanne Abraham episcopo.—Colv. 405.—Beissel 323. Festum est duplex ut in Annuntiatione, Off. Collegii Cordutensis 1736.

Feria V Hebd. Quatuor Temporum.

Festum Conjugii B. Mariae V. et S. Joseph agendum proponebatur hac feria per epistolam 17 Aug. 1413 a Joanne Gerson, secundum testamentum Henrici Chicoquoti Magistri; quod festum approbatum est ab Alamano Adimari Legato Joannis XXIII pro provinciis ecclesiasticis Remensi (Reims), Senonensi (Sens) et Rotomagensi (Rouen). Officium et Missam composuit Joannes Gerson. (Jos. Seitz, Verehrung des hl. Joseph, Freiburg, 1908, 200 ss.) v. 23 Jan.

Feria VI Quatuor Temporum Adventus.

F. **S. Mariae Pietatis,** dp. Atrebati (Arras) in ecclesia S. Autberti, e fundatione pia cuiusdam domicellae.—Colv. II 463.

Dominica ante Natale Domini.

Solemne Officium de Incarnatione D. N. Jesu Christi, sive **de Annuntiatione B. Mariae V.** Ita Breviarium Ambrosianum a. 1830. Cum tempus Quadragesimale non admittat festa quaecunque in officio ecclesiastico, Annuntiationem Ambrosiani e 25 Martii transferunt in istam Dominicam, festum S. Joseph ad 12 Dec.—Cal. Ambrosianum 1888.—In hebdomada sexta Adventus, quae "de Exceptato" dicitur, officium quotidie, inclusa ipsa Vigilia, celebratur de Incarnatione Domini, nisi dies Nativitatis inciderit in feriam III vel IV; tunc enim de "Exceptato" fit in hebdomada quinta Adventus. (Brev. Ambros.)

Dominica infra Octavam Nativitatis Dni.

F. **B. Mariae V. titulo Sedes Sapientiae,** dupl. maj. cum officio proprio concessum est pro solis monialibus asceterii S. Francisci Salesii civitatis S. Petri de Arena (Sampierdarena), dioec. Genuensis. Missa est de Dominica infra Octavam. 7 Sept. 1819.—Archiv.—Colitur ibi imago B. Mariae V. tit. Sedes Sapientiae.

In ecclesia Graeca habetur communis solemnitas sanctorum cognatorum Christi: **Josephi Sponsi,** Davidis Regis et Jacobi Adelphothei. Synaxis celebrabatur in Cathedrali S. Sophiae. Unus canon in Matutinis laudat S. Josephum, alter SS. Davidem et Jacobum. Evangelium est de Fuga in Aegyptum. Max. I 162.

FINIS.

INDEX FESTORUM DEI.

Julii—Dom. II et IV Julii—10 (Susc.) 11 et 12 Aug.—Dom. ult. Aug.—2 (Susc.) et (Transl.) 30 Sept.—Dom. I Sept.—23 Oct.—Dom. post 9 Oct.—9 Nov.

Corporis Christi Fer. V post Trinitatis.

in Corpore Christi Miraculum 9 Feb.—26 Maji, 6 Junii—Memoria: Fer. V post Dom. in Albis—Dom. IV Aug.—aliqua fer. V Sept.—Solemnitas Dom. II Oct.—Dom. ult. post Pent.

SS. Crucifixi Berytensis Miraculum 9 et 10 Nov.

SS. Crucifixi Miraculum: 18 Febr. — Dom. Sexag. — Fer. VI post Dom. in Albis—19 Maji (Renovatio)—23 Maji—Dom. II et ult. Maji—28 Junii I fer. VI Junii—12, 20 et 26 Julii—Dom. II et IV Julii—17 et 25 Aug. —Dom. II et ult. Aug. 11 Sept.—Dom. post 14 Sept.—Dom. III, IV et ult. Sept.—11 et 23 Oct.—Dom. II, III et ult. Oct.—17 et 27 Nov.—Dom. I et II Nov. Dom. ult. post Pent.—13 Dec.

Crucis SS. Adoratio CPoli Dom. III Quadr.

Crucis SS. Adventus 26 Oct.

Crucis SS. Apparitio (in Monte Varag) 26 Febr.—Hierosolymis 7 et 11 Maji et Dom. IV post Pascha. 12 Aug.—19 Aug.—13 Dec.

Crucis SS. Encaenia Sabb. ante Dom. Exalt. Crucis.

Crucis SS. Exaltatio 14 et 17 Sept.—Dom. infra 11 et 17 Sept.

Crucis et Clavorum Inventio 6 Martii.

Crucis Geminae Susceptio 5 Apr.

